


1/2/A.





Ex Libris Joannis Nencini
1870







PHAEDRI
AUGUSTI LIBERTI
FABULARUM AESOPIARUM
LIBRI V.
AD CODICES MSS. ET OPTIMAS EDITIONES
RECOGNOVIT
VARIETATEM LECTIONIS
ET
COMMENTARIUM PERPETUUM
ADJECIT
JOANN. GOTTLOB. SAM. SCHWABE.

ACCEDUNT
ROMULI
FABULARUM AESOPIARUM LIBRI IV.
AD
CODICEM DIVIONENSEM
ET
PERANTIQUAM EDITIONEM ULMENSEM
NUNC PRIMUM EMENDATI ET NOTIS ILLUSTRATI.

CUM TABULIS AERI INCISIS.

VOLUMEN SECUNDUM.

BRUNSVIGAE,
SUMTU FRIDERICI VIEWEGII
MDCCCVI.



DE

GABRIELE FAËRNO

CREMONENSI

PHAEDRI EXSCRIPTORE

DISSERTATIUNCULA.

AUCTORE

JOANN. GOTTLOB SAM. SCHWABE.

DE

GABRIELE FAËRNO

PHAEDRI EXSCRIPTORE.

Gabriel Faërnus, Cremonensis, vir litterarum latinarum pariter et graecarum admodum gnatus; auctor centum fabularum, quas hortante Pio IV. Papa a), ex antiquis auctoribus legit carminibusque explicauit latinis, metro vario easdem complexus, praecipue iambico, aliquando tamen et heroico; ingenii versuumque elegantia alter quidam veluti Phaedrus; aptus, si quis alius, qui Phaedro, si cum illo in idem tempus incidisset palmam fecisset dubiam b). „Serpit enim, vt ait *Gellertus* c), per omnem ejus fabulam idem sine affectatione lepor et suauis in narrando simplicitas, cum breuitate d). Elegans est dictio sine cincinnis, lecta sine quaesito colore. Satis laudatus erit, si eum post Phaedrum inter Latinos optimum appellamus." Joann. *Caselius* vero, Editor fabularum Faërni e), testatur, istas fabulas ita praeclare scriptas esse, vt veterem Latinitatem veteresque Romanos sales sapiant, easdemque esse cujuscunque generis aetati non minus vtilissimas lectu, quam jucundissimas f). Huic fabulatori hoc objectum est a *Thuano* g), quasi in suis fabulis Phaedrum imitatus, vel aemulatus esset scripta ejus, dissimulato Phaedri nomine. Sed *Perraultus*, qui Faërni fabulas carmine gallico reddidit, defendit Italum, negans, Phaedrum Faërno vmquam visum fuisse, nedum exscriptum, aut

---

a) Vide *Teissier* Eloges des Hommes savans tirés de l'Histoire de M. de Thou. T. II. p. 71.

b) *Gellerti* de Poësi Apologor. Disp. p. 38. germanice versa Lips. 1773. 8. Ol. *Borrich.* de Poët. Lat. p. 98.

c) Loc. cit.

d) Faërnum breuitate Phaedro inferiorem esse censeo. Vid. mox Fab. de Vulpe et Larua.

e) Rostock. 1569. 4. Vid. titulum belli.

f) Singularem ingenii praestantiam et vastam eruditionem Faërni laudat etiam *Gaddius* de Scriptt. non eccles. T. I. p. 191.

g) In *Histor. sui Temp.* L. XXXIX. in fin. *Faërnus*, inquit, *non mediocrem gratiam a studiosis iniuit fabellis Aesopicis, vario carminum genere expressis, majorem initurus, si Phaedri, cujus siue imitatione, siue aemulatione luserat, nomen aut non dissimulasset, aut scripta quae legerat et penes se habebat, non suppressisset.* Thuano accedit *Baillet*, in *Jugemens des savons.* T. IV. p. 150.

suppressum h). „La beauté du stile, *inquit*, dont Faërne a écrit ces Fables, l'a fait nommer le second Phèdre quoiqu'il n'en ait jamais vû les ouvrages, qui ne sont venus à notre connoissance que plus de trente ans après sa mort i); car ce fut Mr. Pithou qui ayant trouvé le Manuscrit dans la poussiere d'une ancienne Bibliotheque le donna au public au commencement de ce siecle k). Mr. de Thou qui fait dans son Histoire une mention fort honorable de notre auteur, prétend que Phèdre ne lui a pas été inconnu, et même il le blâme de l'avoir supprimé pour cacher les larcins qu'il lui a faits; mais ce qu'il avance n'a aucun fondement et ne peut lui avoir été auggeré, que par la forte persuasion où sont tous les amateurs outrez de l'antiquité, qu'un auteur moderne ne peut pas faire rien d'excellent, s'il n'a un Auteur ancien pour modelle. Des cent Fables que Faërne a mises en vers latins il n'y en a que cinq que Phèdre ait traitées l) et de ces cinq il n'y en a qu'une m) ou deux où la maniere de les traiter soit un peu semblable, ce qui n'est arrivé que par l'impossibilité qu'il y a que deux hommes qui travaillent sur un même sujet ne se rencontrent pas quelque fois dans les mêmes pensées ou dans les mêmes expressions.“ Vere quidem Perraultus, sed ad ea, quae Thuana Faërno exprobrauit, et alio modo potest re-ponderi.

Nemo dubitare debet, quin Fabula Faërni de *Joue et Minerua* e Phaedri fabula L. III. XVII. sit adumbrata, cum apud Phaedrum solum legatur, neque occurrat in Graecis fabularum Aesopiarum Collectionibus, neque etiam apud Avianum *)et Romulum fabula ejusdem argumenti inueniatur. Istam autem fabulam Faërnus ita expressit:

Legere proprias Dii sibi quondam arbores,
Quam quisque vellet esse tutela in sua,
Quercum supremus Jupiter, myrtum Venus,
Pinum humidi tridentifer rector sali,

---

h) Vide *Bayle sub Phaedrus*, Vers. germ. *Fabricii* B. L. T. II. p. 28. F. v. *Blankenburg* Litter. Zusätze zu Sulzer. T. I. p. 652. Lips. 1796. 8.

i) Decessit Faërnus ann. MDLXI. *Gaddius* l. c. T. I. p. 191.

k) Cf. Notit. Litter. de Phaedro, vbi vide de Edit. ann. 1596.

l) Memoriae prodidit *Gellertus* l. c. Faërnum octo aut decem fabulas simul cum Phaedro tractauisse. Mea quidem sententia tantummodo VI. adumbrauit fabulas. Sunt autem hae: Jupiter et Minerua; Vulpes et Vua; Coruus et Vulpes; Canis et Corvo; Lupus et Grus; Vulpes et Larua. Quae plene respondent fabulis Phaedri L. III. F. XVII. L. IV. F. III. L. I. F. XIII. L. I. F. IV. L. I. F. VIII. L. I. F. VII.

m) Fabula de Joue et Minerua.

*) Compara quae dicta sunt in Disp. de Phaedro Ant. Script. inii.

Apollo laurum, populum excelsam Hercules.
Mirata enimuero est Minerua, cur ita
Infructuosas legere voluissent, quibus
Tantum ad manum esset fructuosarum arborum.
Cui Juppiter causam hanc rogauti reddidit:
Ne existimemur fructu honorem vendere.
Tum Pallas: At vos facite, quod vobis lubet;
Ego, inquit, oleam fructuum causa lego.
Exosculatus filiam tum Jupiter,
O nata, dixit, jure sapiens omnibus
Dicère seclis; jure tu capitis mei
Propago: nam quod facimus, id nisi vtile est,
Stulta omnis atque inanis inde est gloria.

Quae si comparentur cum verbis Phaedri, liquet omnibus à partium studio alienis, Faërnum fabulam Phaedri ante oculos habuisse. In vtraque enim fabula est idem argumentum, idem rei narratae ordo, mira denique consensio cum singulorum verborum, tum locutionum et phrasium. Sed ex hoc non potest colligi, Faërnum omnes fabulas, quas simul cum Phaedro tractauit, hoc poëta praeeunte, scripsisse. Vero enim fit simile, Italum fabulam de *Joue atque Minerua* expressisse e *Cornucopiae* Nic. Perotti, in quo dicta fabula ita exhibita est n):

Olim quas vellent esse in tutela sua,
Diui legerunt arbores. Quercus Joui,
Et myrtus Veneri placuit, Phoebo laurus,
Pinus Neptuno, populus celsa Herculi.
Minerua admirans, quare sterileis sumerent,
Interrogauit causam. Dixit Jupiter,
Honorem fructu ne videantur vendere.
At me Hercules, inquit, quod quisque voluerit,
Oliua nobis propter fructus est gratior.
Tum sic Deorum genitor atque hominum sator:
O nata merito sapiens dicere omnibus:
Nisi vtile est, quod facimus, stulta est gloria.

Narrant igitur et Perottus et Faërnus, pinum placuisse *Neptuno*; ita enim legebatur, vt probabile est, in libro scripto, quo vtebatur Perottus; at Phaedrus dictam arborem scribit sacram fuisse *Cybebae*, cujus deae nomen legitur in Codd. Phaedri MSS. post Faërnum repertis. Hinc non inepte suspicari possis, Perottum, cujus Cornucopiae hocce tempore a viris doctis studiose legebatur, in scribenda hac fabula Faërno praeiuisse. Nec objici potest, hunc fortasse vsum esse Codice fa-

n) Vide Edit. Basil. ann. 1526. f. p. 999.

bularum Phaedri MSto, in quo nomen legeretur *Neptuni*, non Cybebes, sicque stare posse exprobrationem Thusni. At non est credibile, Faërnum ejusmodi adhibuisse Codicem. Comparatio enim V fabularum Faërni, quas cum Phaedro simul tractauit, cum Aesopi et Phaedri fabulis, vnumquemque docere potest, hunc poëtam *graecas*, non Phaedri fabulas esse secutum. Exemplo sit fabula de *Vulpe et Larua*, hoc modo expressa:

Mimi ingressa domum Vulpes o), dum singula rerum
Visendi studio scenae instrumenta reuoluit p),
Formosi laruam simulacrum repperit oris q):
Inque manus sumens r), animoque et lumine lustrans:
O quam insigne caput s), specie quam dixit honesta,
Sed rationis inops, cassoque informe cerebro!
Sordet honos formae, nisi cui sapientia juncta est.

Quae si conferre velis cum Phaedri fabula, non dubitabis, in nostram discedere sententiam. Atque etiam non sine caussa conjicere licet, Faërnum, si Phaedrum ante oculos habuisset, et verba dare voluisset lectoribus, non solum fabulam de Jone atque Minerua, sed reliquas etiam quinque fabulas ex̓cripturum fuisse. Atqui mirum in modum abstinet et singulis verbis, et epithetis, et integris locutionibus, obuiis in Phaedri fabulis; quod secus est in fabula de Joue et Minerua. Compara, si lubet, fabulam de *Coruo et Vulpe* cum fabula Phaedri ejusdem argumenti L. I. XIII. vt taceam de reliquis.

Editiones fabularum Faërni, editarum post mortem anctoris, earumdemque Versiones gallicas, italicas et anglicas recensent *Fabricius* t) et F. *de Blankenburg* u).

---

o) ἀλώπηξ ἐις οἰκίαν ἐλθȣ͂σα ὑποκριτȣ͂.

p) ἕκαστα τῶν ἀυτȣ͂ σκευῶν διερευνωμένη.

q) ἕυρε καὶ κεφαλὴν μορμολυκίȣ ἐυφυῶς κατεσκευασμένην.

r) ἀναλαβȣ͂σα ταῖς χερσὶν.

s) ὦ ὅια κεφαλή.

t) B. G. Vol. I. p. 653.

u) l. c. p. 551. sq. Splendidissime prodiit Faërnus Londini 1744. 4. cum versione Perraulti gallica. v. *Gellert* l. c. p. 38. Reliqua Faërni Opera memorat *Teissier* l. c. T. II. p. 73. Nuper a Professore Bellovacensi, *Boinvilliers*, editae sunt: *Faërni*, Cremonensis, Fabulae C. notis illustratae, nec non partim interjecta versibus interpretatione gallica accommodata in gratiam tironum, qui Phaedri fabulas interpretaturi sunt et ad vsum Lyceorum 1802. 12. Vid. Intell. Bl. der A L Z. ann. 1803. m. Maji. Lucem quoque adspexerunt hae fabulae Lips. 1798. 8. Editore *Boysen*. Vid. Catal. *Bibliothecae Gedickiae* p. 77. n. 1186.

PHAEDRI

AUGUSTI LIBERTI

FABULARUM AESOPIARUM

LIBER TERTIUS.

P H A E D R I

FABULARUM AESOPIARUM

LIBER TERTIUS.



Hi speculum, in cathedra matris ut positum fuit,
Pueriliter ludentes, forte inspexerant.

Phaedr. III. VIII. 4. 5.



P H A E D R I

AUGUSTI LIBERTI

FABULARUM AESOPIARUM

LIBER TERTIUS.

PROLOGUS AD EUTYCHUM. *)

Phaedri libellos legere si desideras,
Vaces oportet, Eutyche, a negotiis,

*) MS. Pith, *Phaedrus ad Eutychum*. v. Gud. Ita edidit Desbillouius.

Vs. 1. Grauiter vituperat priores hujus Prologi versus censor doctus, scribens in Ephem. Goetting. ann. 1781. Part. 53. *Wir möchten wohl die Verbindung der Gedanken im Anfang des Prol. zum 3. Bd. sehen. Es soll eine Zuschrift an den Eutychus seyn; man sehe wie die Sätze laufen; welche Verbindung sie haben, und was für ein Dedicationskompliment heraus kömmt.* — *Phaedri libellos*, meos libellos. Sic solent poëtae. Burmannus laudat Ovid. V. Fast. 377. *Floreat vt toto carmen Nasonis in aeuo.* Remed. 71. *Naso legendus erat*, v. etiam Hoogstrat.

V. 2. *a negotiis*. Burmannus capit de *negotiis*, vnde *negotiatores* et *negotiantes* dicuntur, qui vel pecuniae collocandae, vel pecuariae exercendae studebant; de quo genere negotiorum v. Burm. ad Petron. Cl. Gronov. L. IV. Obs. 24. Ernesti Clav. Cic. h. v. De his Hor. Epod. II. 1. *beatus ille qui procul negotiis.* Et hoc innuere Phaedrum, suspicari licet e Vs. 11. 21. Rectius tamen Schefferus locum de curis publicis intelligit. Sed cl. *Lindner* in Teut. crit. philol. P. I. p. 5. docte probat, de his solis Phaedri locum non agere, verum etiam de *cura rei dome-*

Vt liber animus sentiat vim carminis.
Verum, inquis, tanti non est ingenium tuum,

Vs. 4. *inquis.* In Cod. Pith. est *inquit*, quod saepe pro *inquis*, et *inquiunt* etiam ponitur. v. Gronov. ad Liv. L. XXXIV. C. 3. T. IV. p. 769. Drakenb. Subintelligitur enim *aliquis*; cf. Heusinger. *Inquit* tuetur etiam Jac. *Gronov.* Emendat. in Phaedr. p. 149. Sicque edidit Burm. in Editione majori. At Phaedrus cum vs. 8. eodem modo dicat, *fortasse dices*, et vs. 10. *legesne*; etiam, hic scripsisse videtur *inquis*, quod praeter Rittershus. Rigalt. in Edit. 2. Nev. Ursin. Maittar. Hoogstrat. Bentlej. alios, receperunt Lallem. Brot. Bipont. Desbillon. Tzschuck.

---

sticas: de curis publicis poëtam contendit loqui Vs. 5. ad quem vs. vide; de priuatis et domesticis Vs. 11. Etsi enim *negotiosa vita* maxime vsurpatur de ea, quae occupatur in obeundo officio publicó, vid. e. c. Plin. L. VII. Ep. XV. 2. tamen illud non perpetuum est. Ita Cic. pro Rosc. Am. C. 41. fin. *non est verisimile, vt Chrysogonus* — rei familiaris negotio *diligentiam cognorit eorum et fidem.* Catil. II. 10. vbi *male gerere negotium* est, rem familiarem male gerere.

Vs. 3. Vult Phaedrus, animum Eutychi liberum esse a negotiis, vt *vim carminis*, i. e. virtutes, breuitatem, elegantiam et suauitatem, nec non doctrinam fabularum sentire possit. Nam et quaelibet auctoris fabula, et fabularum opus vniuersum dici *carmen* potest. Lege, quae notat ad h. l. Desbillonius. Epil. II. 13. hunc versum ita expressit: *Et arte fictas animum sentit fabulas*, vbi vide. *liber*. vs. 9. dixit, *pectore* soluto. *Vis carminis* Desbillonio est intentio operis, seu doctrina fabularum.

Vs. 4. *Ingenium.* Capiendum pro ingenii fetu, seu opusculo fabularum. Recte Lallemant, *productions de l'esprit.* Sic, teste Desbillonio, Ovid. Rem. 365. *ingenium magni liuor detrectat Homeri*, vbi *ingenium magni Homeri* opus hujus immortale intelligi debet. Proprie enim poëtis, qui inuentioni praecipue laudem suam debent, adscribi solet *ingenium.* Sic Hor. de se ipso II. Od. XVIII. 9. *ingeni benigna vena est.* Propertius autem I. VII. 21. *Tunc ego Romanis praeferar ingeniis*, i. e. poëtis, ad quem locum Burmannus laudat Passeratium. Ita Ouidius non raro ingenio

Momentum vt horae pereat officiis meis.
Non ergo caussa est, manibus id tangi tuis,
Quod occupatis auribus non conuenit.

Vs. 5. *officiis meis.* In libris scriptis legitur, *officii mei.* Ita ediderunt Rittershus. Rigalt. in Edit. 2. Nevel. Gronov. Hoogstratan. Maittar. Richter. Ursin. Freinshem. ingrata genitiuorum cumulatione, etsi hanc in rem non desint exempla. Sic Nep. Att. 3. *Domicilium orbis terrarum imperii.* Ad quam duorum genitiuorum collisionem vitandam Heinsius emendauit, *officiis meis*, addicentibus Gronouio, Bentlejo, Burmanno, et recentioribus Editoribus. Male enim conjungunt, *momentum*

---

suo periisse dicit, notante eodem viro docto. Sattler. *die Arbeit ist so viel nicht werth.*

Vs. 5. Bene explicat Gronov. vt punctum temporis horaeue detraham meis ordinariis muniis et tuis legendis libellis attribuam. Olim *officium* de omni negotiorum complexu intelligebam, siue essent publica, siue priuata. Sed cum de his vs. 11. sqq. seorsim verba faciat, nunc capio de munere publico. Nam sic vsurpari solere hoc verbum, satis erit, vnico probare exemplo. Plin. in Paneg. C. XCI. 1. *nondum biennium compleramus in officio laboriosissimo et maximo, cum tu nobis consulatum obtulisti;* Praefecturam autem aerarii intelligit: cf. Id. L. I. Ep. X 9. *distringor* officio *vt maximo, sic molestissimo*, et L. V. Ep. XV. 5. De munere Eutychi publico lege quae notamus in Excurs. I. ad hunc Prol. ex quo certe perspici potest, id non constitisse in officiosa diuitum, magistratuum et principum salutatione, quod vult Faber, improbante Scheffero.

Vs. 6. 7. Respondet objectioni, quam ipse finxerat Vs. 4. 5. Sensus: Non igitur est, quod in manus sumas fabulas, quas propter negotiorum multitudinem, quibus districtus es, non potes legere, aut praelegi tibi jubere. *Non caussa est, id tangi.* Infinitiuus a poëtis multis nominibus substantiuis subjicitur, pro gerundio in *di* exeunte. Interdum haec substantiua ac tum quidem, cum illis *est* adjicitur, cum infinitiuo passiui junguntur. Exempla habes in *Jani* A. P. Cic. pro Caecin. C. 5. *nulla est ratio, amittere ejusmodi occasionem — occupatis auribus.* Eleganter, in oppositione ad praecedens *manibus*, inde illud *tuis* huc trahendum est. Videtur autem

Fortasse dices: Aliquae venient feriae,
Quae me soluto pectore ad studium vocent.
Legesne, quaeso, potius viles nenias,
Impendas curam quam rei domesticae,

horae officii, cum *momentum horae* debuisset sufficere, vt vulgo dici solet. Hor. I. Sat. I. 7. sq. *horae momento cita mors venit, aut victoria laeta*. Liv. L. IX. 16. *momento vnius horae Samnis caesus Satricanus captus*, quae loca Burmannus adfert. Etiam verbum *pereat* judicante cl. Tzschuckio, desiderare videtur *officiis*.

Vs. 10. *Viles nenias*. More suo Heinsius conjicit: *legasne potius aniles nenias*.

---

hic Eutychus fuisse quispiam ex iis, quorum opera res suas proponere principi solerent, i. e. qui audire negotia consueuerat. *Scheff.* Sic *vaciuae* et *feriatae aures*. Vid. Munker. ad Fulg. princ. *Heins.* Cl. Sattler. *Was fur die Ohren des Geschäftmanns sich nicht schickt.*

Vs. 8. *Fortasse dices.* Noua objectio. *feriae* sunt dies cessationum ab opere. Hinc Macrob. Saturn. I. 16. *affirmabant sacerdotes, pollui ferias, si indictis conceptisque opus aliquod fieret.* Theocritus autem Idyll. XV. 26. ἀεργοῖς αἰὲν ἑορτά. v. Santoroc.

Vs. 9. Sensus: quibus animo a curis et negotiis libero aliquid doctum, i. e. fabulas, legere cupiam. *Soluto pectore.* Insolentior locutio videtur Burmanno, qua frequentior est, *animo soluto.* Accedit proxime licet de vino, quod soluit mentes, agatur locus Tibull. I. El. VII. 39. 40. quem Burmannus laudat: *Bacchus et agricolae magno confecta labore pectora tristitiae dissoluenda dedit.* Cic. Verr. I. jungit *animo soluto et libero*, teste Scheffero. cf. Vs. 3.

Vs. 10. Respondet ad vs. 8. sq. *Viles nenias.* Nenia seu neniae, Graece νηνία, proprie sunt inconditum carmen, quod in funere laudandi gratia a praeficis cantatur ad tibiam, ἐπιτάφιος ᾠδή. v. Fest. et Non. De Propriet. Serm. II. 594. et quos laudat Dispontin. Hinc tropice omnia dicta vulgata et carmina inepta dixerunt *nenias*, *schlechtes Lied*, *Posse*; h. l. viles neniae, *schlechte Fabeln.* Eodem modo Phaedrus L. IV. F. I. 14. fabulas suas vocat *nenias.* Sic autem appellat per modestiam.

Reddas amicis tempora, vxori vaces,
Animum relaxes, otium des corpori,
Vt adsuëtam fortius praestes vicem?

Vs. 14. In Cod. Pith. hic versus ita exhibetur: *vt ad suetam fortius perstes vicem.* Ita edidit Nevelet. Sed *perstare ad vicem suetam* Rittershusio parum Latine dici videtur. Pithoeus conjicit *praestet*; Neveletus ad marginem editionis suae *praestes.* Heinsius Ep. XXI. ad Scheffer. malebat *perstet vicem* sc. corpus, cujus exemplum desiderat Burmann.

Vs. 12. *Reddas amicis tempora.* Singularis locutio. Recte explicauit cl. *Lindnerus* l. c. p. 6. fruaris consuetudine amicorum, quibus alias, officii curis impeditus, parum temporis tribuere potes. τὸ *reddas* refer ad *vicem* vs. 14. Haec locutio Burmanno idem notare videtur, quod apud Ter. Adelph. IV. I. 16. *dare operam amicis,* clientibus, hospitibus. *Tempora* vero eidem sunt opportunitates adeundi, quibus possunt te conuenire et commendare negotia sua, cum per ferias illis vacare possis, cum officia, quibus distringeris, tempora amicis danda eripiant. Sic fere Desbillonius. Sed hoc sensu tempora *quaeruntur.* Hor. I. Sat. IX. 58. *eliguntur*, Senec. Ep. LXIV. Curt. VII. VII. 10. non *redduntur*, obseruante cl. Lindnero, l. c. *vxori vaces.* Vxori vacare est, fabulari cum vxore, seria et jocos miscere. Quod nempe non poterat diebus aliis Eutychus, occupatus negotiis suis. Ita bene Schefferus. Apte Sattler *mit dem Weibchen plaudern.* Alii aliter; sed male: de quo consules Schefferi et Rigaltii Notas.

Vs. 13. *otium des corpori.* Otium dare corpori est, respirare, vires colligere, *ausruhen.* Vid. Lindner. l. c. Simili modo infra F. XIV. 12. dixit, *dare lusum animo* et similem locutionem Burmannus affert ex Sallust. Catil. LII. *voluptatibus otium praebere.* Nonnulli interpretes hanc loquendi formulam interpretantur, curare corpus, siue genio indulgere, *den Leib pflegen*, improbante Lindnero V. D. Nam corpus curare, siue genio indulgere, et otium dare corpori longe aliud sunt.

Vs. 14. *adsuëtam.* Per diaeresin. Vid. Wasii Senar. p. 134. *vicem*: Intellige officium et negotia, post ferias et datam corpori quietem obeunda. Hoc

Mutandum tibi propositum est et vitae genus,
Intrare si Musarum limen cogitas.
Ego, quem Pierio mater enixa est jugo,
In quo tonanti sancta Mnemosyne Joui,

Vs. 15. *et vitae genus.* MSS. Pith. et Rem. *vt vitae genus*; pro quo Pithoeus emendauit, *et vitae genus*; cui obsecuti sunt alii. Sed Gudius *aut*; vel, *propositum istud vitae genus*; Heinsius, *mutandum tibi propositae id est vitae genus.* Vterque e conjectura.

---

sensu occurrit apud Tac. Ann. L. IV. 8. *vestram meamque vicem explete*, de iis, qui peragunt ea, quae sunt sui muneris; qui locus Scheffero debetur. Liv. I. 20. *ne sacra regiae vicis desererentur*, coll. Epil. III. 25. Paullo aliter cepit Burmann. *praestes*, peragas. Cic. L. II. de Or. C. 9. 38. *omnes artes aliae sine eloquentia munus suum praestare possunt*; sed *praestare vicem* pro, alicujus locum obire, partes agere, dixit Ovid. III. Art. 666. notante Burmanno. *fortius.* Praeclare cl. Sattler. *dem Leib Erholung gönnen, daſs er neugestärkt vorstehen kan dem Amtsgeschäft.*

Vs. 15. Sattler. *Verändern muſst du deinen Plan und Lebensart.*

Vs. 16. Si velis cum litteris commercinm habere. Locutio poëtica. *Musarum limen. Heiligthum der Musen.* Lallemant. *le temple des Muses. Intrare limen.* Hanc locutionem in re simili vsurpauit Juvenal. II. Sat. 88.

Vs. 17. Assurgit oratio. *Pierio jugo*, i. e. monte. Martial. L. IX. 72. *Massyli leo fama jugi.* Mons Pierius, Musis sacer, quae ex eo Pierides dictae sunt, situs erat in confiniis Macedoniae atque Thessaliae, in quo Mnemosynen nouem Musas Joui peperisse fabulantur. Cic. de N. D. L. III. 21. Hesiod. Θεογ 51. sqq. De hoc monte supra Vitam Phaedri consules ab init. Ex hoc loco autem probari non potest, Phaedrum Thracem fuisse, vt supra vidimus in Vita Poëtae.

Vs. 18. *tonanti.* Sollemne Jouis Epith. Graece *βρονταῖος.* *Sancta.* Venerabilis. Hoc sensu non de diis solum, sed etiam de hominibus solet usurpari. Ita Cic. Arch. 8. *sit sanctum apud vos hoc poëtae nomen.* Id. Cat. I. 4. Senatum Romanum *sanctissimum orbis terrae consilium* appellat.

Fecunda nouies, artium peperit chorum;
Quamuis in ipsâ natus sim paene scholâ,

Vs. 20. *natus sim paene schola.* Ita libri scripti et olim editi. Sunt tamen, qui metri caussa verborum ordinem inuertant. Heinsius cui parent Hoogstrat. Maittar. Bentlej. Lallem. Brotier. Desbillon. Wakefield. in Silv. Crit. P. I. p. 64. *paene sim natus schola.* Bipontini, *natus paene sim schola.* Heumennus in N. B. P. XXVII. p. 610. *paene natus sim schola.* Sed recte obseruantibus Burmanno et Heusingero vltima vocis *paene* producitur positione, quia sequens *schola* a duplici consonante incipit. Hoc licitum et familiare poëtis esse, innumeris probari potest exemplis. Vid. quos Burm. citat, Pincier, Parerg. L. IV. 12. Barth. ad Calpurn. Ecl. II. 52. vt et Adv. XXI. 8. et XXIII. 4. vbi tamen e multis probat exemplis vir doctus, litteras *sp*, *sc*, *st* non semper facere positionem praecedenti syllabae; it. ad Stat. VI. Theb. 551. Nil igitur muta. Claud. Ciuilis, i. e. Withofius in Misc. Obs. Nov. Vol. I. T. I. p. 127. legit *Hellade*, pro *schola*, quod a manu Phaedri discedit longissime.

Vs. 19. *Fecunda nouies* cet. Nouem edidit liberos vno partu. cl. Sattler. *neunmal befruchtet.* *artium chorum.* Ita Musas dici, quae artium sunt magistrae, rarum ac fortasse singulare. v. Heusinger.

Vs. 20. *schola.* Intellige Graeciam, doctrinae parentem et magistram, ejusque partem illam, quae Musorum patria credita fuit (Vs. 17.) in Thessaliae et Macedoniae confiniis. Sed jugum Pierium, in quo se natum dicit Phaedrus, capiendum pro ea montis parte, quae pertinebat ad Macedoniam, in confiniis Thessaliae. Hoc docet vocula *paene*, quam non adjecisset, si in ipsa schola, i. e. in Thessalia, Graeciae parte, natus fuisset. Scribit etiam vs. 54. se litteratae Graeciae propiorem esse Aesopo. Graecus igitur fuisset, si in altera montis parte, Thessaliae adscripta, natus esset. Quae supra jamjam obseruata sunt in Vita Phaedri, praeeunte Desbillonio. *in ipsa schola natus*, Simili modo Senec. Consol. ad Polyb. 21. *liberalibus disciplinis non innutritus tantum, sed innatus est.* Justin. L. VI. C. 8. *vt mirabile videretur, vnde tam insignis militiae scientia homini inter litteras nota.*

Curamque habendi penitus corde eraserim,
Et laude multa vitam in hanc incubuerim,
Fastidiose tamen in coetum recipior.

Vs. 22. *Et laude multa.* De varietate lectionis cf. Excurs. II. ad h. v. *incubuerim.* Rittershus. *incubuuerim* conjicit, addicente Ursino.

Vs. 21. *Curam habendi*, i. e. opum parandarum studium. Absolute. Vid. *Jani* A. P. p. 189. Hor. I. Ep. VII. 84. dixit *amore senescit habendi.* Ita Ovid. III. Art. 541. Sed Aur. Vict. Caes. III. p. m. 236. *auctum habendi studium.* Graeci appellant πλεονεξίαν cf. Burm. *penitus corde eraserim*, ex animo deleuerim. Eleganter. Eodem modo dixit Hor. III. Od. XXIV. 51. *eradenda cupidinis praui sunt elementa*; et Sen. c. Ep. XI. *eradere vitia.* Ita in similibus alii saepe. Cl. Tzschuckius efficaciter indicari censet, istam habendi curam alte insedisse. Phaedrus eam potissimum ob caussam *curam habendi* penitus corde erasisse censendus est, quo liberiori animo et pectore soluto ad litteras, maxime ad poësin, incumbere posset; etsi aliae quoque caussae cogitari possint, quare curam opum parandarum non egerit. Vid. Vita Phaedri.

Vs. 22. Sensus: quamuis in hoc studiorum genere multam laudem sim assecutus, *Laude multa.* Gudius non explicat magna, sed multorum hominum, quod ei modestius videtur, quam si Phaedrus dixisset, *magna*; laudans Hor. A. P. 279. *successit vetus his comedia, non sine multa laude.* Sed haec puto dicta esse subtilius, quam verius. Phaedrus autem passim sibi laudem tribuit. v. Epil. II. 11. mox vs. 61. Prol. IV. 17. cf. V. L. *vitam*, vitae genus; quo sensu apud Cic. Rosc. Am. 17. occurrit *vita rustica.*

Vs. 23. *Fastidiose.* Fastidiose recipere est, ita recipere, vt a recipiendo omnia exigas summa cura, nihil non absolutum velis ac perfectum; vt vel leuissimo vitio ac defectu offendaris; vt summa cum venustate omnia fieri velis, et absolutionem perfectionemque desideres. Sic bene explicat *Toepferus* in Observ. ad Latinit. pertinent. Centuria, quae legitur in Act. Soc. Lat. Jenens. Vol. III. p. 170. Atque etiam ita interpretatur idem vir doctus τὸ *fastidiose judicare* Ciceronis de Or. I. 26. Gronouio *fastidiose* est, vix tandem et tarde, nec sine difficultate et cum fastidio;

Quid credis illi accidere, qui magnas opes
Exaggerare quaerit omni vigiliâ,
Docto labori dulce praeponens lucrum?

Vs. 26. Rigaltius sequentes sex versus inserendos putat medios his duobus: *Nec his dolorem delenirem remediis*, Vs. 44. et *Suspicione si quis errabit sua*, Vs. 45. Sed Vs. 33—37. ponit

---

Burmanno, quasi non meritus essem, vix inter poëtas habeor a principibus artis istius. *coetum* sc. poëtarum. cl. Sattler. *Dichterzunft.*

Vs. 24. *Quid credis illi accidere.* Perperam Schefferus explicat: quomodo putas illum evadere posse doctum. Verte: *wie meinst du wird es dem gehen?*

Vs. 25. *Exaggerare.* Proprie coacervare et in vnum quasi aggerem atque acervum cogere. Cic. de Off. I. c. 26. dixit, *exaggerare omni ratione rem familiarem*, i. e. amplificare, augere. Catil. IV. C. 9, *auctae atque exaggeratae fortunae.* Vid. Gesner. et Rittersh. Horatii II. Od. III. 19. sq. *exstructis in altum diuitiis* huic locutioni simile est. cf. infra L. IV. XIX. 23. *omni vigilia*, cura. Cic. Phil. VII. 7. *vt vacuum metu populum Romanum nostra vigilia et prospicientia redderemus.* Alii, vt Prasch. interpretantur, vigilantia. Sattler. *in durchgewachten Nächten.* Cum hoc versu compara. Hor. I. Sat. I. 70. sq.

Vs. 26. *Docto labori.* Doctus labor est, qui ad litteras pertinet, qui in colendis litterarum studiis insumitur. Vid. ad Epil. II. 15. coll. vs. 8. 10. Recte cl. Sattler. *gelehrter Fleis.* *Doctos* ait dictos Burmannus, Graecae linguae et artium Graecarum studiosos, et doctum inde laborem, Graecorum aemulatione susceptum; de quo more suo vir doctus erudite disputat. Cum enim Phaedrus in hoc prologo et alibi se Aesopi, qui Graece scripsit fabulas, exemplum sequi profiteatur, hanc rationem esse contendit, cur *doctum* laborem hic et in Epil. II. 15. vocet. Quem vocis *doctus* vsum an Phaedrus in mente habuerit, doctioribus relinquo. *dulce.* Proprium in hac re Epitheton. Ter. Heaut. II. II. 5. *cui nihil praeter pretium jam dulce est.* *Dulce lucellum* dixit Hor. I. Ep. XVIII. 98. *Burm.* Bene opponit τὸ *dulce* τῷ *labori*, vt jam olim notauit cl. Tzschucke.

Sed jam, quodcunque fuerit (vt dixit Sinon,

post vs. 26. Praeterea inter hos duos: *Calumniamque fictis elusit jocis* Vs. 37. et *Ego illius pro semita feci viam*, Vs. 38. fingit notas lacunae.

Vs. 27. *Quodcunque fuerit.* Haec verba in prouerbium abiise, recte statuunt viri docti Prasch. et Scheffer. Nec diffiteri vult Burmannus, prouerbii locum posse vindicare, eidem tamen simul in non multum diuersum sensum, quam apud Virgilium, capi posse videntur. Ibi enim notare ait, quicunque euentus me sequatur, siue mors, siue liberatio a malis, quae passus sum apud Graecos: hic siue inter poëtas habear, siue excludar coetu, tamen exarabo librum tertium. Sed si quid ego judico, haec sunt contra mentem Phaedri. Non enim dicit, se excludi coetu poëtarum; testatur potius, se recipi, etsi fastidiose. Quare cum initio hujus prologi sermo sit de fabulis Phaedri ab Eutycho legendis, mea quidem sententia ista formula haec poëta innuere videtur: siue habere velis eum Musis commercium, siue non; siue legas viles istas nenias, siue non, negotiis, quae officium tibi injungit, cura domestica, consuetudine amicorum, cet. impeditus; exarabo tamen librum tertium. Fac. enim, non tantum tibi esse a negotiis tuis otii, istas legendi fabulas, non frustra laborem suscepturus sum. Habebunt enim posteri, quo se oblectent. Itaque Scheffero non est adsentiendum, ita explicanti hunc locum: siue perueniri hac ratione possit ad eruditionem, qua tu putas; siue non possit, vt ego censeo. Neque est vero simile, quod itidem conjicit Burmannus, Phaedrum formula, *quodcunque fuerit*, ad fatalem exitum respexisse, quia fabulis suis ambiguae interpretationis quosdam offensurum se praeuideret, et jam etiam prioribus editis offensam et odium contraxisse intelligeret. Nam suspicari licet e vs. 31. sq. hujus Prologi, in quibus tantummodo Eutychum memorat et posteros, quorum ad manus fabulae Libri III. transmittendae sint, noluisse Phaedrum, vt ab aliis tunc viuentibus ipsius legerentur fabulae, cum e fabulis Libri I. et II. antehac editis, magna cepisset incommoda. Vid. Desbillon. ad vs. 31. sq. Itaque non erat, quod fatalem metueret exitum; cum sciret, scripta sua se viuo non in lucem emissum iri, vt in Vita

Ad regem cum Dardaniae perductus foret)
Librum exarabo tertium Aesopi stylo,
Honori et meritis dedicans illum tuis.
Quem si leges laetabor; sin autem minus,
Habebunt certe, quo se oblectent posteri.
Nunc fabularum cur sit inuentum genus,

Phaedri suo loco obsernatum est, *Sinon.* Vid. Virg. Aen. II. 77. *Cuncta equidem tibi rex, fuerit quodcunque, fatebor*, vbi viri docti hujus Phaedri loci auctoritate defendunt lectionem, *fuerit quodcunque*, contra vulgatam, *fuerint quaecunque.* Sinon autem a Trojanis se capiendum obtulit, et ad Priamum regem deductus ipsi persuasit, abiisse Graecos, atque equum illum ingentem, in vrbem ducendum, statuisse. Virg. Aen. II. 57. sqq.

Vs. 28. *Regem Dardaniae*, Priamum, Trojanorum regem, qui vocati sunt Dardani a Dardano, regni Trojani conditore, vnde et ipsa regio Dardania dicta est. *Foret.* Vid. III. X. 13. et L. V. V. 10.

Vs. 29. *Aesopi stylo.* Schefferus construit *stylo* cum *exarare*, ita vt dicat poëta, se librum tertium Aesopi exaraturum stylo, i. e. suo. Sed *stylo Aesopi* conjungendum, i. e. genere scribendi (fabulandi ratione, *Manier)* quo Aesopus vsus est, vt toties jactat. Sic *orationes Attico illo scriptas* dixit Cic. in Brut. C. 45. C. Titii, qui tamen sine Graecis erat litteris. Quis vero credat, hunc Phaedri librum tertium cum Aesopi tertio plane congruere? certe F. X. sui temporis historiam refert: et quis nobis probabit, Aesopum fabulas suas in libros aliquot digessisse? aut tempore Phaedri fabulas Aesopi libris distinctas in manibus doctorum fuisse? *Burmann.* v. Prol. II. 1.

Vs. 30. Ex veteri formula, quae in inscriptionibus frequens. *Gud.*

Vs. 31. sq. Vid. quae notamus ad vs. 27. *Sin autem minus.* Vid. ad Epil. II. 15. *Habebunt quo se oblectent.* Eamdem constructionem habes. Epil. II. 9.

Vs. 33. *Fabularum genus*, fabulae, vt L. IV. VII. 2. *hoc jocorum genus*, pro, hos jocos legere fastidis. Sic *genus hominum, genus ferarum* pro hominibus ferisque vsurpari solent. Vid. Desbillonii Addend. p. 48. Adde Hor. I. Od. II. 9. *piscium genus.* Male huc refert Rigalt. Prol. II. 1. vbi vide.

Breui docebo. Seruitus obnoxia,
Quia, quae volebat, non audebat dicere,
Affectus proprios in fabellas transtulit,

Vs. 34. *Breui*, Heinsius malebat *breuiter*, quia *breui* vulgo ponitur pro, intra breue tempus, sed v. Notas.

Vs. 35. *dicere*. Suidas in Αἴσωπος multa dixit huc facientia teste Neveleto. Heinsius corrigebat *hiscere*, ingeniose: ita apud Plaut. Milit. I. I. 11. meliores notae codices: *Mars haut ausit hiscere*, pro vulgato *dicere*, et obuium hoc verbum eo sensu. *Burmann*. De vsu verbi *hiscere* docte disputat Heinsius in Notis, quibus adde Gesneri Thes. L. L. h. v.

Vs. 34. 35. *Breui*. Sic veteres dixisse pro *breuiter*, probat Burmannus exemplis Cic. III. ad Div. 8. *faciendum putaui, vt tuis litteris breui responderem*, et L. IV. 5. *decreui breui ad te perscribere*. Quibus adde locum Cic. de Or. L. I. C. 46. quem Desbillon. memorat. *Seruitus*. Aesopus, Xanthi philosophi seruus. Abstractum pro concreto, vt saepe. *obnoxia*, non tantum est subjecta alterius arbitrio, sed etiam semper timida, trepida, injuriaeque exposita, quae impune fere laeditur. Huc referri posse videtur locus Livii L. XXIII. C. 12. in quo τῷ *superbus* opponit *obnoxius*, addens, *quorum alterum est hominis alienae libertatis obliti*; *alterum suae*: Cui addi potest locus L. VI. C. 34. *obnoxios submiserant animos non infimi solum, sed principes etiam plebis* cet. Obnoxium et trepidum conjungit Sueton. Tib. 12. testibus Gronov. et cl. Tzschuck. Hanc vocem explicat J. F. Gronov. ad Senec. de Ira III. 8. p. 20. sq. quem etiam laudant Bipontin. et cl. Schirach. l. c. p. 247. Adde Not. Burmanni.

Vs. 36. *Affectus*. Absolute. Alias addi solet, *mentis*, *animi*. Bene explicat Burm. sensus animi sui scilicet non audebat libere eloqui, quicquid animo suo sentiebat, sed per fabulas adumbrabat. Pro sensu animi cepit Cic. Tusc. V. 16. *qualis cujusque animi affectus esset, talem esse hominem*: et mox, *affectus animi in bono viro laudabilis*. Absolute ponitur apud Ovid. Met. VIII. 473. Affectus publicos saepe dixerunt auctores declamationum, sub Quintiliani nomine editarum, teste Burmanno, qui etiam laudat Ovid. Met. VII. 147. 171. et Trist. V. II. 8. Adde Trist.

Calumniamque fictis elusit jocis.
Ego illius pro semita feci viam,

Vs. 37. In V. C. i. e. Pithoei, Neveletus legi testatur, *calumniam quae fiet scelus et lacis;* sed Heinsius in eodem se ait inuenisse, *calumniaeque fiet scelus et locis*, pro quo conjicit, *calumniaeque fictis illusit* jocis, vt L. V. VII. 33. vel *adlusit*, vt III. XIX. 12. cf. V. L. ad Epil. III. 24. Sed Gudius, quia in Codice MS. nescio quo, erat *scelusit*, hanc deprauatam lectionem mutabat in *seclusit*; at non sine caussa quaerit Burmannus: quid est quaeso *secludere jocis calumniam*, i. e. separare a frequentia hominum. Jac. Gronov. Emendatt. in Phaedr. p. 149. emendauit, *fictis sic lusit jocis*. At *elusit* vnico vera lectio. Vid. Not. ad L. I. F. XII. 9.

Vs. 38. MSS. Pith. Rem. *Ego illius porro semita feci viam.* Sic edidere Pith. Rittersh. Nevel. Rigalt. syllaba redundante. Sed quia in Cod. Rem. non *porro*, sed po fuit, Gudius legit:

IV. III. 32. *in fabellas transtulit.* Illustrando huic loco praeclare inseruiunt, quae notauit Perizonius ad Aeliani V. H. L. XIV. C. 15.

Vs. 37. *elusit*, euitauit. Lege quae de hoc verbo notamus ad L. I. XII. 9. *fictis jocis*, fabulis. Saepius vtitur Phaedrus voce *jocus*, et verbo *jocari* de arte fabulatoria, vt Prol. I. 7. Prol. II. 5. vbi vide; it. L. IV. VII. 2. Adde ill. de Schirach. Clav. P. I. p. 192. *calumniam.* Verte, *Chicane.* Vid. ad Prol. I. 5. et L. I. XVII. 2. Calumnia proprie lis, quam alicui sine caussa intendimus, vt ei molestiam et periculum creemus. Deinde vsurpatur de malitiosa, aut falsa saltem interpretatione. Cic. Caec. 21. *in frigida et jejuna calumnia delitescere.* Id. Off. I. C. 10. *exsistunt injuriae calumnia et malitiosa juris interpretatione*; it. de inani reprehensione. Cic. N. D. II. 8. *effugiunt Academicorum calumniam.* Cf. Clav. Cic. Ern. h. v. Cl. Sattler. reddidit: *Aufpasser.*

Vs. 38. *Semita* est, qua singuli ingrediuntur; *via*, qua plures. Haec igitur latior, illa angustior. Hoc notandum contra Scioppium, qui non distinguit hic inter *viam* et *semitam*, improbantibus Rittershusio atque Scheffero. Has enim voces differre, docet locus Martialis VII. Ep. 61. Bip. *Et modo quae fuerat semita facta via est.* Cui adde Plaut. Rud. I. III. 29. sq. Cas. III. V. 40. et versum Ennii, cujus Cicero meminit de Di-

Et cogitaui plura, quam reliquerat,

Ego illius pro semita f. v. probantibus Bentlejo et Burmanno, rejiciente vero Schirachio in Clav. P. I. p. 342. vbi vulgata Codicum lectio defenditur, siue ob versus meliorem rationem, *Ego porro illius* cet. At vero lectio, *semitam feci viam* est a Scheffero, quam praeter Burmannum, cui tamen conjectura Gudii non displicet, dederunt Bipontini. Et placet Guyeto. Praeter Gudii conjecturam, modo memoratam, alia est hujus viri docti: *Aesopi illius semita feci viam*, quam recepit Hoogstratanus. Richterus, praeeunte Jac. Gronouio, *ego illius post semita feci viam*. Vid. Emendatt. in Phaedr. p. 150. quem sequuntur Wolf. Walch. Auctor Notarum germanice scriptarum, Sanadon et Philipp. Ceteroquin Rigaltius et Faber frustra putant, ante hunc versum nonnullos excidisse. Lallemant. Brotier. Desbillon. edidere: *ego porro illius semita feci viam.* Sic

---

via. I. 58. *qui sibi semitam non sapiunt, aliis monstrant viam.* Vid. Strodtmanni Centur. II. differentium apud Latinos vocum, in Act. Soc. Lat. Jen. Vol. III. p. 92. et Graev. ad Cic. Verr. II. 23. Ex quibus locis patet, in prouerbio habere Latinos *semitam*, si componunt cum via, atque tum indicare illam rem minorem atque leuiorem, hanc grauiorem atque vberiorem. Arripit commode hoc prouerbium Phaedrus atque ad Aesopum et sese applicat. cf. Shirachii Clav. P. I. p. 342. Semita nempe est Aesopi genus scribendi, angustia terminis et paucis fictisque fabulis contentum, cui Phaedrus multa adjecit, ficta et vera, plura cogitans, i. e. plures fabulas inueniens, quam ille reliquerat, sen, vt ait cl. *Tzschucke*, Aesopum non secutus solum sum, sed et longius latiusque processi. cf. cl. *Jacobs.* Obseruatt. in Phaedri Fabb. T. I. hujus Edit. praefixas, ab init. *Viam* autem *sibi facere* auctores dicunt, notante Burmanno, qui genus peculiare scribendi sequuntur, vt Quinctil. III. 1. *fecit deinde velut propriam Hermagoras viam*, et obuium apud Ovidium et alios est, *facere viam*. Vid. Burm. ad Ovid. I. Trist. II. 86. et ad h. l.

Vs. 39. *cogitaui*, excogitaui, inueni. Simplex pro composito. Schefferus laudat Nep. Dat. 6. *quod ad perniciem suam fuerat cogitatum*; Burmannus vero Ter. Heaut. Prol. 13. sq. Praschius Liv. II. 55. *aliud agendum, ac cogitandum.*

In calamitatem deligens quaedam meam.
Quodsi accusator alius Sejano foret,

et olim ediderat Ursinus. Ego non dubitaui, e conjectura Gudii reponere; *Ego illius pro semita feci viam.* Sic edidit Bentlej. sicque non opus est, τὸ *semita*, quod est in libris scriptis, mutare in *semitam*. Sic seruatur quoque priscus verborum ordo in Codd. MSS. *Ego illius* cet.

Vs. 40. *deligens.* Frustra hoc verbum sollicitat Heinsius, (substituens *dirigens*, vel *seligens*, vel *inde eligens*); est enim idem quod ex magna materia eligens, vt *deligere rosam* Ovid. IV. Ep. 30. *vuam* Remed. 190. Eadem ratio in *delectu*, de militibus, vnde delectores Frontino IV. I. 3. *Burm.*

Vs. 40. Frustra Interpretes, vt Gronov. Hoogstratan. alii, hunc locum, explicant nonnulla applicans ad mala quae passus sum. Ita fere Albinus, interpres Gallicus, nec non cl. Sattlerus, quem video vertisse: *wozu mein trauriges Geschick den Stoff mir gab.* Nec melius Faber, Albin. censor, quasi elegerit quaedam Phaedrus, quibus consolaretur et leuaret calamitatem suam. Namque haec a poëta sunt aliena, qui, vt acute vidit Burmannus, hoc versu significare voluit; sese delegisse fabulas, vnde ipsi per calumniam inimicorum postea calamitas fuit conflata. Non vero eo animo delegerat, vt sibi ipse calamitatem contraheret, sed ex delectu fabularum et historiarum inimici ejus calumniam suam exstruxerunt, quasi carpendi Tiberium Sejanum et alios potentes caussa eas potissimum delegisset. Huc maxime referendae L. I. F. II. et VI. Quae interpretatio reliquis praeferenda omnibus. Ex quo facile intelligitur, ipsum Phaedrum auctorem calamitatis suae esse appellandum, vt supra in Vita Phaedri demonstraui vberius.

Vs. 41 — 43. *Alius Sejano.* Sensus: si integri a sceleribus viri essent judices, qui fabellis meis virus subesse judicarent, tunc dignum me censerem malis, quae patior. *Burm. alius Sejano.* Sumta est haecce constructio a Graecis, pro, alius quam Sejanus. Sic apud Plat. Theaet. p. 186. fin. ἄλλο ἂν αἰσθήσεως ἐπιστήμη. V. *Jani* A. P. p. 124. et *Zeune* ad Viger. p. 74. Eodem modo Latini adjectiuo suo *alius* vtuntur. Hor. L. I. Ep. XVI. 20. *neu putes alium sapiente bonoque beatum*, et L. II. I. 240.

Si testis alius, judex alius denique,
Dignum faterer esse me tantis malis,
Nec his dolorem delenirem remediis.

Vs. 42. *judex.* Scioppius conjicit *index*, i. e. delator, improbantibus Heinsio et Scheffero, quos vide. Praecedit enim *accusator*, sequitur *testis*, non potest igitur post hunc *index*, immo vero *judex* poni. Neque etiam *index* h. l. differt ab accusatore, et in Ausonii loco, quem citat, alii legunt, *judice me nemo, sed neque teste perit.* —

Vs. 43. *tantis.* Guyeto legendum videtur *cunctis.*

Vs. 44. *delenirem.* Rittershus. Rigaltii 2. Nevelet. Ursin. Maittar. Freinshem. alii, *delinirem*; sed *delenirem* praeferendum.

---

alius Lysippo. Cf. Voss. de Constr. C. XIV. p. 371. Adde Scioppii et Gudii Notas. Aelius Sejanus autem fuit eques Romanus, nobilissimus ille Tiberii amicus, cuncta gerens hoc regnante pro arbitrio, a Tacito Ann. IV. C. 11. *omnium facinorum repertor* appellatus. A quo Phaedrus variis criminibus accusatus vix euasit incolumis. Quomodo autem poëta in ejus odium inciderit, de eo quidem in Vita Phaedri disputatum est. De Sejano v. praeter. Tac. Ann. L. IV. et V. Suet. Tiber. 48. 61. 62. et quos laudant Rigalt. et Dispontinus Dion. Cass. LVIII. et Ryckium in Orat. de Vita et morte Sejani, subjuncta ejus ad Tac. Animadverss. Cum jam in eo esset, vt summam potestatem Tiberio eriperet, vno eodemque die A. C. XXXI. accusatus damnatus et interfectus est. *Accusator, testis, judex.* Tacitus de iisdem Tiberii temporibus L. IV. C. 28. Annal. *accusator filius — structas principi insidias, missosque in Galliam concitores belli, index idem et testis dicebat.* Idem Tacit. L. IV. Ann. C 59. vbi Sejani in Germanici stirpem odium refert: *adsimulabatque indicis* (plurimi *judicis*) *partes aduersus Germanici stirpem, subditis qui accusatorum nomina sustinerent.* Gud.

Vs. 44. *His remediis*, i. e. fabulis scribendis, vt sensus sit, fabulis scribendis dolorem non minuere, aut mollire cuperem. *delenirem.* Hoc sensu legitur apud Plaut. Stich. Argum. 4. *verbis delenitur commodis*, Burmannus laudat Hor. III. Od. I. 41. sqq.

Suspicione si quis errabit suâ,
Et rapiet ad se, quod erit commune omnium;
Stulte nudabit animi conscientiam.

Vs. 45. *Suspicione.* Gudius supponit *suspectio*, quod recepit Maittarius, nec displicet Burmanno: quam emendationem ego quidem neutiquam puto esse necessariam. Vid. Notas.

Vs. 47. *nudabit.* MS. Gud. i. e. Pithoei *nudauit*, quod ortum est ex confusione τῶ *b* et *v*, vt vidimus ad L. I. XVII. 8.

Vs. 45—47. Recte interpretatus est Gronouius: si quis falso suspicabitur, se his tangi fabulis, et sibi applicabit, quae in genere dicta sunt, nemine certe destinato, is stolide se ipse prodet, ostendetque, quam sit male sibi conscius. *Suspicione.* Secunda syllaba producenda, vt L. III. F. X. 36. Etsi enim analogia corripi illam suadet, vsus tamen et consuetudo veterum produxit. Vid. Martial. XI. 45. 5. Publius Syrus 7. 738. Eamdem syllabam semper produci apud Terentium, multis probauit exemplis Desbillonius. Cf. quoque Voss. de Anal. L. II. C. 32. p. 834. Fabri Thes. Gesn. Male igitur Prasch. et Gudius negant produci posse. Teste Burmanno, Pincier. Parerg. L. IV. 1. ancipitem esse hanc syllabam putat, sed si breuis sit, scribendum censet *suspicio*, si longa, *suspitio*. *rapiet ad se.* Cicer. sollemnis locutio, etiam in aliis rebus. Sic L. I. de Off. 3. *vtilitas ad se rapere, honestas contra reuocare ad se videtur* et II. 10. de admiratione, *totos ad se conuertit et rapit*, Ter. Prol. Adelph. 3. *rapere in pejorem partem. Burm.* Eleganter ad notandam calumniam violentamque interpretationem. *Tzschuck.* Sibi tantum applicabit, et aliis nil dictum credet. cf. Schirachii Clav. P. I. p. 313. *erit*, est. Vid. L. IV. IV. 12. *commune omnium*, quod tangit omnes Avianus in Praef. dixit *jocos communes*, i. e. qui tangunt omnes. *nudabit.* Signatius, quam patefaciet, indicabit. Liv. L. XXXIII. 21. sub fin. loquitur de ora maritima, *quae nondum nudauerat animos.* De hoc verbo, quo Livius non raro vtitur, v. Gronov. ad Liv. XLIV. 38. T. III. p. 919. quem memorat Burmannus ad h. l. Praeclare hosce versus interpretatus est cl. Sattler. *Wenn jemand sich getroffen wähnt, und das, was alle trift, auf sich ziehen will, so schliefst der Thor dadurch sein Herzensschränkchen auf.*

Huic excusatum me velim nihilominus:
Neque enim notare singulos mens est mihi,
Verum ipsam vitam et mores hominum ostendere.
Rem me professum dicet fors aliquis grauem.

Recte Burmannus: „si, *inquit*, ita legendum esset, in superioribus etiam *errauit* et *rapuit* reponendum, quasi aliquem jam certum designasset, qui se fabulis illis tangi a Phaedro doluerat. Sed melius est, vulgatis inhaerere, et intelligere de illis, qui suspicantur in se scriptas fabulas, qui erant iis vitiis infecti et sibi conscii facinorum. Quos errare dicit, et tamen nudare illam conscientiam stulte, cum potius deberent dissimulare, quasi nihil ad se illae pertinerent fabulae.“

Vs. 51. *fors.* MS. Pith. et editi, vt Rittersh. Rigalt. Nevel. Gronov. Freinsh. Walch. al. habent *forsan aliquis*, turbato metro. Sed jam olim Scioppius et Faber, quibus accedit Guyetus, emendabant *fors aliquis*, vt *fors* adverbialiter ponatur. Legitur hac forma apud Virg. II. Aen. 139. et. V. 232. alibi.

Vs. 48. Eodem modo dixit Cic. Verr. I. 40. *populo Romano vniuerso me excusatum volo.*

Vs. 49. Non eo consilio scribo fabulas, vt singulos homines reprehendam, et ignominiis quasi censoria afficiam; haec enim est vis τοῦ *notare*, quod hic ponitur absolute, vt apud Ovid. Met. IX. 261. *seque indoluisse notatam.* Hinc *nota tristis* I. III. 11. Ita Cic. de Sen. XII. 42. *notandam putaui libidinem*; ita saepe apud eumdem, *notari imfamia, ignominia.* Hoc versu Phaedrus expressit, quod Martialis L. X. 33. dixit, *parcere personis, dicere de vitiis*, et Plin. I. Ep. X. 7. de Euphrate philosopho *insectatur vitia, non homines.*

Vs. 50. *ostendere*, *darstellen*, quo sensu occurrit simili in re L. V. V. 6. *vt nouitatem ostenderet.* Cl. Schirach explicat, docere; minus recte. v. Clav. P. I. p. 258. Sattler. *Nur Menschensitten, Menschenwandel stell ich dar.* Hunc versum integrum fere dedit Romulus in Dedicatione ad Tiberinum filium; vbi vide.

Vs. 51. At forsan dicet aliquis, me magni momenti rem esse pollicitum. *Profiteri* est ultro offerre aliquid, polliceri. Cic. Rosc. Am. 53. *eadem in re operam vestram profitemini.* Sic alibi.

Si Phryx Aesopus potuit, si Anacharsis Scytha
Aeternam famam condere ingenio suo:
Ego, litteratae qui sum propior Graeciae,

Sed Scheffero, Heinsio, Bentlejo placet, *forsan quis.* In Cod. Rem. est *forsitan.* At vitium voci potius *forsan* inesse videtur, quam pronomini *aliquis.* Quis enim non videt, vtrumque *forsan* et *forsitan* esse interpretationem τῦ *fors*, non aeque cogniti rudi librario. Cf. Gud. Notauerat etiam *fors* Salmasius ad marginem libri.

V. 52. Codd. MSS. corruptam lectionem habent: *Frige fuisse Aesopus Anacharsae Scythae*; vel *Frigem fuisse Aesopum, si Anachnrsae Scythae.* Vid. Gud. et Nevel. Hinc factum, *si Phryx Aesopus potuit, Anacharsis Scythn:* postremum *si* a Gronouio accessit. Vid. vs. 41. sq. Bentlej. edidit: *Phrygibus si Aesopus potuit, si Anacharsis Scythis*; sed Harius mallet: *Phrygi licuit si Aesopo, si Anacharsi Scythae.* De coniectura Jac. Gronouii et altera Harii lege Burmannum. Alterum *si* in nonnullis editionibus abest, vt Hoogstratani. *Withofius* in Misc. Obs. Nov. V. I. T. I. p. 127. sq. loco τῶν *si Phryx*, legit, *Phryge teste*, i. e. fatente: τὸ *si* ante *Anachnrsis* ejicit, et vs. 53. *suo* mutat in *sibi.*

Vs. 54. *propior.* MS. Pith. *proprior.* Et ita Salmasius ad oram libri sui notauit.

Vs. 52. *Anacharsis.* Philosophus Scythes, regia Scytharum Nomadum stirpe ortus, ipsis Aesopi temporibus clarus, Solonis tempore Athenas venit. Quaedam praeclare dicta posteritati reliquit. Cujus ad Hannonem epistolam memoriae prodidit Cic. Tusc. L. V. C. 32. Aliae epistolae ab eodem scriptae, exstant in Collectione Epist. Graec. Aldina et Cujaciana. p. 348. sq. Vid. Gesner. ad Cic. Chrestom. p. m. 398. Testimonia Veterum de Anacharsi habes in Notis Rigaltii.

Vs. 53. *condere famam.* Recte ex notione aedificandi explicant Scheffer. et Tzschuckius. Simili modo Sil. Ital. L. IV. 36. sq. dixit: *juuat ire periclis. Ad decus, et dextra memorandum condere nomen*, vbi *condere nomen* est, gloriam comparare. De hoc verbo egit Burm. ad Eleg. in mortem Drusi ad Liviam vs. 343. Sattler. *Hat sich Unsterblichkeit durch Witz erstrebt.*

Vs. 54. Hujus et sqq. versuum sensus, vt jam supra indicaui in Vita Phaedri, hic

Cur somno inerti deseram patriae decus?
Threïssa cum gens numeret auctores suos,

Vs. 55. *deseram.* Heinsius *deteram*; quod etsi potest defendi ex Nep. Timol. 1. et Sil. Ital. VII. 246. sq. neque etiam ineptum habet sensum; *deseram* tamen locum suumtueri potest, docente Burmanno, quem vide. cf. Not. ad h. v.

Vs. 56. *suos.* Rittershusius conjicit *deos*, nempe Apollinem et Musam (vs. 57.) Quod merito displicuit viris doctis. Burmannus mallet *duos*, vt jactet Phaedrus, Thraciam solam habuisse (?) bis tantum poetas; caeterum in eo est: Ego, qui sum propior Graeciae litteratae Aesopo, qui in Phrygia; et Anacharsi, qui in Scythia erat natus, nolo patriae meae decus per inertiam deserere; cum Threïssa gens, quamuis a Graecia sit multo remotior, suos tamen auctores Linum et Orphea numeret. *Litteratae propior Graeciae.* Phaedrus enim Macedonia ortus erat, natus in jugo montis Pierii, qui situs erat in Thessaliae confiniis. Vid. Vit. Phaedri ab initio, et ad vs. 17. et 20. huj. Prol. Apte autem dicit *litterata Graecia*, i. e. litteris clara. Cf. vs. 20. Erat enim omnium litterarum inventrix et altrix. Vid. Cic. pro Flacc. C. 27. Propertius habet *doctas Athenas.*

Vs. 55. *Cur somno inerti*, i. e. ignauia mea, *deseram*, omittam promouere et ornare, cum possim, *patriae* meae *decus? deseram*, omittam augere, negligam, postponam. Ita Liv. L. I. C. 20. *ne sacra regiae vicis desererentur.* Cic. III. Att. Ep. 19. *deserere preces fratris, promissa Sextii, Spem Terentiae — patriae decus.* Nam in monte Pierio, in quo Phaedrus natus erat, Musae, artium et litterarum Deae, credebantur esse genitae. Hinc *in ipsa paene schola* natum se esse dicit vs. 20. Sed qui censent, Phaedrum Thracem fuisse, vt Burmannus, hunc versum ita explicant: Ego cur decus jam inceptum et acquisitum per Orphea et Linum Thraciae (vnde mox *sollemnis gloria* vocatur) *deseram somno inerti*, i. e. ignauia mea destituam, et non propagem studio et cura mea? deserimus enim inchoata jam, vt ita *deserere bellum* Justino II. 12. *deserere morte opus* Ouid. IV. ex Pont. XVI. 16. Cl. Sattler. *Warum soll ich so träg verschlummern meines Vaterlandes Ruhm?*

Vs. 56. *Threïssa.* Pro Thrace in antiquis Inscriptionibus et Codicibus quandoquidem occur-

Linoque Apollo sit parens, Musa Orpheo,
Qui saxa cantu mouit, et domuit feras,

buisse tot auctores, quot Phrygia et Scythia simul; quemadmodum vs. sq. jactet, Phrygiam et Scythiam non posse ostentare diis genitos, vt Thracia, quae diis natos duos poëtas Orphea et Linum produxit. Censet etiam, verbum *numeret* hoc exigere videri.

Vs. 58. *et domuit.* Bentlej. aliquanto concinnius *edomuit.*

---

rit *Threx*, vt malebat scribi Gudius, cujus Notas vide, coll. Fabricii B. L. T. II. p. 25. et Burm. ad Petron. p. 225. Sed a *Threx* descendit *Threïssa* et *Threïcius. auctores*, poëtas. Intellige Linum et Orphea, Thracia ortos. Ita Homerus a Cicerone *auctor* dicitur Off. III. C. 26. Et Hor. A. P. 45. et Ouid. Fast. VI. 709. *carminis auctor* habent. Sattler. *rühmt Thracien sich seiner Dichter nicht?* Aliter, sed duriuscule haec cepit Schefferus. Sic enim locum interpretatur: „Linus et Orpheus primi litteris excoluerunt Graeciam. Itaque auctores eos vocat et auctores *Graeciae*, quatenus est *litterata*. Porro hos auctores dicit Phaedrus *Thraces numerare suos*, h. e. dicere non esse *Graecos*, verum *Thracicae gentis* homines. Jam eum Thraces fuerint illi, qui Graeciam instruxere litteris, vult dicere: cur ego non studeo seruare hoc decus meae patriae, cum praesertim Apollo et Musa, Dii artium, in Thracia mea habitarint, ibique eos auctores litteratae Graeciae progennerint."

Vs. 57. 58. *Linoque Apollo sit parens.* Virg. Ecl. IV. 55—57. Non me carminibus vincet nec Thracius Orpheus, nec Linus: huic mater quamuis, atque huic pater adsit: *Orphei Calliopea*, *Lino formosus Apollo.* Secundum alios Linus fuit Vraniae et Mercurii filius, qui fuit ab Hercule cithara occisus, cujus discipuli memorantur fuisse Orpheus et Hercules. Aelian. V. H. L. III. C. 32. Alii fabulantur, Linum Amphimaro, Neptuni filio, et Vrania genitum fuisse; qui cum omnes mortales gloria musicae antecelleret, ab Apolline, cui cantu se conferebat, fuit Supplicio affectus. Natal. Com. Mythol. L. IV. p. 351 Sed *Hyginus* F. 161. eumdem Apollinis et Vraniae Musae; *Apollodorus* I. 3. 2. (vbi v. *Heyne*) Oeagri fluuii et Calliopes filium fuisse memorant. Alii aliter. *Musa*, Calliope. Vid. locum Virgilii

Hebrique tenuit impetus dulci morâ.
Ergo hinc abesto liuor, ne frustra gemas,

Vs. 59. *Hebrique.* Libri scripti, item Ritterhus. Neveleti, Meursii, Ursini Editiones habent *Erebique*, quasi ad fabulam Eurydices respiceret Phaedrus. Sed Rigaltius in Edit. 2. reposuit *Hebri*, cujus emendationem alii deinde admiserunt. Hunc fluuium enim rapidum facit Senec. in Thebaid. 607. *Rapidusque campos fertiles Hebrus secat.* Neque obstat, quod Hebrum nonnulli leni et placido flumine procedere tradunt; vid. Servius ad Virg. Aen. I. 317. Poëtarum enim non semper est in his summa subtilitas, obseruante Heynio ad loc. Virgilii cit. qui laudat Burmannum ad Val. Flacc. V. 180. Veterem lectionem tuetur Desbillonius, in Addend. ad Not. p. LII.

---

citatum ad vs. 57. *Orpheo.* Lege quae notamus ad h. l. in priori Phaedri Editione P. II. p. 22. *saxa cantu mouit.* De Orphei vi musicae etiam consulendus Ovid. Met. XI. 1. 2. Idem dixit Horatius de Amphione A. P. 392. sqq. *domuit feras.* Bene haec illustrat Hor. A. P. 390. sq. coll. Ovid. l. c. et Art. III. 321. Adde Propert. III. I. 41. *Orpheu te duxisse feras — dicunt*; vbi v. Broukhus.

Vs. 59. Cursum vehementiorem Hebri fluuii retardauit, adeo quidem, vt hic, dulcedine carminis captus libentissime moraretur. *Hebri.* Hebrus est fluuius Thraciae, oriens ex Haemo monte, et in Aegeum mare exiens. Cf. V. L. ad h. v. *tenuit*, detinuit. Propert. III. I. 42. quo loco tamen Bipontini legunt *sustinuisse*, pro, *detinuisse*; sed v. Broukhus. ad l. c. Propertii. *impetus.* Apte vtitur haec voce, quae de rapido flumine, per carmina Orphei cursum suum retardanti, proprie dicitur. Notandus locus Senecae, quem Burmannus produxit, Nat. Quaest. III. 30. *magno impetu erumpentes fluuii*, de exundantibus. Cui loco adde Curt. L. V. C. 1. n. 28. pari elegantia Hor. I. Od. XII. 7. sq. h. v. ita expressit: *Insecutae Orphea siluae arte materna rapidos morantem fluminum lapsus*; coll. Hor. III. Od. XI. 13. sq. vbi v. *Jani. dulci mora.* Nota elegantiam Epitheti. Vox *mora* autem, vt paullo ante *impetus*, proprie dicitur. Vide locum Senec. Burmanno laudatum, Herc. Fur. 573. *ars, quae praebuerat fluminibus moras.*

Vs. 60. *Liuor.* Vid. ad Epil. II. 10.

Quoniam sollemnis mihi debetur gloria.
Induxi te ad legendum: sincerum mihi
Candore noto reddas judicium peto.

Vs. 61. Varie, sed sine necessitate, hunc versum sollicitarunt Critici. Bentlej. rescribit, *perennis*; alii, *similis illis*; Freinshemius: *quod jam sollemnis detur mihi gloria*: Schefferus: *quoniam mihi sollemnis dabitur gloria*; Guyetus et Scaliger: *quoniam sollemnis mihi debetur gloria*, cum antea legeretur: *quoniam mihi sollemnis d. g.* Ita ediderunt Nevelet. Faber. Ursin. Danet. al. Cf. Burmann. ad h. v.

Vs. 62. 63. Guyetus more suo hos duos versus vltimos suspectos habebat. Bentlejus, meam deserens editionem, haec verba, *induxi te ad legendum?* interrogationis nota expressit, nescio quo sensu; nam *an induxi te?* videretur negandi vim habere, cum toto hoc prologo illud egerit, vt induceret Eutychum ad legendum, si modo otium illi esset: nunc cum fiducia finit: *induxi te*, (ita certe confidit) hoc prologo ad legendum, et peto, vt judicium mihi reddas. Nec Heinsii *condixi te* hic habet locum. Sed vt L. II. 6. inducta verbis; ita hic *induxi te* verbis hujus prologi ad legendum. *Condicere aliquem* an dicatur, commodo ad hunc locum sensu, vehementer dubito. *Burm.*

Vs. 61. *Quoniam*, referendum ad *frustra* vs. praec. *sollemnis gloria*, laus litterarum, patriae meae jam solita. Vid. ad vs. 55. Sed qui statuunt Phaedrum Thracem fuisse, poëtam exempla Lini et Orphei respicere existimant. Sic Schefferus et Burmannus, qui de vsu vocis *sollemnis*, hac significatione, docte disserit. Ita Sueton. Aug. 44. *feminis ne gladiatores quidem, quos promiscue spectari, sollemne olim erat, nisi ex superiore loco, spectare concessit.* Hor. I. Ep. I. 101. *sollemnia insanire* dicit, quod viri docti explicant, more solito. Quibus exemplis adde Cic. Att. VII. 6. *nostrum illud sollemne seruemus.* Vim τȣ̃ *sollemnis gloria* non intellexerunt Gallici Interpretes Albinus et Lallemant; ille enim reddit, *une gloire publique et generale*; hic *approbation publique*. Cf. Burm. Neque etiam Phaedrus dicere voluit: quoniam ego mihi a posteris certam promitto laudem. Ita Func.

Vs. 62. *Induxi*, excitaui, commoui. Vid. L. II. VI. 14.

Vs. 63. *Candore noto*, pro tuo multis jam rebus a me cognito candore.

FABULA I.

ANUS AD AMPHORAM.

Anus jacere vidit epotam amphoram,
Adhuc, Falernâ faece, e testa nobili

Vs. 2. *Falerna faece.* Addiderunt Bipontini a post *Falerna*, sublata distinctione post *faece* — *et testa nobili.* MSS. Pith. Rem. Veteresque Editiones, *et testa nobili*, quam lectionem

Vs. 1—3. Anus jacere vidit amphoram exhaustam, quae, quia intus adhuc erat faex Falerna, s. faex vini Falerni, e testa nobili odorem jucundum late spargeret. *jacere.* de re neglecta, vt L. III. F. XII. 3. et III. XV. 15. *epotam amphoram.* An a se, an ab aliis non addit, sed faecis mentio, recenter fuisse siccatam, docet: forte in conuiuio quodam anus ebria haec dixit, vt apud Hor. I. Od. XXXV. 26. sq. *olim faece siccati cadi* (i. e. ad faeces vsque exhausti). *Burm.* Amphora fuit genus vasis vinarii, quod vtrinque duabus ansis ferebatur. Fictiles fuisse amphoras, comprobat vox *testa* Vs. 2. Adde locum *Sexti Empir.* Adv. Geom. in Ej. Opp. p. 324. et quos ibi laudat *Fabricius.* Capit autem amphora tres modios, seu sextarios XLVIII. *Epotam amphoram* dixit Sueton. Tib. C. 42. et Falerni vini amphoram etiam laudat Martial. I. 19. teste Burmanno. *Falerna faece.* Ablatiuus caussae; vel potest subintelligi *a*. Falernus mons et ager erat Campaniae; ager frumenti, mons vini generosissimi ferax. De cujus situ et laudibus cf Plin. H. N. L. III. C. 5. et L. XIV, C. 6. Faecis Falernae meminit Hor. II. Sat. IV. 55. coll. vs. 24. *e testa nobili.* Testa pro vase vinario s. amphora plerumque apud poëtas occurrit, vt apud Hor. III. Od. XXI. 4. at h. l. dicit vasis argillam, vnde odor spargebatur. v. Schirachii Clav. P. I. p. 364. Sunt, qui putent, testam dici *nobilem*, vel ob locum, vbi ficta erat; vel materiam, in qua veteres luxuriasse constat. Hinc Gerike: *aus kostbarem Geschirre.* Ita quoque intelligunt Gudius et Burmannus. Alii, vt Schefferus, Santoroc. Schirach. V. D. l. c. ob titulum *nobilem* dici censent, qui amphoris appendebatur, et qui vel vetustatem, vel nomen et patriam vini tam excellentis referebat; quo facto

Odorem quae jucundum late spargeret.
Hunc postquam totis auida traxit naribus:
O suauis anima! quale in te dicam bonum

tuetur Richter. in praef. et retinent Ursin. Scheff. in Edit. 3. Brot. Désbillon. Sed Gudius primum emendauit *e testa*. Facillime enim a librariis τῷ *e* additum est *t*, littera proxime sequens, quod saepe perperam factum in MSS. Bentlejus edidit: *Falerna* e *faece et testa nobili*; quae conjectura, judicante Burmanno, nihil fere a Gudiana differt, nisi transpositione praepositionis, sed commodior tamen erit sensus, quod amphora epota adhuc spargeret odorem ex faece Falerna et testa nobili. Withofius in Misc. Obs. Nov. Vol. I. T. I. p. 124. legit, *restanti sibi*. Contendit enim, *testa* ferri non posse, cum nihil aliud sit, quam ipsa amphora, et cum, nobilitas vacuae testae quid ad odorem faciat, nemo dicere possit. Quae conjectura, leuibus sane rationibus nixa, vix placebit. Heinsius, *Falernae faecis, testa* e *nobili, odorem*; e conjectura, quae placet Burmanno. Nam odor proprie fuerat fragrantissimi vini, sed ejus reliquiae adhuc erant in faece, siccata jam amphora. Lallemant. Adhuc *Falerna faece, testa nobili*; Cuninghamus, *Adhuc Falerna a faece et e* t. n.

Vs. 3. *spargeret*. Ita MSS. Pith. Rem. et libri editi. MS. Perott. *sparserat*.

Vs. 4. *auida traxit*. Heinsius, *auide attraxit*, e conjectura. MS. Perott. *auita*.

Vs. 5. *quale in te dicam bonum*. Varietatem Lectionis vid. in Excurs. III.

---

testa quemdam retinebat honorem et gratiam apud vinosos. Cf. Schirach. l. c. Equidem mallem posterius. Testa enim eo jucundiorem odorem sparsisse credi potest, quo excellentior fuit nota Falerni.

Vs. 4. *traxit*, attraxit. Graphice haec expressa sunt.

Vs. 5. sq. *O suauis anima*. Vel ita intelligi potest, vt vocet amphoram *animam* suam, vt saepe amantes *animas* suas vocant amicas, et Graece ψυχάς, et quemadmodum Cicero carissimis suis scribens *vos animae meae* inquit, quod placet vehementer Gudio et Burmanno, quos vide, nec non Hoogstratano atque Richtero; vel si de odore amphorae jam epotae est capiendum, sermonem, vt cen-

Antehac fuisse, tales cum sint reliquiae?
Hoc quo pertineat, dicet, qui me nouerit.

---

ties fit, ab odore conuertit ad amphoram, vnde odor ille emittebatur, vt et Albinus et Lallemant. Gallici Interpretes, ceperunt. Vid. Gud. et Burm. Equidem praefero posterius ita, vt vertatur: *Ach welch ein lieblicher Geruch.* Sic intelligunt quoque Schefferus, ill. de Schirach l. c. p. 18. nec damnat Burmannus. Nollem enim cum Rigaltio ipsum vini liquorem interpretari, vt Plautus aquam *animam putei* dixit. Walchius explicat de ipsa muliere, quasi diceret: quantum mihi suauis est anima mea, dum tam dulcem odorem, ex Falerna faece excitatum, percipio: quae vix intelligit Burmannus, nisi de anhelitu suaui, quem mulier vino potato emitteret ore, capi velit, sed quid tunc faciet *in te*, vt legit Walchius? Interpretatio Walchiana fere redire videtur ad Freinshem. qui τὸ *anima* vertit in Indice per *Athem.* Eleganter reddidit haec cl. Sattler. *O süfser Geist! was für ein Gut mufs nicht in dir gewesen seyn.* Odor enim sese spargit per spiritum diffusionem. Cl. Jördens: *o süfser Duft!* Nec sic male. *quale in te dicam bonum.* Recte explicat Burmannus: quam praestans vinum O amphora olim continuisti, cujus faex ipsa tam suauem adhuc odorem spargit. *Te* enim ad amphoram, non ad *anima* referendum. Tibull. II. IV. 36. dixit, etsi de alia re: *Quale bonum multis addidit ille malis.* *Bonum* vero de delicatis cibo et potu dici, multis probat idem Burmannus. Vehementer autem, notante Gudio, feminae Graecae et Latinae amabant vinum. Pleni sunt ejus rei vtriusque linguae poëtae. In his Juuenalis, qui feminam comparat serpenti Sat. VI. 431. *tamquam alta in dolia longus Deciderit serpens, bibit et vomit*, similitudine valde concinna. Nam Plin. L. X. 72. scribit, serpentes valde appetere vinum. Cum hac fabula compara praeclaram Plauti Curc. I. II. descriptionem mulieris vini auidae.

Vs 7. Non vna est de explicando hoc loco virorum doctorum sententia. Burmannus ita fere interpretatur: „Qui ingenium moresque meos nouerit, intelliget, quem hac fabula tangam. Nam ebriosae anus haec verba in senilem effetamque Tiberii Caesaris libidinem conueniunt, quae exhaustis viribus, dum plena jam frui non potest obscena voluptate, ejus tamen reliquiis vt-

cunque se oblectat. Vid. C 44. sq. Sueton." Non pauci Interpretes ad senectutem Phaedri referunt, vt Rittershus. Rigalt. Danet. Hoogstratan. Freinshem. Santoroc. Scheff. Brotier. In his Guyetus huic versui hunc sensum tribuit: „qui me nouerit dicat, mirum me iunenem fuisse, qui talis sum senex." Schefferus vero: vult, *inquit*, ex hoc vltimae senectutis, quae est quasi vitae faex, opusculo fabularum posse colligi, qualis fuerit integra adhuc aetate." Burmannus praeter conjecturam, jamjam memoratam, et hanc profert: „posset et fabula simpliciter de vita humana et senectute, quae *faex vitae* est, vt sit Seneca Ep. LVII. intelligi, cujus, etsi optima pars exhausta sit, reliquiae sunt gratissimae." Aliter tamen sentit Schirachius V. Cl. in Clav. v. *anima* scribens: „Totam hanc fabulam miror. Schefferum retulisse ad senectutem Phaedri, inductum vers. vlt. Num credibile poëtam tam elegantem se tam immaniter laudasse? Nam quid aliud nisi summa sui ipsius laus, si innuit, senectutem suam, a. faecem vitae suae adhuc tam bene olere in fabularum suarum elegantia, vt iuuentutis indicet praestantiam eximiam. Ego refero ad Aesopi fabulas, conuersas in linguam Latinam a Phaedro; has quasi reliquias et faecem amphorae optimi vini vult haberi, et si cui ipse placeat, debeat is colligere, quanta ipsius Aesopi sit excellentia; quod consueta sua breuiloquentia sic extulit: *Hoc quo pertineat dicet, „qui me nouerit*, h. e. me cognouerit imitatorem Aesopi. Heinsius fabulam refert ad seruitutem Phaedri et libertatis recordationem; Zeunius vero cum ad senectutem poëtae ingrauescentem, tum ad calamitatem illius, statuens, vtramque rem habere vim debilitandi ingenium. Vid. P. II. Phaedri p. 29. Edit. Hal. De Senectute locum volunt intelligi Funccius Apol. pro Phaedro p. 36. et cl. *Jacobs* in Additamentis ad Theor. Sulzer. T. VI. P. I. p. 33. immo vero conjiciunt, hocce Epimythio significare voluisse, de suo ipsius ingenio, doctrina atque virtutibus e paucis fragmentis, in fabulis suis obuiis, non posse judicari. In tanta sententiarum discrepantia, cum certiora nesciamus, obsequamur Burmanno, hanc in rem scribenti: „Quia Phaedrus noluit se aperte explicare, et nos a quaerendo desistamus."

Cum hac fabula compara fabellam Boulangeri, *la Vieille et la Bouteille* L. II. F. XIII. p. 68.

FABULA II.

PANTHERA ET PASTORES. *)

Solet a despectis par referri gratia.
Panthera imprudens olim in foueam decidit,
Videre agrestes: alii fustes congerunt,
Alii onerant saxis: quidam contra miseriti,

Vs. 1. Hic versus in MS. Perotti deest.

Vs. 3. *congerunt.* Bentlej. et Cuninghamus *ingerunt*, sed v. Burm.

Vs. 4. *Alii onerant.* Versus insolentior, integer tamen. *Tzschucke.* Primus hic pes quatuor est syllabarum (ălĭĭ ŏnĕ)

*) Hac fabula Tiberium, Rhodi exsulantem, et postquam rediit, saeuientem in eos, a quibus despectus fuerat, describi, auctor est Guyetus, addicente Burmanno.

Vs. 1. *despectis.* Contemtissimos et despectissimos jungit Cic. III. Verr. 41. *par referri gratia.* Malo sensu. Est, par pari referre. Ter. Eun. II. III. 92. *nunc* referam gratiam, *atque eas itidem fallam, vt ab illis fallimur.* Eodem sensu haec loquondi formula occurrit apud Cic. Sull. 16. Sattler. *Verachtung rächet wieder durch Verachtung sich.*

Vs. 2. *imprudens*, improuida, per imprudentiam. Hoc sensu cepit Nep. Lys. IV. *Ita ille imprudens ipse suus fuit accusator.* Compara L. III. XIII. 8. *in foueam.* Vid. ad L. I. XVII. 8.

Vs. 3. *agrestes.* Ita passim apud poëtas et historicos vocantur rustici, in agris viuentes, qui *vrbanis* opponuntur. Vid. Liv. XXXVII. 29. Tac. IV. Ann. 45. Ouid. VI. Met. 122. et ita alii saepius. *Burm.* *congerunt fustes* in eam, vel ei; nam vtrumque rectum, i. e. fustibus conjectis eam impetunt. Laudat Scheff. Senec. Oed. IV. III. 871. *congerite ciues saxa in infestum caput.* Alia exempla profert Hartman. ad L. IV. I. 11. Cum dativo hoc verbum legitur apud Phaedrum L. IV. I. 11. et Val. Flacc. IV. 307.

Vs. 4. *onerant.* Nota enim verbi. V. 27. dixit, *qui me*

Periturae quippe, quamuis nemo laederet,
Misere panem, vt sustineret spiritum.
Nox insecuta est: abeunt securi domum,
Quasi inuenturi mortuam postridie.
At illa, vires vt refecit languidas,

uisi *alii* dissyllabum sit: quorum alterum vix concessum, alterum sine exemplo est. Hinc Burmannus, (cui vtraque ratio displicet) mauult, *illi onerant saxis.* Heusinger. *Alii onerant s. q. c. m.* habent libri omnes scripti et editi. Nihil quoque mutandum est, licet multi id tentauere, alii aliter. Sed Phaedro dissyllabum fuit *alii*, vt et Catullo fuit Carm. LXVI. 28. de coma Berenices: *quod non fortior aut sit alis* (Bipontini ausit). Alid quoque pro *aliud* dixit Lucretius L. I. 264. *Quando alid ex alio reficit natura: neo vllam Rem gigni patitur, nisi morte adjutam aliena. Brotier.* Richterus legere volebat transpositis vocibus: *Quidam onerant saxis, alii contra miseriti;* Heumannus: *Alii onerunt saxis, contra alii miseriti.* V. Burm. ad h. l. et ad L. I. F. XXX. vs. vlt. Nil mutandum in Veteri lectione.

Vs. 6. MS. Per. *panem, sustinentes spiritum.*

Vs. 9. *vires vt refecit.* Perottus, *vires vi refecit*, sollemni permutatione. Vid. Exc. III. ad L. I. F. II. 12. Romulus Divion. *vires suas vt refecit languidas.*

---

saxo petierint. contra. Vltimam in hac voce corripi aliquando, volunt Grammatici, vt apud Manil. II. 253. *contra jacens.* Vid. Voss. II. de A. G. 24. p. 266. Hic tamen, cum primam syllabam dactyli faciat, nihili est illa obseruatio. *Burm.*

Vs. 5. *periturae quippe*, cum peritura esset. Vid. L. I. XXVIII. 7.

Vs. 6. *misere.* objecerunt. Vid. L. I. XXIII. 3. 4. *sustineret spiritum.* Vitam seruaret. Cic. Verr. 5. ext. *re frumentaria alimur et sustinemur.* Vid. ad L. II. VIII. 7. Sattler. *warfen Brod zum Unterhalt ihm zu.*

Vs. 7. *Nox insecuta est.* Compara L. II. VIII. 10.

Vs. 9. *refecit vires*, recreauit corpus pane et quiete Cic. de Sen. C. XI. *tantum cibi et potionis adhibendum, vt reficiantur vires, non opprimantur.* Liv. L. XXXVII. 24. *cum cibo reficerent vires*, cf. L. IV. XVIII. 4. *languidas*, Nota delectum Epith.

Veloci saltu foueâ sese liberat,
Et in cubile concito properat gradu.
Paucis diebus interpositis, prouolat,
Pecus trucidat, ipsos pastores necat,
Et, cuncta vastans, saeuit irato impetu.
Tum sibi timentes, qui ferae pepercerant,

Vs. 13. *ipsos pastores.* MS. Per. *ipsius pastores.*

Vs. 14. *Et cuncta vastans.* Perott. *et cuncta vertens. irato.* Heinsius conjicit *iterato*; sed hic locus perderet venustatem poëticam. Deinde *saeuit irato impetu* legitur in MSS. Pith. Rem. et Edit. vet. Sanadon. Philipp. Lallemant. emendauerunt *innato impetu.* v. Brot. MS. Perott. *irati impetu.*

Vs. 10. *Veloci saltu*, poëtice, pro simplici *velox saltu*, sicut L. I. F. XII. 8. *cursu leui.* Vid. ad L. I. F. II. 10. Ita tamen quoque loqui solent scriptores prosaici. Burm. laudat Hist. de B. Afr. 71. *illi veloci cursu facile periculum vitabant.* Et Val. Max. L. II. III. 3. de velitibus, *veloci saltu jungere se equitantibus. fouea sese liberat.* exsilit. Latinissime. Eodem modo Cic. de N. D. II. 3. *cauea liberati pulli.* Ovid. VI. Met. 551. *vagina liberat ensem.* Vide quae de hoc verbo notata sunt ad Petron. Burman. C. CXXXVI. coll. Not. Gud. Romulus Ulmens. *se ex fouea veloci saltu liberauit.*

Vs. 11. *cubile.* Tuguria, vel latibula bestiarum *cubilia* dicuntur. Vid. ad L. I. F. XIX. 9. et II. IV. 12. *concito*, celeri. Citat Schefferus Apulej. Asin. 9. *concito gradu festinat.*

Vs. 12. *prouolat* cubili. Eleganter notat irae vehementiam. Sattler. *nach wenig Tagen stürzt es wiederum heraus.*

Vs. 14. *saeuit irato impetu*, pro simplici, saeuit irata. Gerike: *rast mit grimmiger Wuth.* Venustas et elegantia poëtica et hic notanda. Licuit autem Phaedro impetum dicere *iratum*, cum ira ex impetu appareat. Eodem modo infra L. III. X. 25. dixit, *irae furentis impetum non sustinens*, pro ira, quae in furorem agit. v. Burm.

Vs. 15. *Tum sibi timentes.* Tum et ii malum exspectabant, cum perturbatione animi, qui cet. Virg. Aen. L. II. 130. *quae sibi quisque timebat.* Ter. Andr. I. III. 5. *si illum relinquo, ejus vitae timeo.*

Damnum haud recusant, tantum pro vitâ rogant.
At illa: Memini, qui me saxo petierit.
Quis panem dederit: vos timere absistite:

Vs. 17. *At illa.* Sic est in Cod. Per. Et ita correxerant Heinsius et Scheffer. In MSS. Pith. Rem. et Vet. Editt. vt Nevelet. Rigalt. 2. Fab. al. est, *et illa. petierit.* Vulgo legunt *petierint*, ex emendatione Pithoei. Sed cum in MS. Perotti legatur *petierit*, et in Codd. Pith. Rem. *petierat*; cum etiam Romulus Divion. habeat, *quis me saxo nocuit*, Ulmensis vero, *qui mihi saxo nocuit*: credibile est, singulari, non plurali vsum esse Phaedrum. Itaque non sine caussa reposui *petierit*, in quo jamjam praeiuerat Salmasius. Secuti Tollius, Brotier, Desbillonius. —

Vs. 18. *Quis panem dederit.* Vulgo *qui panem dederint.* Sed *quis dederit* reposui e MSS. Pith. Rem. et Romulo Divion. qui habet *quis panem miserit.* Ita legitur in vet. Edit. Neveleti Rigalt. Ursin. Ita quoque ediderunt Brot. Bipont. Desbillonius, nisi quod hic habeat, *qui panem dederit. timere.* Gudius *timore*, e conjectura. Etsi vero Liv. XXIV. 20. et Sil. Ital. XVI. 224. dixerunt *absistere spe*; nil tamen mutandum esse recte statuunt viri docti. Cf. Torrenius ad Val. Max. VII. IV. 5. quem laudat Burm. coll. hujus Not.

Vs. 16. *Damnum haud recusant.* Pecus amittere non recusant. Vs. 13. *pro vita rogant.* Male haec damnat Scioppius, quasi parum Latina, et Walchius purae et priscae Latinitatis non adeo frequentem hanc locutionem judicat. Sed multis auctoritatibus vindicant Schefferus et Burmannus, quos vide. Cic. de reditu suo ad Quir. C. 7. *pro mea vos salute non rogauit solum, verum etiam obsecrauit.* Justin. L. XVIII. C. 6. *Pacem deorum sanguine eorum exposcentes, pro quorum vita Dii rogari maxime solent.* Sueton. Aug. XIII. *pro vita rogantes.* Differunt vero *rem rogare*, et *pro re.* Illud est petere rem, quam non habemus, hoc, precari, vt nobis seruare liceat. Id quod recte notauit Burmannus post Gud.

Vs. 17. *Memini qui.* De hac frequenti ellipsi, pro, *illius qui*, vide quos laudat scriptores Burmann. Infra F. VII. 26. dixit: *fruere quae laudas canis. saxo petierit.* Cf. V. 4.

Vs. 18. *Vos*, qui pepercistis mihi Vs. 15. qui panem dedi-

Illis reuertor hostis, qui me laeserunt.

Vs. 19. *laeserunt.* MSS. Pith. Rem. et Edit. vet. *laeserant*, sed jam olim Gud. Guyet. cum Rittershus. conjiciebant *laeserunt*, quam conjecturam deinde confirmauit Cod. Perotti, qui habet *laeserunt*, quod non immerito olim a me receptum est. Corripit enim Phaedrus interdum praeterita in tertia persona pluralis. v. L. IV. F. XIX. 16. L. II. IV. 24. L IV. XV. 2. Praecedit etiam *reuertor*, quod requirit *laeserunt*; *laeserant* dicendum fuisset, si antecessisset *reuertebar*. MS. Per. lectionem tuetur cl. *van Bergen* Obs. crit. C. XXX. p. 64. qui tamen miratur, lectionem *laeserunt* adhuc a nemine esse receptam. Sed ante me receperant Sanadon. Philipp. Lallemant. teste cl. Brotierio, qui inhaeret vulgato. Huic obsequuntur Bipontini, cum Desbillonio.

---

stis vs. 18. *timere absistito.* Desinito. Virg. Aen. VI. 399. *absiste moueri.* Col. L. XII. C. 19. *nec absistat id facere, donec* cet. Val. Max. VII. IV. 5. *absistite ista quaerere.* Vid. Ritterhus. Eodem modo τὸ *parcere* cum infinitiuo construunt. Ita Ovid. Her. XVI. 279. *parce contemnere*; L. XXXIV. 32. ext. *parce fidem jactare.* cf. Tzschuck.

Legitur haec fabula apud *Romulum* L. IV. F. V. vbi vide; *Camerarium*, Fab. *Panthera*, p. m. 212. Eamdem, vtpote vix tolerabilem, perstringit cl *Jacobs* in Obseruatt. in Phaedrum. Tomo I. praefixis, quae etiam legi possunt in libro ad vs. 7. praec. fab. citato. Compara etiam fabulam Aesopi CCXVIII. p. 168. Edit. Hauptm. coll. *Jacobs*, l. c.

FABULA III.

AESOPUS ET RUSTICUS *)

Vsu peritus hariolo velocior
Vulgo esse fertur; caussa sed non dicitur:

Vs. 1. *velocior.* Pithoeus et Rigaltius emendant *veracior*, inuito Gronov. v. Not. Scheff. Sed *velocior* est in MS. Pith. et ita Editio princeps. Deinde non tam quod verum dixerit, sed quod *statim* flagitia pastorum deprehenderit Aesopus, hariolis praefertur, vt acute vidit Burmannus. Heinsius *sagacior*, aut *sollertior*, e conjectura non necessaria, quemadmodum fuse probat Burm. Aesopus enim *statim* caussam intelligebat; sed *sagax*, *sollers* potest post longam inquisitionem inuenire. Ceterum promythium abest in MS. Per. vt semper.

Vs. 2. MS. Pith. *Vulgo caussa fertur, sed non dicitur.* Varia hic conjicit Heinsius.

*) Hanc fabulam veritum, ne quis ad monachos traheret, interpolasse Lancellotum monachum S. Cyrani, qui ediderit Latino-Gallice 1702. statuit Burmannus ad h. l. post Heumannum. Sed viri docti Robertum *Prevost* cum Lancelloto miscuisse videntur. Vide quae notantur in Notit. litter. de Editt. Phaedri ad ann. 1734. et 1702. coll. Vers. Gall. ann. 1702.

Vs. 1. 2. Homo experientia edoctus vulgo velocior in conjectando et judicando esse dicitur hariolo, i. e. rerum caussas celerius reperit. Cf. locus Theocriti Id. XXI. 32. sq. Burmanno notatus, quem ita expressit Cic. Div. II. 5. *bene qui conjiciet, vatem huno perhibebo optimum.* *vsu peritus* Hujus locutionis vsum probat Burmann. e Jul. Caes. B. C. 93. *milites vsu periti ac superioribus pugnis exercitati*, et Col. I. R. R. 14. *Quod Atilius aetatis suae agricolis majore cum auctoritate suadebat, peritus vsu.* *Prudentes* etiam *peritos* et *vsu doctos* conjungit Liv. L. XLIV. 22. Adde Cic. Off. I. 41. et Lamb. Bos. in Animadv. ad Jul. Caes. p. 25. quem Burm. citat. *hariolo.* Harioli erant prodigiorum et somniorum interpretes. Ita Justin. I. 4. *con-*

Notescet quae nunc primum fabellâ meâ.
Habenti cuidam pecora pepererunt oues
Agnos humano capite. Monstro exterritus,
Ad consulendos currit moerens hariolos.

Vs. 4. *Habenti.* Bentlejus edidit *alenti*, recte notatus a Burmanno.

Vs. 5. *exterritus.* Gudius conjiciebat *territus*, merito indignante Burmanno. cf. infra Not.

Vs. 6. *consulendos.* MS. Per. *ad consultandos.*

---

sulti harioli. Vid. ad vs. 6. et quae de hariolis notat Dispontin. Rusticos autem et pastores ad oraculum vel hariolos statim recurrisse, vbi quid nasceretur extra ordinem, docet exemplum apud Val. Max. VII. III. 1. quod Burmannus affert. v. Vs. 5. 6. *velocior* sc. ingenio. Vsurpatur haec vox cum de velocitate corporis, tum de celeritate animi, cogitationum et, vt hoc loco, ingenii. Sic apud Ovid. Met. VIII. 254. est, *vigor ingenii velocis*, et Cic. I. Tusc. 19. *nihil est animo velocius.* *Velocitas sagacitatis* tribuitur Anaximeni a Val. Max. VII. III. ext. 4. Sed Plin. II. N. L. VII. C. 12. habet *velocitas cogitationum animique celeritas.* Martial. VI. 28. *velox ingenio.* cf. Gud. et Burm. *caussa*, vnde natum sit prouerbium, scil. in Aesopo quaerenda est, qui ad adspectum monstruosi partus e vestigio caussam reperiebat in flagitiis pastorum.

Vs. 4. *habenti*, possidenti, alenti, vt L. IV. F. V. 10. sq. coll. L. V. F. IV. 9. et Prol. III. 21. Multa alia exempla adduxit Burmannus, quae probent hujus verbi vsum. Ita Plin. L. XVI. 1. de Chaucis: *non pecudem his habere, non lacte ali vt finitimis contigit.*

Vs. 5. *exterritus.* Efficacius est, quam simplex *territus*, quod docet locus Ouid. Met. 487. *monstris exterrita conjux, territus est Athamas*, in quo poëta majorem dat feminae terrorem, quam viro. Vid. Burm. qui praeter hunc locum etiam memorat Ovid. I. Amor. III. 21. et Met. I. 638.

Vs. 6. *consulendos.* Proprie et sollenniter. v. Brisson. in Form. L. I. p. m. 125. memorant Interpretes Curt. VII. 7. n. 8. *hariolos et vates consulere desierat.* Justin. L. XI. 7. *profectus ad consulendos augures.* v. ad vs. 1. *currit.* Eleganter notat sollicitudinem et studium.

Hic pertinere ad domini respondet caput,
Et auertendum victimâ periculum.
Ille autem affirmat, conjugem esse adulteram,
Et insitiuos significari liberos:

Vs. 7. *respondet.* MS. Pith. *respondit.* v. Gud.

Vs. 8. Perott. *auertendum esse victima periculum.*

Vs. 10. MS. Per. *et illegitimos significat libros. significari.* Harius minus eleganter substituit *indicari*, quae vox hac in re proprie vsurpari non solet. Vide Not. Burmanni, et quae de verbo *significare* notantur ad vs. 10.

Vs. 7. *pertinere.* Proprie et eleganter de iis, quae significant. Exempla congesserunt Scheff. et Burm. Liv. XXV. 16. *Aruspices ad imperatorem id pertinere prodigium praemonuerunt.* Vide etiam Val. Max. L. I. C. 6. Suet. Vesp. C. 23. fin. Liv. XXVI. 38. et quae notantur ad L. I. F. XXX. 11. Sattler. *diefs deutet auf des Herrn Leben. caput.* Vid. ad L. I. F. XIV. 15. et I. XXX. 11. Dixit autem ad *caput* domini pertinere, quia praecesserat, *agnos humano capite.*

Vs. 8. *auertendum periculum.* Sacrificio piaculari Deos exorandos, vt periculum auertant. mox vs. 11. *expiare*; Vs. 16. *procurare*, quorum verborum nota et varietatem et proprietatem. Non pauca de hisce verbis, nec non de ritu, prodigia, somnia, fulmen expiandi docte disputauit Rittershus. *victima.* Vero est simile, *victimam* h. l. vsurpari de magnis respectu formae corporis, e. g. tauro. Cui opponitur vs. 11. *hostia major*, i. e. bidens. Sic *Fronto* de Different. Vocab. in fin. *victima major est, hostia minor.* Hinc Plaut. Pseud. I. III. 92. sq. *arcesse — Joui.* Alius vs. 94. respondet: *nolo victimas, agninis me extis placari volo.* Vid. Scaliger ad Catalect. p. 233. coll. Not. Scheff.

Vs. 9. 10. De ejusmodi prodigii interpretatione cf. locus Cic. Div. L. I. C. 53. a Gronouio notatus. *Si puella nata biceps esset, seditionem in populo fore, corruptelam et adulterium domi. insitiuos*, h. l. adulterinos, spurios, commoda translatione ab insitione arborum. Hor. Epod. II. 19. Alias etiam adoptiuos liberos recte dixeris *insitiuos.* v. Rittershus. Seneca Controv. II. 9. post med. *insitiuus heres*, i. e. heres per adoptionem factus. Si-

Sed expiari posse majori hostiâ.
Quid multa? variis dissident sententiis,
Hominisque curam curâ majore aggrauant.
Aesopus ibi stans, naris emunctae senex,

Vs. 11. MS. Per. *expiare posse majore h.*

Vs. 13. *Hominisque.* Bentlejus edidit *hominique.* Sed *hominis* est in libris scriptis. Deinde etsi in ejusmodi datiuis est quaedam elegantia, a vulgari vsu remotior, non tamen vbique talia intrudenda esse statuit Burmann. Vid. mox ad F. VII. 16. *majore agrauant.* Perottus: *majore augent.* Perperam.

Vs. 14. 15. *Aesopus ibi stans.* MS. Pith. habet *sibi stans*; Heinsius cum Rittershusio legi vult *ibi astans*; Bentlejus, quem

---

mili modo Cic. pro Sext. C. 47. Quintium, qui se Gracchi filium mentitus erat, Gracchum vocat *insitiuum*, teste Scheffero; at Burmannus laudat Ovid. XIII. Met. 31. sqq. *significari.* Propria in prodigiis, portentis et ominibus vox, quae eleganter h. l. adhibetur a Phaedro. Vs. 7. dixit *pertinere.* Magnam exemplorum copiam, quae huc pertinent, coaceruauit Burmannus, quem vide.

Vs. 11. *expiari.* Vid. ad vs. 8. *majori hostia.* Accipiendum respectu aetatis, non formae corporis. Denotatur autem ouis bidens, quae opponitur lactenti. Liv. L. XXII. 1. *decretum, vt ea prodigia partim majoribus hostiis, partim lactentibus procurarentur.* Huc facit locus Festi: *maximam hostiam ouili pecoris appellabant, non ab amplitudine corporis, sed ab animo placidiore*; et Cic. Legg. II. 12. *illud non mutandum est, quibus hostiis immolandum cuique deo, cui majoribus, cui lactentibus, cui maribus, cui feminis,* vbi *lactentes* et *majores* hostiae opponuntur. Passim Liuius prodigia *majoribus* hostiis scribit esse procurata, vt L. XXXII. 1. XXXIX. 22. XL. 2. XLV. 2. alibi. Vid. etiam Gell. N. A. L. IV. 6. cf. Gronov.

Vs. 12. *Quid multa?* v. L. II. F. IV. 23.

Vs. 13. Ex incerto et sollicito dimittunt multo incertiorem et sollicitiorem, ex interpretatione Rittershusii. Sattler. *dem Manne wird sein Kopf noch mehr verwirrt gemacht.* Simili modo *accumulare curas* dixit Ovid. XV. Ep. 70.

Vs. 14. *stans.* Hoc verbum non tam corporis statum, quam

Natura nunquam verba cui potuit dare:

sequuntur Sanadon. et Philipp. edidit: *Aesopus ibi tum n. e. s.* de qua lectione legant, quorum interest, Notas Burmanni. MS. Perotti hos versus ita exhibet: *Aesopus ibi stans narrare incipit Naturam nequaquam verba cuiquam dare.* Hinc quia vulgata lectio Burmanno non sensum commodum habere videbatur, is quidem legendum putabat: *Aesopus ibi stans, narisque emunctae senex, Sciens, naturam verba nequaquam dare.* Vid. Ej. Var. Lect. e Cod. Perott. excerptas. Simili modo emendauit Sanadon: *Gnarus naturam verba nequaquam dare.* At vero cum in lectione vulgata omnia plana sint; et τὸ *sciens* aeque ac τὸ *gnarus* a manu Phaedri recedant longius, non facile quidquam mutandum arbitror.

---

quod praesens ibi adesset Aesopus, Burmanno significare videtur, qui *stare* pro *esse* capi, docte probat e Serv. ad Virgil. Aen. I. 646. vt omittam alia. Sed quid erat his opus, cum simpliciter haec verba verti possint: *Aesop der eben dabey stand. naris emunctae senex.* Poëtice et eleganter dictum et expressum ex Hor. I. Sat. IV. 8. Translatio deducta a canibus venatoriis, de iis, qui rem possunt subodorari, i. e. qui sunt judicio tam acri tamque exacto, vt rem occultam indagare et intelligere possint. Bene cl. Lange: *der eine feine Nase hatte.* Martial. L. I. Ep. 42. non *cuique datum est, habere nasum.* Contrarium est, *naris obesae homo*, i. e. stupidus apud Hor. Epod. XII. 3. Vid. Erasmi Adag. Chil. VIII. 59. et ad Prol. II. 8. item Schefferi et Gronouii Notas.

Vs. 15. Vult Phaedrus, Aesopum rerum naturalium caussas optime calluisse et in rebus naturalibus non potuisse decipi. Recte igitur viri docti Gudius, Scheffer. Gronov. Tzschuck. hunc versum interpretati sunt: natura non potuit externa specie decipere Aesopum, i. e. numquam induci potuit ad credendum, monstrum aut prodigium esse, quod naturalem caussam haberet, quamuis latentem et minime obuiam. Sed cl. *Lange*, male negans, Interpretes haec intellexisse, τὸ *cui* explicat, ex cujus sententia: *nach dessen Meinung die Natur nie lügen konnte.* At cum plerumque locutioni *verba dare* addi soleat datiuus ejus, cui aliquis verba dat, quod Lexica docent; haec interpretatio vix est admittenda. Etsi enim Ter. Phorm. IV. V. 1. dixit, *ego curabo ne quid*

Si procurare vis ostentum, Rustice,
Vxores, inquit, da tuis pastoribus.

verborum duit; tamen datiuus *nobis* aubintelligendus ex orationis contextu. Vid. Langii Prolegg. ad Phaedr. p. 25.

Vs. 16. *procurare*. Expiare, auertere. Cf. Broukhusius ad Tibull. I. V. 13. et supra ad vs. 8. De Procuratione prodigiorum v. Guther. de jure Pontif. L. I. C. 21. At de monstrosis hujusmodi partubus *Boulengerum* de prodigiis C. XVI. coll. Brisson. L. I. p. m. 127. Sattler. *wenn du diess Wunder dir unschädlich machen willst.*

Vs. 17. *Vxores da.* Simile Plutarchus tribuit Thaleti in Conuiuio VII. Sap. (T. II. Opp. Plutarch. p. 149. Edit. Frcf. 1620. f.) *Burmann.* Non sine fructu comparabis Plutarchum cum hac Phaedri fabula.

Hac fabula, quae haud dubia ingenuae Latinitatis specimina continet, Phaedrum hariolos puto ridere. Sed *Philippus* poëtam censet destringere immane quoddam libidinis monstrum. Vid. Ej. Edit. Phaedri p. 298. sq.

FABULA IV.

SIMII CAPUT.

Pendere ad lanium quidam vidit simium

Vs. 1. *quidam vidit.* Heinsius et Bentlej. *quidam vt vidit.* —

Vs. 1. *Pendere.* Proprie de rebus venalibus. Suet. Claud. 9. *venalis pependit sub edicto praefectorum*, ad quem locum v. Ernesti. *ad*, apud. Cic. Att. X. 4. *Curio fuit ad me sane diu.* Ter. Heaut. III. III. 43. *ea nunc est ad vxorem tuam.* Et sic frequenter Caesar et Comici. Vid. Broukhus. ad Prop. II. XXV. 53. Tursellin. p. m. 60. *simium.* Facillime hic locus expediri potest, si cogites, istum simium pependisse apud lanium mortuum, vt ceterae pecudes, quae ibi venales exponebantur. Sic olim cepit Freinshemius. Etsi enim e priscis scriptoribus nondum satis constat, Romanos comedisse simias; tamen, cum hoc loco simius inter reliquas merces atque opsonia pependisse et homo quidam quaesiuisse a lanio dicatur, *quidnam saperet:* non inepte statueris, praeter alios antiqui et recentioris aeni populos, qnos memorant *Bergius, Forster* et *Sprengel*, in libro, qui inscriptus est: *über die Leckereyen*, P. II. p. 118. etiam Romanos carnem simiarum fortasse habuisse in deliciis. Videant tamen viri docti, an simius iste non intelligi possit vinus, pendens in cauea venalis, non tamquam opsonium, vt putabat nugator ille, quaerens, quidnam saperet? sed tamquam alia merx. Veteres enim delectatos fuisse simiis, et inter alias bestias domesticas alnisse, docere possit locus Plauti Mil. Gl. II. II. 7. 8. ad quem locum cf. viros doctos in Edit. Lips. 1760. 8. maj. Jam vero blandus ille apud Theophrastum C. VI. περὶ ἀρεσκείας simiam domi alere, et satyrum emere dicitur ἀμέλει δὲ καὶ πίθηκον θρέψαι δεινός, καὶ τίτυρον κτήσασθαι, ad quem locum v. Casaubonus, qui simias satyros cum simiis Τιτύροις easdem esse statuit. Quare autem ex omni simiarum genere isti homines potissimum alerent Satyros, apparet ex loco Solini C. XXX. sub fin. *Sunt*

Inter reliqüuas merces atque opsonia:
Quaesiuit, quidnam saperet? Tum Lanius jocans:
Quale, inquit, caput est, talis praestatur sapor.

Vs. 2. *reliqüuas.* Faber scribi vult *rellicuas*; Heinsius, *relictas*, quod receperunt Walch. Lallem. Brot. Bipontini; sed v. ad L. I. F. XXXI. 13.

Vs. 3. *quidnam.* Rittershus. *quinam*; sed v. Notas.

---

et quos vocant Satyros, facie admodum grata, gesticulatis motibus inquietae. Huc quoque referendus locus Cic. de Div. L. I. C. 34. vbi rex Molossorum simiam in deliciis habuisse dicitur. Neque etiam apud Romanos defuisse, qui deamarent simias, istas vero bestias publice venales esse propositas; ex hoc Phaedri loco fit probabile. Certe haec magis placebunt, quam cum Desbillonio intelligere simium, vel constrictum loris, vt aliquid malefacti pendens lueret; vel e catena sua pendulum, vt se oblectaret? A quo non dissentit cl. *Lange*, qui simium oblectamenti caussa (sic enim solent) pedibus se suspendisse fingit. Frustra; cum Phaedrus dicat, simium *inter reliquas merces pependisse*, et res venales proprie *pendere* dicantur.

Vs. 2 3. *reliqüuas.* Hoc loco quadrisyllabum est, vt L. I. XXXI. 13. et L. IV. XXIV. 12. cf. Wasius in Senar. p. 136. *opsonia.* Opsonium est, quicquid cum pane comeditur. H. l. intellige carnes. Cf. Supplenda et Emend. ad h. l. praefixa T. II. *quidnam saperet,* quomodo. Latinitatem hujus locutionis probat Burmannus e Martial. XI. 90. Bip. Senec. Ep. LXXVII. *quid sapiat ostreum, quid mullus, optime nosti*; at Nat. Quaest. III. 18. *piscem, qui, vt ajunt, saperet ipsum mare*; Heinsius vero laudat Catonem de R. R. qui de vino: *vinum ponito sub dio, postridie mane gustato, si id sapiat, quod in dolio est, non durabit.* Et ita alibi.

Vs. 4. *Caput.* Nonnulli Interpretes intelligunt caput simii, hoc sensu: vt deforme est caput simii, ita et sapor est pessimus. Nam sequentia (Vs. 6. 7.) indicant, ex facie hic judicasse lanium. Sic intellexit locum cl. Tzschuck. praeeunte Burmanno. At vero cum Phaedrus dicat, verbis lanii contineri jocum (*tum lanius jocans*), is quidem Desbillonio recte videtur consistere in ambiguitate vocum *caput* et *sapor*, ita vt vnaquaeque vox

Ridicule magis hoc dictum, quam vere, aestimo.

Vs. 5. In MSS. Pith. et Rem. verborum ordo inuersus erat: *ridicule hoc dictum magis quam vere aestimo.* Sed emendatius edidit Pithoeus: *ridicule magis hoc dictum, quam vere aestimo.* Contra Bentlejus, dubitans de Latinitate verbi *aestimo*, hac

---

sensum duplicem habeat. Id ergo quod dicit lanius, simul respicit hominem, cujus quale est caput, talis credendus est sapor, siue ingenium, sapientia. Sed quo turpiore capitis forma praeditus erat, qui de sapore simii interrogabat, eo magis ridicule responsum fuerit. Tale quid jam olim videbat Burmannus, conjiciens, hominem, qui interrogabat, fortasse facie fuisse deformi. Vocem autem *sapor* sapientiam, ingenium significare posse, patet ex loco Cic. Or. post redit. C. 6. qui Desbillonio debetur, vbi de Gabinio: *sine sensu, sine sapore, elinguem, tardum diceres.* Similem locutionem habes in Cic. Brut. C. 46. in quo occurrit *sapor vernaculus*, i. e. venustas, elegantia vernacula. Hisce adde, quae observat Censor eruditus in Censura Phaedri Paufleriani (Hall. A. L. Z. ann. 1805): „mit einem ähnlichen unübersetzbaren Wortspiel wird der *sapor* eines geschlachteten Schweins mit dem *sapor* eines dummen Sclaven beym Plaut. Mil. II. VI. 103. sqq. verglichen.“ Ceterum Romae hoc accidisse, nec fabulam, sed historiam esse, veri non absimile videtur Burmanno. Alii Interpretes explicant hunc locum aliter. Vid. Excurs. IV. coll. Supplend. et Emendand. ad h. l. *praestatur.* Sollemne verbum venditoris, quo promittit rem esse talem, atque sic venturam ad emtorem, qualem dicit. *Scheffer.* Ita animalium venditor cauere debebat, ea sana praestari. Vid. Brisson. Form. L. VI. p. m. 499. Non male vertas, *gewähren.*

Vs. 5. *aestimo.* Male censet Bentlejus, hoc verbum hac significatione inferioris esse aetatis. Nam praeter ea, quae Munker. praef. ad Hygin. et post Gronov. Burmannus ad Quinctil. I. O. L. V. C. 10. et ad h. l. ad vindicandam Latinitatem vocis attulerunt, alii scriptores et ipse Phaedrus L. IV. F. XVII. 15. hoc verbum pro *judicare* vsurparunt. Ita Sallust. Cat. 8. *Atheniensium res gestae, sicuti ego aestumo, satis amplae magnificaeque fuere.* Id. ibid. C. 51. *ne aestumarent, sibi perdita republica opus esse.* Caes. III. B. G. 20. *cum in Aquitaniam peruenisset, quae pars ex tertia parte Galliae est*

Quando et formosos saepe inueni pessimos,
Et turpi facie multos cognoui optimos.

significatione, edidit: *ridicule hoc dictum mage, quam vere, existimo;* sed vide Notas ad h. v. Habet etiam Cod. Per. *aestimo.* Jac. Gronouius, qui praeiuerat Bentlejo, et de metro, quod nobis censet nos verius imaginari, quam intelligere, legit, *ridicule dictum hoc mage quam vere aestimo,* vt τὸ m in *dictum* non elidatur, vt aliis locis factum constat. Vid. Burm. et Gronouii Emendatt. in Phaedr. p. 150.

---

aestimanda, i. e. pro tertia parte Galliae habenda. Maxime huic verbo locus est, vbi duo inter se componuntur, et quid praeferendum sit, quid postponendum judicamus, vt hoc loco. Ita teste Burmanno. Vell. Paterc. II. 70. *ex sua fortuna euentum collegae aestimans.*

Vs. 6. *Quando* pro *quia* saepius poni, docet Tursell. p. m. 1025. *inueni.* Vid. ad I. XII. 2.

Vs. 7. Exemplo sit vel ipse Aesopus, quem corpore deformem fuisse accepimus, sed mire ingeniosum, vt jure optimo illud Ouidianum de se dicere potuerit: *Si mihi difficilis formam natura negauit, Ingenio formae damna rependo meae.* Addamus et Epictetum, cujus de se ipso distichon ex Gellio notum est L. II. C. 18. *Rittersh.* Adde Nep. Ages. VIII. init. *turpi.* Etiam de forma corporis dicitur, vt h. l. item III. VIII. 2. et IV. V. 6. De re ipsa v. locum Senecae, quem Neveletus memorat.

FABULA V.

AESOPUS ET PETULANS.

Successus ad perniciem multos deuocat.
Aesopo quidam petulans lapidem impegerat.
Tanto, inquit, melior. Assem deinde illi dedit,

Vs. 1. *multos.* Bentlejus *stultos*, quasi vero tantum stulti corrumperentur successibus, non etiam alii. *Burm.* MS. Pith. *ad perniciem saepe multos deuocat.* Vid. Gud. et Nevelet. Sed istud *saepe* non sine veri specie Heinsio varia lectio τȣ̃ *multos* esse videtur.

Vs. 2. Bentlej. more suo et hic voculam intrudit: *Aesopo vt quidam petulans lapidem impegerat.* MS. Per. *lapides.*

Vs. 1. Rebus ex animi sententia succedentibus, fit, vt hoc ipsum multis afferat exitium, dum ad aliud hujusmodi factum inflammantur. *deuocat*, pellicit, ducit. Eodem modo Cic. Cat. I. 5. *Italiam ad exitium et vastitatem deuocas.* Vid. ad L. I. XX. 2. coll. L. IV. F. XIII. 3. Hoc Promythium compara cum Epimyth. L. II. III. 7. Cl. Sattler. *Gelingen führet manchen oft zum Untergang.*

Vs. 2. *petulans.* Eodem sensu dixit L. I. II. 20. *petulans turba.* — *impegerat.* Hac significatione veteres dixerunt *infligere, injicere.* Hinc refert Cellarius Cur. Post. p. 245. et Antib. p. 179. ad Latinitatem cadentem. Sed tamen hoc sensu Coelius apud Cic. ad Div. VIII. Ep. 8. *quid si filius meus fustem mihi impingere volet?* et Plaut. Bacch. IV. VII. 2. *impinge pugnum, si mutiuerit.*

Vs. 3. *tanto melior*, debet subintelligi *es.* Vid. Vauassor de Vi et vsu quorumdam verborum p. 60. et quae notantur ad Petron. C. LXIX. Senec. de Tranq. An. C. XV. *laudemus toties dignum laudibus, et dicamus: tanto fortior, tanto felicior!* *Burm.* De hac formula probantis alterius dictum, aut factum, apud veteres inprimis comicos frequenti, fuse disserunt firmantque exemplis Faber, Scheffer, Dispontin. Ter. Heaut. III. II. 37. *tanto hercle melior!*

Sic prosecutus: Plus non habeo mehercule,
Sed vnde accipere possis, monstrabo tibi.
Venit ecce diues et potens; huic similiter
Impinge lapidem, et dignum accipies praemium.
Persuasus ille fecit, quod monitus fuit;
Sed spes fefellit impudentem audaciam:

Vs. 6. *ecce.* MS. Pith. *etiam.*

Vs. 9. *impudentem.* Al. *imprudentem.* Vid. Edit. Petschii ad h. l.

Contrarium est, *tanto nequior.* Vid. Ter. Adelph. IV. I. 12. ibique Donatum et Gronov. Obs. L. II. C. 21. p. 400. sq. Sattler. *Ey bravo! inquit,* Aesopus. *Assem.* Rationem hujus numi antiquissimi aenei dat Plin. L. XXXIII. 3.

Vs. 4. 5. *prosecutus* sc. verbis. Plene dixit Cic. Verr. II. C. 29. *Iste irotus hominem verbis vehementioribus prosequitur.* Id. Tusc. II. 25. *quem vt vidisset honorificisque verbis prosecutus esset.* — *mehercule.* Formula jurantis elliptica, pro, *ita me Hercule juun.* Erat proprie genus jurisjurandi virile, non femineum. Gell. XI. 6. *nusquam scriptum inuenire est, aut mehercle feminam dicere, aut mecastor virum. Disponti*n. Vid. L. I. F. XXV. 7. Inprimis infra III. XVII. 8. *vnde,* a quo.

Vs. 6. *diues et potens.* Male hic Schefferus *potentem* explicat, qui potest melius, atque ego, dare. Ita posset capi L. I. F. XXIV. vbi *potens* inopi opponitur; sed cum hic a diuite distinguatur, *potens* est, gratia et auctoritate in vrbe valens: quod ostendit exitus fabulae, nam cruci affigi cursuit. Ita *dites* et *potentes* distinguit etiam Ter. Adelph. III. IV. 56. sq. Val. Max. VII. II. ext. 11. *diuites et praepotentes non alligari videmus.* Burmann. Cf. V. L. ad L. V. V. 4.

Vs. 7. *dignum.* Ambigue dictum. Gerike: *du wirst den Lohn, den du verdienst, empfangen.* — *accipies praemium.* cf. L. IV. XVII. 30.

Vs. 8. Cl. Sattler. *Er glaubts und that was ihm gerathen ward.*

Vs. 9. *impudentem audaciam,* impudentem audacem. Idiotismo Phaedro sollemni, quem saepe vidimus. Ter. Heaut. II. III. 72. *O hominis impudentem audaciam.*

Comprensus namque poenas persoluit cruce.

Vs. 10. *Comprensus.* Sic ediderunt, pro *comprehensus*, Ursin. Maittar. Bentlej. Desbillon. Bipont. et placet Scheffero et Tzschuckio. *Comprehensus*, si retineatur, in pronuntiando tribus syllabis efferendum est. *persoluit cruce.* MS. Per. *soluit soeleris.*

Vs. 10. *cruce.* Non mirum videri debet, petulantem cruci esse suffixum, cum sermo sit de potente, qui laesus fuerat. Frustra igitur sunt, qui de alia quacunque castigatione vt flagellorum, fustium cet. locum intelligant. Constat enim, homines, maxime seruos, non raro leuiora ob delicta, cruci esse suffixos.

Vide Fabulam *Hogedornii* L. II. *Aesopus und der Muthwillige;* nec non Fab. *Fontanii* L. XII. F. XXII.

FABULA VI.

MUSCA ET MULA.

Musca in temone sedit, et mulam increpans:
Quam tarda es? inquit, non vis citius progredi?
Vide, ne dolone collum compungam tibi.

Vs. 2. *tarda es.* Bentleju, cui paret Cuninghamus, *tarde is.* Cui lectioni fauet Romuli *quam tarde ambulas?* Hancce tamen conjecturam merito repudiant Harius et Burmannus, vt minime necessariam. Non increpat enim mulam, quod nuno modo tarde incederet, sed quod natura sua tarda esset. *non vis,* MS. Pith. *et non vis;* Heinsius more suo suspicatur *non quis,* laudans Plaut. Trucul. II. III. 5. Edit. Bipont. at lectio recepta multo est efficacior. Vid. Not.

Vs. 3. Sic legnnt omnes fere alii ante Burmanni Editionem majorem cum nouo Commentario, e MSS. Pith. Rem. et Edit. Vet. ita vt vltima verbi *vide* corripiatur. Sic volebat Gudius. Quod etsi factum aliquando non negat Burmannus; Phaedri aetate tamen minus receptum censet fuisse. Itaque hujus in-

---

Vs. 1. *Mulam.* Mularum vsum fuisse quondam in vehiculis creberrimum, Schefferus amplius ostendit in erudito Opere de Re Vehiculari.

Vs. 2. *Quam tarda es.* De asino L. I. XV. 7. dixit *lentus.* v. V. L. ad h. v. *non vis?* Sollemne in increpationibus. Vid. ad L. I. F. XXIX. 6. *Kannst du nicht geschwinder gehn?* Senec. Ep. XLVII. *vis tu cogitare, istum, quem seruum tuum voeas, ex iisdem seminibus ortum?* Plin. L. IX. Ep. 17. *vis tu remittere aliquid ex rugis?* cf. Scheff. de Re Veh. p. 223.

Vs. 3. *dolone.* Ita eleganter appellat gloriosa musca aculeum suum. Est autem *dolon* flagellum, intra cujus virgam latet pugio, interprete Seruio ad Virg. Aen. VII. 664. aut secundum Varronem ingens contus cum ferro breuissimo. Vid. etiam Isidori Orig. L. XVIII. C. 9. qui appellat *dolones* vaginas ligneas, inter quas latet pugio, sub baculi specie.

Respondit illa: Verbis non moueor tuis;
Sed istum timeo, sellâ qui primâ sedens

commodi euitandi caussa ordinem verborum sic mutauit: *Vide dolone ne collum pungam tibi*, composito verbo *compungam* simplex succedere iubens. Nam *pungo*, ait, habere Romulum, et illud *ne* propter vltimam syllabam τȣ̃ *dolone* excidisse et postea transpositam fuisse. Praeter alios Burmanno obsecuti sunt Bipontini. At Desbillonius cum Lallemant. et Brotier. inhaeret vulgato. Vltimam enim in *vide* syllabam pariter corripuere Terent. Adelph. IV. II. 11. et Persius I. 108. Quibus ego accedo; praestat enim, si haec non placeant, poëtam oscitantiae arguere, quam duram Burmanni emendationem admittere. Bentl. *Vide ne dolone hoc collum compungam tibi*, vt musca hoc dicens aculeum efferat. *dolone.* MS. Pith. *dolose*; Perott. *dolosa.*

Vs. 4. *verbis*, i. e. minis Vs. 11.

Vs. 5. *sella prima sedens.* Luculenter patet, agi de scamno aurigae. Non raro aurigae sedebant in ipso temone, Virg. Aen. XII. 469. Stat. L. I. Silv. 143. sq. vel etiam iuxta vehicula ambulabant, maxime vrbana, mulierum vsibus seruientia atque ad splendorem facta, v. Liv. I. C. 48. vbi in historia Tulliae *restitisse pauidus atque inhibuisse frena is, qui iumenta agebat*, dicitur; de quo pluribus egit Scheffer. de Re Vehic. p. 227. At vero aurigae et muliones interdum etiam sedisse videntur in vehiculis, illis maxime, quibus vtebantur in itineribus, vel vehiculis militaribus. Sedebant autem in scamno, vel sella, temoni proxima, quae huic immineret, vel incumberet. Ad quam rem probandam non lubet cum Scheffero prouocare ad monimentum antiquum, quod exstat Veronae in area S. Proculi, exhibens imaginem vehiculi et aurigae, sedentis in sella, proxima temoni, altera manu habenas, altera flagellum tenentis, addita inscriptione: *Viriatius Zosimus Libertus Fac Cur.* Propositum est istud monimentum ab Onuphrio Panuinio in Antiquitt. Veron. p. 176. coll. p. 228 nec non a Scheffero, etsi minus accurate, in Opere de Re Veh. L. I. p. 226. Namque istud monimentum, si omnia rite expendantur, christianae videtur esse originis, referendum ad saeculum p. C. N. IV. aut V. Sed videamus, annon loca quaedam e priscis scriptoribus

Jugum flagello temperat lento meum,

Vs. 6. De Varietate Lectionis conf. Excurs. V.

---

afferi possint, quae stabiliendae sententiae nostrae inseruiant. Huc referendus locus Curtii L. IV. C. 15. *Auriga Darii, qui ante ipsum sedens equos regebat, hasta transfixus est*; ex quo confici potest, in militaribus vehiculis interdum sedisse aurigam, et sedisse *prima sella* ante militem, seu pugnatorem, qui sedebat secunda. Accedit locus Sueton. Vesp. 23 quem Schefferus laudat; *Mulionem, in itinere quodam, suspicatus ad calceandas mulas desiluisse, vt adeunti litigatori spatium moramque praeberet, interrogauit* cet. Sed probabile est, desiluisse, qui antea sedebat, non in ipso temone, sed scamno, temoni vicino. Quibus si adjungatur locus Phaedri, in quo vocem *sella* de temone vix capere licet, res nihil dubitationis habere videtur. Sella autem aurigae in loco Phaedri dicitur, *prima*, respectu numeri, cum vehicula plures haberent, quibus facere itinera consueuerant; tale enim h. l. intelligendum est. cf. Scheffer. l. c. p. 225. Pro *sella prima* Propertius L. IV. VIII. 21. dixit *primum temonem*, scribens: *Ipsa sedens primo temone pependit, Ausa per impuros frena mouere locos*, de Cynthia, quae, vt conspiciendam se omnibus praeberet, ipsa aurigae scamno insidet, prona in temone pendens, et verbere mannos increpans, quod apposite viri docti conferunt cum hoc Phaedri loco. Vid. Burmannus Sec. et Vulpius ad loc. Propert. cit. item Index verborum in Edit. F. G. Barthii p. 469. vbi laudant viri docti hunc Phaedri locum. Recte autem Schefferus obsernat, *primum temonem* in loco Propertii non esse proprie intelligendum, et ob id aurigam constituendum in temone; immo vero primam ejus notat partem, vbi sella, in qua Cynthia pependisse dicitur, erat efficta. Nam *primus temo* dicitur, vt *primoribus labris*, i. e. prima parte labrorum apud Plaut. Trin. IV. II. 65. et Cic. Coel. 12. Ita Cato R. R. 40. *surculum primorem praeacuito*, i. e. surculi primam partem. Et sic saepius alibi. Quibus omnibus fit verisimile, perperam negari a Marchesello in Disp. de Collectione Vet. Poët. Latin. Pisaurensi, supra memorata in Not. Litter. de Phaedro, sellas, aurigarum vsibus destinatas, in vehiculis veterum fuisse effictas. Nam quod dicit vir doctus, loca priscorum scriptorum, a Scheffero in

Et ora frenis continet spumantibus.

Vs. 7. *ora.* In aliis Editionibus, vt Nevel. Ursin. Scheff. Leonh. Desbillon. est *lora*; sed *ora* e conjectura rescripsit Praschius, probantibus Gudio et Graev. Vid. Burmanni Syll. Epp. T. IV. p. 42. coll. Graev. Lect. Hesiod. C. 19. p. 94. Quam conjecturam deinde confirmauit Cod. Per. et merito pla-

---

libro de Re Vehic. hanc in rem prolata, vi sua probandi destitui, id quidem non potest affirmari de omnibus, quemadmodum docent paullo ante obseruata. Sed fac, scamna in vsum aurigarum facta veteribus fuisse ignota; fac etiam hanc fabulam esse interpolatam: an cum Marchesello ex hoc Phaedri loco recte potest colligi, fabulas, quae sub Phaedri nomine hodie circumferuntur, recentiori, non priscae aetatis scriptore esse compositas?

Vs. 6. 7. *Jugum meum*, i. e. me, quae adjuncta currui gero jugum, *temperat*, regit, seu excitat *flagello lento*, flexibili, quando vult, me ire citius; *et ora frenis continet*, coërcet, reprimit, quando lentius. Quo fit, vt probe sciam, vbi *tricandum*, i. e. lente incedendum, et vbi currendum sit (Vs. 9.). Sic interpretor hunc locum, qui vexauit interpretes, cum *oro* frenis temperentur, non *jugum*. Aliter tamen sentit cl. Tzschuckius, scribens: „Phaedrus idem duplici ratione expressit, *jugum* et *lora; temperat et continet; flagello* et *frenis*. Ita omnino composite inhibitum cursum describit, singulisque partibus regiminis illustrat. Sunt autem praecipuae in vehendo curru jugi partes, quo temperato ipse cursus temperatur.“ Sed vt omittam, rectius in hoc loco legi *oro*, quam *lora*, Phaedrus, succinctae breuitatis studiosus, vix vnam eamdemque rem in eodem nexu duplici ratione expressisse censendus est. Deinde aurigae non temperare jugum, seu excitare solent jumenta flagello, quando cursus inhibendus est, imo vero ora continent frenis. Versus denique 9. manifesto ad vs. 6 et 7. referendus est; ne dicam, jugum nullo modo posse temperari. Ex quo intelligitur, vox *lento* vix capi posse pro *tardo*, hoc sensu: *der, welcher mich lenkt, befiehlt mir jetzt langsam zu gehen.* Sic cepit cl. *Lange* Prolegg. ad Phaedr. p. XXV. probante censore docto in A. L. Z. ann. 1799. Partic. 350. p. 300. *jugum meum.* Cum jugum moderamine non

Quapropter aufer friuolam insolentiam:

cuit viris doctis. Gudio tamen vulgatum *lora*, quod fuse tuetur, non displicet; sed *lora continere*, pro *tenere*, vt explicat Schefferus, nullo exemplo dici, recte putat Burmannus.

---

egeat; neque etiam vox *jugum* pro mulabus juga is capi possit; quia tunc duae deberent fingi: haec vox synecdochice accipienda, pro, me quae gero jugum: adjunctum pro subjecto. Eodem modo Val. Max. IV. IV. 5. *boum jugum regere* dixit, pro, duos boues regere subjugatos. Ita intellexere, praeter alios, J. F. Gronov. Not. ad Phaedrum, Oudendorpius in Misc. Obs. Vol. VII. p. 320. cl. Schirach. Clav. P. I. p. 362. Simili modo L. III. XIII. 8. *religio mea*, pro, ego jurata judex. Pronomen autem *meum* adjectum indicio est, *jugum* pro mulabus jugatis dici non posse, et hic agi de vno jugo et mula. V. Burmann. Quare *jugum* male vertunt *das Gespann*, quae vox de duobus solet vsurpari. *Jugum flagello temperat*. Accipiendum h. l. pro, impellit me flagello, et vertendum cum cl. Jördens, *der über meinen Nacken die geschmeidige Peitsche schwingt*. Insolentioris hujus locutionis exemplum apud alios desideratur; sed Phaedro singularia sua puto relinquenda. *lento*. Eodem modo *lentae habenae* Ovid. A. A. I. 5. et XV. Met 520. *lenta frena* I. A. A. 472. dicuntur, quia erant ex loro, vt et flagella, vel si ex alia materia essent, aeque lenta, non rigida fuisse credendum est, vt *lentas virgas* dixit Plaut. Asin. III. II. 29. *Burm.* Vid. etiam quos laudat Dispontin. *ora continet*, coërcet, quoties nimirum vult, vt eam tardius. cf. Ovid. Met. V. 643. *spumantibus*, spuma mea ex labore oppletis. Nota colorem Epitheti, quo frequenter vtuntur poëtae. Vid. Virg. Aen. IV. 135. et Graev. Lect. Hesiod. C. XIX. p. 94.

Vs. 8. *Aufer*, omitte. Plaut. Truc. IV. IV. 8. *aufer nugas*. Plaut. Pers. V. II. 19. *jurgium auferas hinc*. Plura dabunt Bentlej. ad Ter. Adelph. V. VIII. 14. it. Scheff. et Burm. ad h. l. *friuolam*. Recte explicat Scheff vanam, cui nullae subsunt vires. Vs. 11. cf. ad L. V. VII. 1. *insolentiam*. Vid. L. I. XI. 12. V. VII. 2. Bene Gerike: *Daher lass du nur seyn den schnöden Uebermuth*. Sattler. *Hör also mit dem eiteln Prahlen auf*.

Numque, vbi tricandum, et vbi currendum sit, scio.
Hac derideri fabulâ merito potest,
Qui sine virtute vanas exercet minas.

Vs. 9. *tricandum.* Vid. Excurs. VI.
Vs. 11. *virtute.* Taubmannus in Not. margin. ad Edit. Rittershusii, quam debeo humanitati cl. *Dassdarf*, legere mallet *viribus.* Sed fortasse nil mutandum.

Vs. 9. *tricandum.* Tricari est, moras facere, tergiuersari apud Ciceronem Att. XV. 13. At hoc loco, si lectio vera, cessare, tarde et otiose ire. Exemplum tamen insolentioris hujus significationis vix reperias alibi. Quare ista locutio cum aliis multis inter singularia Phaedri referenda. Fide Bentleji Glossae veteres: *tricosus*, cessator, λαγγῶν, ἀργός. Gloss. Isidor. *acinari*, *tricari*, *in parua morari.* v. Prasch. et Exc. VI. ad h. v. *vbi currendum sit scio.* Laudat Bentlej. Ter. Adelph. IV. II. 31. *scia vbi sit, verum hodie numquam monstrabo.* Idem vir doctus quoque notat, mulam ignorare commodum tempus, quod melius mulio sciat. Respondet Burmannus: in fabulis sensus hominum datur animalibus, quia sunt imagines hominum et quorum exemplo poëta docet homines, quid faciendum, quid fugiendum. Sed potest etiam alio modo responderi, de quo vide interpretationem nostram vs. 6. 7.

Vs. 11. *virtute.* Hoc loco pro viribus, robore. Sattler. *der leere Drohungen, doch ohne Kraft ausstöſst.* Prop. L. III. XV. 20.

Compara *Anonymi* Nevelet. F. XXXVII. *Romuli* L. II. F. XVII. coll. *Romulo* Nil. p. 134. *Zachariae* Fabulam, *die Mücke und der Stier* p. 80. *Fontanii* L. VII. F. 9. *Camerarii* Fab. *Crabro et Mula.* p. m. 202.

FABULA VII.

CANIS ET LUPUS. *)

Quam dulcis sit libertas, breuiter proloquar.
Cani perpasto macie confectus Lupus
Forte occurrit: salutantes dein inuicem

*) Al. *Lupus ad Canem.*

Vs. 1. *dulcis.* Quia Virg. dixit Ecl. III. 82. *dulce satis humor*, Bentlej. edidit *dulce*, indignante Burmanno, cum et Anonymus Nilantii habeat, *quia dulcis est libertas*, et Romulus, *docet subsequens fabula, quam dulcis et jocunda libertas est.*

Vs. 3. Recepi lectionem vulgatam, quae ferri potest, sed quae sine caussa varie mutata fuit a Criticis. Hi vero quid

---

Vs. 2. *perpasto*, praepingui. Locutio rarior. Vet. Gloss. *pastus*, πιμελής, λιπαρύς. Vid. Gud. *macie confectus.* *Confici* proprie est arenae verbum, quod de gladiatore, multis vulneribus confecto, dicitur; deinde etiam de aetate, morbis, fame, inopia attritis, vt h. l. L. II. F. VIII. 21. eodem sensu dixit, *boues corruptos.* Vid. Hartman. qui laudat Donat. ad Ter. Eun. V. IV. 6.

Vs. 3. *salutantes inuicem.* Debet ita intelligi, canis salutat, et inuicem lupus resalutat, ea enim vis vocis *inuicem*, vel *in vicem*: v. mox F. VIII. *laesura inuicem*, et ad Petron. XII. Ovid. IV. Met. 72. Nec opus est addere *se*, cum conties *salutare* et *salutantes* ponantur absolute, vt Mart. IV. 8. Ovid. V. Met. 295. et apposite Cic. II. de Or. III. *qui cum inter se — amicissime consalutassent.* Nam illud *inter se* idem est, quod *inuicem* et elegantius quoque, et ex vsu Latinitatis melioris et antiquioris. Quis vero loquatur, satis intelligitur ex interrogatione, *vnde sic nites?* quae non conuenit perpasto cani, sed macie confecto lupo. Fruatur ergo breuitate sua Phaedrus, quam studio captauit, licet multos offenderit. *Burmann.* Male jungunt Bentlej. Bipontini, alii *vt inuicem restiterunt*, vterque soil. simul.

Vt restiterunt: Vnde sic, quaeso, nites?
Aut quo cibo fecisti tantum corporis?

sibi indulserint, ege nunc videamus! Inconcinni numeri Bentlejo suadent legere: *Forte occucurrit. Dein salutans, inuicem Vt restiterunt, v. s. q. n.* Harius mauult: *occurrebat, dein salutant se inuicem*, quod Burmanno mollius, sed non Latinum esse videtur, ideo cum Heinsio delenti *se* et legenti: *Forte occurrit: dein salutant inuicem*; vt *dein* dissyllabum sit. Fide Gudii et Brotierii in MSS. Pith. et Rem. erat: *dein salutantes inuicem;* sed in MS. Perotti, teste Burmanno: *deinde salutati inuicem;* Neveletus: *dein inuicem salutantes*; Bipontini: *occurrit forte; dein salutans, invicem Vt restiterunt.* Ita el. Müchler. Placuit autem viris doctis *occurrit forte*, vt versus esset expeditior. v. Gud. qui mallet, *deinde salutantes*; Salmasius: *dein se salutant inuicem*; Sauadon. *Forte occucurrit: dein salutant inuicem*; Jördens: *occurrit forte: dein, salutantes invicem, Vt* 1. Vulgatum retinent, praeter alios, Lallemant. Brotier. Desbill.

Vs. 4. *Vt restiterunt.* Ouveringius, *vt restitere: hic* oet. v. Not. Toll. in P. III. Phaedri p. 163.

Vs. 5. *Aut quo.* Cuningham. *et quo.*

Vs. 4. *nites.* Verbum *nitere* et *nitidus* non raro de bene saginatis exquisite vsurpatur. Hor. L. I. Ep. IV. 15. jungit *pinguem* et *nitidum*; Romulus vero Divion. *vnde frater sic nitidus et bene pinguis es?* Magna exemplorum copia apud priscos scriptores obuia. Vid. e. g. Hor. L. II. Sat. II. 126. sq. Tibull. II. I. 21. ad quem locum lege Broukhus. Virg. Aen. VI. 654. vt omittam alia. Lege quae olim notaui in P. II. Phaedri p. 53.

Vs. 5. *fecisti tantum corporis.* *Corpus* Latinis interdum carnositatem et crassitiem notat. Sic vocabulo *corporis* pro carne vsus est Ouid. I. Am. VI. 6. *Aptaque subducto corpore membra dedit.* *Corpus subducere* est detrahere de pinguitudine, deducendo cibum quem gracilem reddere. Cf. Graev. ad Flor. L. I. C. 1. et Cuper. Obs. I. 5. p. 31. *Dispentin.* *Facere corpus*, Gr. *σωματοποιεῖν* (de quo verbo lege, quae notat Burm.) *einen Bauch zulegen, korpulent, dick und fett werden.* Cels. de Medic. VII. 3. *cibi potionesque corpori faciendo aptae.* *Hartman.* Varr. VII. R. R. 6. admissarium equum *corpore multo* esse debere ait. *Rigalt.* Con-

Ego, qui sum longe fortior, pereo fame.
Canis simpliciter: Eadem est conditio tibi,
Praestare domino si par officium potes.
Quod? inquit ille. Custos vt sis liminis,

Vs. 9. MS. Per. h. v. ita exhibet: *quale inquit ille? Custos si fueris liminis*. Cl. Lange pro *liminis*, si quid ego judico, duriter conjicit, *luminis*; vt *custos luminis* sit, custos diurnus, hoc sensu: vt non modo interdiu, verum etiam noctu domum tuearis. Vid. Ej. Prolegg. ad Phaedr. p. XXV. sq. Sed hac emendatione non erat opus. Verba enim, *custos vt sis liminis*, non aliter atque de custodia diurna possunt intelligi. Namque

---

trarium *amittere corpus*, pro marcescere. Cic. VII. ad Div. 26. *et vires et corpus amisi*. *Gronov*. Lucret. I. 810. *amisso jam corpore*, ad quem loc. v. viros doctos in Edit. Havercamp. Dicitur autem *facere corpus*, vt *facere rem* apud Ter. Adelph. II. II. 12. *vires facere*, i. e. parare apud Quinctil. L. III. C. 10. *pecuniam facere*, i. e. aggerare apud Cic. in Verr. v. Faber.

Vs. 6. *pereo fame*. Verte: *ich möchte verhungern, ich muss noch verhungern*. Vid. ad L. I. VI. 8.

Vs. 7—10. *simpliciter*, candide, aperte. Curt. L. IV. C. 11. *Legati respondent, cum bellum in animo sit, facere eum simpliciter, quod se precis non frustraretur*. Plin. VI. Ep. 22. *se simpliciter credunt amicis*. Plura dabit Scheff. *conditio*, pro statu, ratione viuendi. Cic. ad Div. II. Ep. VII. 9. *eaque mihi conditio maneat, qua profectus sum*, qui locus Hartmano debetur. Plura habes in Notis Burmanni. *est*. Praesens pro futuro, ad exprimendam ejusdem euentus et celeritatem et veritatem. *Tzschucke*. Verte: *du kannst es eben so haben*.

Vs. 8. *si potes praestare*, si praestas. Vid. ad L. I. F. XV. 6. et I. XXVII. 1. Si domino meo idem praestas officium, quod ego. Paullo aliter in respectu ad animum et voluntatem τὸ *potes* cepit Scheffer. Cl. Gail τὸ *domino* intelligit de domino quoquoque (*à un maître*). At vs. 15. docet, de domino canis esse sermonem.

Vs. 9. *custos vt sis liminis*, interdiu sis custos ad limen, s. fores domus. Cf. V. L. Virg. Aen. IX 648. *fidus ad limina custos*.

A furibus tuearis, et noctu, domum.
Ego vero sum paratus: nunc patior niues
Imbresque, in siluis asperam vitam trahens.

interdiu canis alligatur (Vs. 18.), excubias agens ad limen (*custos liminis*); crepusculo soluitur (Vs. 19. 20.) vt vigilet et tueatur noctu domum a furibus. Sic vs. 9. recte opponitur decimo, nec amplius de tautologia cogitandum.

Vs. 10. Meursius copulabat *furibus et noctu*. Quod quia ineptum videbatur, emendabat ita, vt mutaret *noctu* in *vecti*, hoc sensu, vt tueatis domum a furibus et vecticulariis; quia vecticularia vita dicitur eorum, qui vectibus alienos parietes profodiunt, furandi gratia. Quae emendatio etsi erudita videri potest, merito tamen rejecerunt Faber, Scheffer, Buchner. Idem enim esset, ac si poëta dixisset: a furibus domum tuearis et furibus.

Vs. 10. Plerique interpretes h. v. ita construunt, *et a furibus tuearis noctu domum*. Sed melius Burmannus τὸ *et*, quod abest in Cod. Perotti, pro *etiam* sumi censet, hoc sensu: non modo interdiu, cum nullus est labor vigilare, et limen custodire, sed etiam noctu, cum alii dormiunt, domum tuearis. *A furibus*. *A* est contra. Nep. Hann. 9. *Gortynii templum custodiunt non tam a ceteris*, quam ab Hannibale. V. g. et 10. its vertendi: *dafs du* (bey Tage) *an der Hausthür wachest*, *und* (auch des Nachts) *das Haus vor Dieben schützest*.

Vs. 11. *Ego vero*. Particula elegantissima, quae h. l. studium promtum indicat Schefferus laudat Curt. L. V. C. 9. *nos vero pretiosissimam vestem induti regem in* aciem sequamur. Vertere possis: *Ey dazu bin ich gleich bereit*. Vide quae de vsu hujus particulae olim notaui P. II. Phaedri p. 55. *patior niues*. Ita Frontin. IV. I. 1. *frigora et imbres pati*. Ovid. III. Trist. III. 7. *nec caelum patimur*. Burm. Adde Virg. Aen. IX. 60. de lupo, *ventos perpessus et imbres*. Cum poëtae, tum alii hanc vocem non raro per pluralem efferunt. Ita Cic. II. Cat. 10. *pruinas et niues perferre*. v. *Schwebel*. ad Frontin. IV. I. 1. Alii explicant, frigora.

Vs. 12. *Imbresque*, pro quauis pluuia. Hor. I. Od. VII. 16. *asperam vitam trahens*. Vitam trahit, cui ea grauis est.

Quanto est facilius mihi, sub tecto viuere,
Et otiosum largo satiari cibo?
Veni ergo mecum. Dum procedunt, adspicit
Lupus a catenâ collum detritum cani.

Vs. 13. *facilius.* Bentlej. *vtilius*; Cuninghsm. *placidius.* v. Burmann.

Vs. 14. *otiosum.* Sic legitur in Vet. Edit. et apud Anonymum Nilantii; at Cuninghamus: *Et otioso large*; Heinsius et Bentlej. *otiose* legunt. *Schw.* An *otiose* legendum sit, an *otiosum*, non pugnabo; quamuis exempla suppetant accusatiui in tali loquendi specie. Sic apud Val. Max. V. I. 4. *si tibi incolumen stare fas non erat*; sed licet plerumque datiuo vtantur veteres, vt multis Heins. ad Ouid. XIV. Ep. 64. probat, ille tamen hic admitti non potest propter seq. *largo cibo*, quod cum *otioso* inconcinnam faceret orationem. Quare nihil superest, nisi vel retinere accusatiuum, vel *otiose* legere. *Burm.*

Vs. 16. *cani.* Vulgatum *canis*; sed Heins. et Bentlej. mallent *cani*, ita enim voteres saepe loquuntur. Et placere potest h. l. cum *cani* sit in MS. Perott. et Anonymus Nil. habeat, *vidit Lupus cani collum catenatum*; Romulus Divion. vero, *vidit*

Vid. Virg. Aen. II. 92. et ad L. I. F. XXI. 4. Nota delectum Epitheti *asperam*, qua vtitur, quia nunc in omni rerum inopia et difficultate viuere in siluis vagus et errans cogitur. cf. Burm. it. Virg. III. 16. 45. sqq. V. 11 et 12. Verte: *Jetzt muss ich mich beschneyen und beregnen lassen, und in dem Walde ein rauhes, kümmerliches Leben führen.*

Vs. 13. *quanto est facilius*, quanto melius, commodius, in omnium rerum abundantia (Vs. 14) sub tecto viuere. Eadem ratione loquendi vtitur Florus L. III. C. 12. *nescio an satius fuerit populo R. Sicilia et Asia contento fuisse.* cf. Burm. *tecto.* Vid. L. II. F. VIII. 7.

Vs. 14. Idonea momenta! Locus oppositorum luculenta explicatione notabilis. Post *veni* supplendum *inquit* sc. canis. *Tzschucke.*

Vs. 15 *adspicit.* Vidot. Eleganter de conspectu improuiso. *Er wurde ansichtig.* Ita L. III. F. X. 29.

Vs. 16. *a catena.* Vincentius haec ita expressit: *vidit lupus canis collum catena tritum.*

Vnde hoc amice? Nihil est. Dic quaeso, tamen.
Quia videor acer, alligant me interdiu,
Luce vt quiescam, et vigilem, nox cum venerit:

lupus cani [*collum catena attritum;* etsi Burmannus doceat ad L. III. F. III. non vbique talia intrudenda esse. *Cani* jam olim recepi; et placet Tollio, Philipp. Lallemant. Jördens. Vs. 16. *Lupus a catena.* Tollius legi vult *Lupus catena.*

Vs. 17. *quaeso.* MS. Per. *dic sodes tamen.* Ita edidit Lallemant post Philipp.

Vs. 19. *venerit.* MS. Per. *nox cum venit.* Vrsinus, *cum nox venerit.*

Vs. 17. *Vnde hoc amice?* Verba lupi. Mira in his non magia, quam in responsione canis inest suauitas. Vid. L. IV. F. IX. 8. Vincentius: *quid hoc est frater?* et Anon. Nil. *dic frater, quid est hoc, quod circa collum tuum video.* — *Nihil est.* Formula, qua de re ingrata sermones praeciduntur, et parui momenti esse res illas, quas objiciunt alii, indicatur, vel nos nihil curare, nihil inde incommodi sentire. Ter. Eun. IV. II. 10. *nihil est, quid? nihil?* Adelph. II. II. 24. sq. *vbi illic rediero, nihil est,* sc. dicent, vtentur sollemni illa formula. *Burmann.* qui plurima exempla ad h. l. congessit. Vid. etiam Scheff. et Gud. *tamen.* Vrget hic preces. Elegans vsus hujus particulae omnino est, si quis inhaeret, instat sententiae. *Tzschucke.* Vide similia exempla fere apud Gronov. ad Senec. IV. de Benef. C. 6. *Burm.* v. Ter. Andr. V. III. 22. sq. Id. Heaut. I. I. 36. *Scheff.*

Vs. 18. Tota canis oratio lepida est, incommoda leuiter attingentis, commoda enumerantis verbosius, bene obseruantibus viris doctis Scheffero et cl. Tzschuck. *acer,* i. e. asperior, ferocior. Proprie de canibus. Cl. Sattler. *weil man für bös mich hält.* L. II. F. III. 1. dixit *vehemens.* Serv. ad Aen. III. 14. *acer* interpretatur *saeuus, cruentus.* Senec. Cons. ad Marc. XXII. *acerrimi canes.* Id. de Constant 14. *canem acrem objecto cibo leniet.* v. Burm. et Hartun. quibus adde Vauassor. de vi et vsu quorumdam Verb. in Edit. Opp. Amstel. p. 150. Perperam cl. *Gail* explicat *vif* —. *alligant me interdiu.* Cat. R. R. C. 124. *canes interdiu clausos esse oportet, vt noctu acriores et vigilantiores sint.*

Vs. 19. *Luce.* Vs. praec. *interdiu.*

Crepusculo solutus, quâ visum est, vagor.
Affertur vltro panis; de mensâ suâ
Dat ossa dominus; frusta jactat familia,
Et, quod fastidit quisque, pulmentarium.

Vs. 20. *vagor*. MS. Per. *vager*.

Vs. 21. *affertur*. Anonymus *affertur*, ex domo scilicet, mihi, sub caelo viuenti. *Burm.*

Vs. 22. *familia*. Perott. *famuli*. *jactat*. Nescit Burmannus, annon *jactant* legendum sit, quia Anonymus Nilantii habet, *projiciunt familia*. Habet etiam Romulus Divion. *amat me tota familia, projiciunt mihi*; et infra F. X. 24. nonnulli legunt, *concursant familia*. Sed nolim quidquam mutari.

Vs. 23. *pulmentarium*. Heinsius *pulmentarii*, e conjectura. Anonymus Nilantii: *quod fastidit ciborum mihi porrigitur*. Ita etiam Romulus Divion.

Vs. 20. Cum aduesperascit, soluor et vagor, quo lubet. Heins. laudat Col. VII. 12. *postea catenis per diem continendi, et noctibus soluendi.*

Vs. 21. *vltro*, me non rogante.

Vs. 22. *Frusta* edulii cujuscunque *jactat*, objicit. Proprium verbum et elegans. Petron. C. LXIV. *jactans candidum panem.* Schefferus laudat locum Apul. Asin. *intestina quidem canibus nostris jacta.* Supra aliquoties dixit *misit*. Vid. ad I. XXIII. 3. *Frusta* ponitur absolute, vt ap. Juvenal. III. 210. *familia*. Serui, vt L. II. F. VIII. 26.

Vs. 23 *Pulmentarium*. *Pulmentum*, *pulpamen*, *pulpamentum*, *pulmentarium* (Graece ὄψον, Vet. Gloss. προσφάγιον) sunt vocabula, quae plane idem significant, omne id scilicet, quo cum pane vescimur, (quod cum pulte olim comedebant) quoduis opsonium, vel cibum apparatum, siue coctum, siue tostum, vt carnium, piscium, olerum. Hinc fax accendi potest Ter. loco Eun. III. I. 36. *lepus tute es et pulpamentum quaeris*, i. e. quod ipse es, quod habes in te, quaeris in altero. *Dispontin.* Loco Terentii adde Hor. L. II. Sat. II. 20. quem profert Schirach. V. D. Clav. P. I. p. 305. vbi vide. et Senec. Ep. LXXXVII. *Caricae, si panem habeo, pro pulmentario sunt, si non, pro pane.* Cato R. R. L. VIII. (LIX.) *pulmentarium familiae*

Sic sine labore venter impletur meus.
Age, si quo abire est animus, est licentia?
Non plane est, inquit. Fruere, quae laudas, Canis.
Regnare nolo, liber vt non sim mihi.

Vs. 25. Nevelet. Rigaltii 2. al. habent *est abire*, sed emendauit Faber *abire est*, probantibus viris doctis. Guyetus conjicit: *Age si quo erit abire*; Heinsius: *Age abire quo fert animus.* Perottus: *si quo abire vis.*

Vs. 26. 27. Interpolauit haec Perottus: *Fruere his quas laudas Canis, Regnare nolo ni libertatem habeam.*

---

habet. *quod fastidit quisque.* Si vere, at non apte. *Tzschuck.* Verte: *was niemand mag.*

Vs. 24. Compara Vs. 14.

Vs. 25. Si quo lubet vagari, an licet? Sunt verba lupi ad canem, quibus canis respondet mox: *non plane est.* Perperam Vrsinus h. v. cani tribuit, sublato signo interrogandi. *est animus.* Cf. L. III. F. XVI. 13.

Vs. 26. *Non plane est* licentia. Haec in Editione Vrsini sunt verba lupi. Male. cl. Sattler. *Das freylich nicht so recht — fruere quae laudas se.* iis quae. Vid. ad L. III. II. 17. *Schw.* Formula vsitata remittendi alteri libenter sua bona, sine inuidia. *Schirach.* Clav. P. I. p. 144. cl. Jördens. *Geniesse immerhin dein so gepriesenes Glück.*

Vs. 27. *Regnare nolo.* Cl. Sattler. *ich mog kein König ohne Freyheit seyn.* Vix credibile, Phaedri locum in animo habuisse Senecam L. III. C. 37. de Benef. *Hoc ert regnum, nolle regnare, cum possis*; quae Gudii erat sententia. *liber vt non sim mihi.* Ea conditione, vt libertatem amittam. *Mihi* eleganter abundat, more apud optimos scriptores consueto. Nescio tamen, annon eum *Wakefieldio* ad Lucret. IV. 99. interpungendum sit: *Regnare nolo, liber vt non sim, mihi*, hoc sensu: nolo mihi regnum, vt non sim liber. Eamdem sententiam tractat Cicero de Leg. Agr. contra Rull. C. 4. p. m. 652. Ed. Ernest. *quid tam populare quam libertas? quam non solum ab hominibus, verum etiam a bestiis expeti atque omnibus rebus anteponi videtis.* Quem locum debeo cl. Hartmano.

Haec fabula, cujus ordinem sine vlla auctoritate mutauerunt Philipp. et Lallemant. teste Brotierio, est ex praestantissimis; siue spectes argumenti delectum, siue dialogi facilitatem et elegantiam, siue breuitatem et simplicitatem. Eamdem recte laudibus effert cl. *Jacobs* Obseruatt. Tomo I. praefixis. Hanc fabulam *Avianus* recitat de *Cane* et *Leone* F. XXXVII. Similis fere fabula legitur apud *Aesopum* F. CXI. p. 85. Hauptm. de *Asino siluestri* et *domestico* Comparasse iuuabit, quae sunt in Hor. L. II. Sat. VI Vs. 80 — 117. de *mure rustico* et *vrbano*. Adde *Zachariae* Fabb. p. 14. *der Knabe und der Stieglitz*; *Willamouii* Fab. XI. *Burmanni* Fab. L. I. *der Tanzbär und der Fuchs*; *Gleimii* L. II. F. V. *Hagedornii* Fab. L. I. *der Wolf und der Hund*; *Fontanii* L. I. F. V. *Vincentii* Bellov. L. IV. Spec. doctrin. C. 123. *Romuli* Divion. L. III. F. XV. *Anonymi* Nilant. F. XLV. *Romuli* Nilant. F. XXXIV. *Anonymi Neveleti* F. LIV.

FABULA VII.

FRATER ET SOROR.

Praecepto monitus, saepe te considera.
Habebat quidam filiam turpissimam,
Idemque insignem pulchrâ facie filium.

Vs. 1. *Praecepto.* Scheffer. et Bentlej. *praecepto hoc.* Cuninghamus: *Hoc dicto monitus.*

Vs. 2. *turpissimam.* Corrigit Heinsius *turpissima*, vt referatur ad sequentis versus τὸ *facie.* Sed quid opus hac mutatione, cum non tantum *facies turpis*, sed ipse *puellae turpes* passim occurrant? *Burm.*

Vs. 3. *insignem pulchra facie.* MSS. Pith. Rem. et Vet. Edit. *insigni et pulchra facie.* Bentlej. cum *insignis*, si in laude est, majus quid sit, quam *pulchra*, et male priorem locum occupet, sententia decrescente, ab auctore credit hoc esse, *itidemque ingenua et pulchra f. f.* improbante Burmanno, quia

---

Vs. 1. Si accepisti bonum quoddam praeceptum, inspice in id saepius, tamquam in speculum; intuere te saepius. Verbum *considerare*, quod a contemplatione siderum videtur appellari, proprie vsurpatur de contemplatione, quae fit oculis. v. Festus, v. *considerare*, et Scheffer. ad h. l. Cic. Off. L. I. 41. *pictores suum quisque opus* (picturam) *a vulgo considerari vult.* Sunt, qui locum intelligant de praecepto, quod vs. 14. sqq. pater dat liberis suis; sed cum promythia per enuntiationem generalem efferri soleant, de praecepto quouis haec capienda sunt, etsi non negem, Phaedrum inprimis respicere Vs. 14.

Vs. 2. 3. *turpissimam.* Valde deformem. v. L. IV. F. V. 6. 41. et III. IV. 7. *insignem pulchra facie*, pulcherrimum. *Insignis facie* dixit Virg. Aen. IX. 583. *Euryalus forma insignis*; Id. L. V. Aen. 295. *Tres filiae insignes specie* Frontin. IV. I. 10. Justinus vero L. XXIV. 3. *insignem forma vtrumque filium* Arsinoës dixit. cf. Burm.

Hi speculum, in cathedrâ matris vt positum fuit,

ingenua facies non est pulchra magis, quam honesta ac liberalis, quae non semper est pulchra. Harius ex ingenio reponebat *insignem pulchra*, quae emendatio felix et elegans postea confirmata est Codice Perotti, ex qua jam olim edidi *insignem pulchra facie filium*, probante Tzschuckio, V. D. Praeiuerant Philipp. et Lallemant. Secuti Brotierius, Bipontini, cl. Jördens. alii. Desbillonius tamen vulgatum amplectitur.

Vs. 4. Varietatem Lectionis habes in Excurs. VII.

Vs. 4. 5. *Cathedra*. Cathedrae apud Romanos sellae erant familiares, paullo excelsiores et molliores, quibus cubicula elegantiora feminarum erant ornata. Pulchre rem illustrat pictura Herculanensis (*Pitture d'Ercolano* T. IV. Tav. XLIII. p. 201.) in qua conspicitur mater cum filiabus duabus, sedens in cathedra paullo excelsiori, strata pulcherrime textili stragulo, scabello instructa et opere caelato taeniisque aureis conspicua. Vberiorem picturae descriptionem habes in eleganti et erudita cel. *Boettigeri* Dissertatione, quae inscripta est: *Morgenbesuche im Ankleidezimmer einer alten Römerin*. Vid. *Journal des Luxus und der Moden* ann. 1796. mens. Jul. Cum qua pictura comparabis duas fabulas in *Pitture d'Ercolano* T. I. Tav. XXIX. quarum altera exhibet columbam, in cathedra positam et duos Genios pueros circumludentes; (Eadem haec exsculpta in fronte hujus libri) altera galeam in cathedra collatam, et ludentes quoque duos Geoios pueros. Istae picturae inseruire possunt cognoscendae Cathedrarum formae, quae proprie erant feminarum. Ita diserte h. l. dicit Phaedrus, positum fuisse speculum in cathedra *matris*. Sic Martialis L. III. Ep. LXIII. *inter femineas tota qui luce cathedras desidet*, de bello et delicato homine, *der sich den ganzen Tag zwischen den Cathedern herumtreibt*. Ita enim vertit cl. *Böttiger* l. c. Idem Martial. L. XI. Ep. 99. de Lesbia, *de cathedra quoties surgis*. Sed L. XII. Ep. 38. notat hominem mollem, qui *femineis noctesque diesque cathedris incedit*; quem locum tamen Schefferus, nescio an recte, de Re Veh. L. II. C. IV. p. 65. de sella gestatoria intelligit. Adde Plin. L. III. Ep. 16. n. 12. Cathedra Juuenali Sat. VI. 90. dicitur *mollis*, quia fuit molliter pro

Pueriliter ludentes, forte inspexerant.
Hic se formosum jactat; illa irascitur,
Nec gloriantis sustinet fratris jocos,
Accipiens (quid enim?) cuncta in contumeliam.

Vs. 5. *inspexerant.* Meursius conjicit, *inspexerunt*, quemadmodum F. II. 19. huj. libri e Cod. Per. edidi *laeserunt*, pro *laeserant*, vbi vide. Quae conjectura non displicet, cum etiam in MSS. Pith. et Rem. sit *inspexerunt*, pro quo Pithoeus emendauit *inspexerant*. Vid. Brotier.

Vs. 7. *sustinet fratris jocos.* MS. Per. *fratris sustinet jocos.*

Vs. 8. *accipiens.* Heins. *arripiens;* sed v. Notas. *quid enim?*

---

deliciis et mollitie feminarum parata. Male comparant *cathedram* cum nostro *Toilette.* Ita cl. Sattler. *Indem sie spielten sahen sie von Ungefähr in Spiegel, welcher auf der Mutter Nachttisch stand.* Rectius enim comparatur cum nostro *Sopha.* Nec desunt, qui putent, Phaedrum loqui de sella gestatoria, qua vehebantur mulieres in publico. Ita praeter alios Scheff. qui de ista sella egit de Re Vehic. L. II. C. 4. cum quo comparandus *Pignorius* de Seruis p. 210. et *Chimentelius* de Honore Bisellii. C. 24. p. 120. A Scheffero recte dissentit cl. *Tzschucke*, cathedram conferri posse censens cum nostro *Sopha* potius, quam *Toilette. vt positum fuit.* Notat, vt temere, casu, forte speculum in cathedra erat positum a matre, quae se ad illud ante compserat, non eo consilio, vt liberi inspicerent, quod Guyetus volebat, sed nescio quo casu reliquerat ibi speculum. Haec vis hujus particulae *vt*, quae et *τῷ sicut.* Vid. ad Ovid. XX. Ep. 19. XXI. 25. X. Met. 7. et passim. *Burmann.*

Vs. 5. *pueriliter ludentes.* Notandum, lusisse circa matris cathedram. Similes puerorum lusus exhibentur in Tabb. Herculanens. T. I. Tab. XXIX. paullo ante laudatis, quas vide. Ceteroquin cf. Excurs. VII. ad h. v.

Vs. 6. *jactat.* Vid. L. I. F. XI. 1.

Vs. 7. *Nec sustinet.* Ferre, pati non potest. Vid. L. IV. F. XV. 7. I. II. 31. IV. XXI. 3. IV. VII. 3. X. 25. De hoc verbo Burmannus laudat praeter Munckerum ad Hygin. F. 261. alios.

Vs. 8. *Accipiens cuncta in contumeliam,* sinistre interpre-

Ergo ad patrem decurrit, laesura inuicem,
Magnâque inuidiâ criminatur filium,
Vir natus quod rem feminarum tetigerit.

Rittershusius, *quidni?* Salmasius ad marginem, *quid non?* Bentlej. intrudit *quippe*, vt caussam reddat, cur fratris jocos non sustineret. Sed caue quidquam mutes. Cf. Not.

Vs. 9. *decurrit.* Ita recte libri scripti, etiam MS. Perott. in praesenti, vt mox *criminatur.* Alii *cucurrit*, ex emendatione Pithoei.

Vs. 11. deest in Cod. Perotti.

---

tans ad sui contumeliam; *sie nahm alles für kränkende Beleidigung auf.* Vid. quae de voce *contumeliae* notamus ad L. I. F. XXIX. 2. Laudant Interpretes Ter Eun. I. II. 1. 2. *vereor ne illud Phaedria aliorsum acceperit.* Ter. Adelph. IV. III. 15. *ad contumeliam omnia accipiunt.* cf. Prol. II. 11. *Quid enim?* Hac interrogatione vtuntur, quoties significare volunt, recte aliquid dici, vel fieri. Quid enim, seu quare non faceret? quid enim potius acciperet in contumeliam? Ita Hor. I. Sat. I. 7. 8. vbi verba *quid enim* vetus Interpres, a Cruquio 1579. editus, explicat per *cur non*; recte, judicante Desbillonio; cum antiqui auctores dixerint *quid enim* per contractionem, pro, *quidni enim?* Cf. Id. Hor. L. II. Sat. III. 132. Et sic alibi. Exempla congessit Salmasius ad Tertull. Pall. p. 365. sq. Vertunt: *natürlich; das versteht sich; wie konnte es anders seyn?* Nimirum feminis nil injuriosius, quam ob formae turpitudinem notari.

Vs. 9. *decurrit laesura inuicem.* Decurrit eo consilio, vt inuicem laederet, i. e. querelas suas deferret et opem ejus imploraret. Verte: *um ihm wiederum eins anzuhängen.*

Vs. 10. *Magnaque inuidia criminatur.* Gerike: *voll Groll und Eifersucht schwärzt sie den Bruder an.* Sattler. *Und klagte hasserfüllt den Bruder an.*

Vs. 11. *Vir natus*, cum vir sit. Graeci dicunt ἀνὴρ ὤν. Ita passim Cicero. L. IV. ad Div. 5. *quoniam homo nata erat*, vbi v. Cortium. Id. III. Tusc. Quaest. 17. *qui mortalis natus conditionem postules immortalium.* Vide etiam loca Apuleji, Scheffero laudata *rem feminarum tetigerit.* v. Excur V ad h. v.

Amplexus ille vtrumque, et carpens oscula,
Dulcemque in ambos caritatem partiens,
Quotidie, inquit, speculo vos vti volo:
Tu formam ne corrumpas nequitiae malis;

Vs. 12. *Amplexus ille vtrumque.* Ita libri scripti et Editt. Vet. In MS. Per. est, *ille amplexus*; in Rigaltii 2. *amplexus vtrumque ille.* Ita Richterus.

Vs. 14. MS. Perott. *Continue, inquit ille, speculis vos vti volo.*

Vs. 15. Bentlej. hoc et sq. versu *te* legit, vt respondeat praecedenti, (suffragante Cuninghamo); sed in vulgata nihil reprehendi potest. *Heusinger. Malis.* Schefferum *maclis* tuentem, et spondeum in vltima sede admittentem, recte refutat Hoogstratanus. *Burmann.* Ipsi tamen Scheffero haec emendatio sequenti tempore displicebat, cum per eam periret oppositio, quae seruanda in tota oratione ei recte videbatur.

Vs. 12. 13. Suaues hi versus parem amoris feruorem egregie exprimunt. *vtrumque,* filium et filiam. *Carpens oscula,* quasi summis labris decerpens. Eleganter. Ita Ovid. Her. XI. 117.

Vs. 13. Dulcem caritatem aequaliter distribuens, aequali amore ambos prosequens. Dixit *dulcem,* respectu liberorum, qui passim vocantur *dulces.* In re simili infra F. XV. 16. dixit *dulcis beneuolentia.* Virg. Aen. I. 194. *socios partitur in omnes vina.* cf. Gronov. et Burmann.

Vs. 14. 15. *speculo.* Speculum apud veteres imago est cognitionis sui, quae princeps sapientiae pars habetur. Inde prudentiae cum serpente speculum appingitur. *Prasch.* Cf. vs. 1. et locus Senec. Natur. Quaest. L. I. C. 17. quem laudant Interpretes: *Inuenta sunt specula, vt homo ipse se nosceret: multa ex hoc consecuta; primo sui notitia, deinde et ad quaedam consilium: formosus vt vitaret infamiam; deformis vt sciret redimendum esse virtutibus, quidquid corpori deesse.* Hisce adde Ter. Adelph. III. III. 62. sq. *Inspicere, tamquam in speculum, in vitas omnium iubeo, atque ex aliis sumere exemplum sibi.*

Vs. 15. *Tu,* distributiue; respicit filium. *nequitiae malis. Bona* et *mala* de corporis et mentis pulchritudine et deformitate passim occurrunt, vbe-

Tu faciem vt istam moribus vincas bonis.

Vs. 16. *vincas bonis.* Bentlej. cui haec phrasis displicet, legit *penses bonis*; sed, iudicante Burmanno, multo durior est locutio *pensare faciem*, quam *vincere*. Nam damna et clades pensantur bonis aliis, non facies, quamquam diei possit *pensare faciei damna*. Trillerus in Obs crit. p. 279. legit *pingas*, pluribusque hanc sententiam suam adstruit similibus locis. Quem tamen refellit Pet. Paul. *Iustus* in Spec. Obs. Crit. Vienn. 1765. editar. C. 22. p. 76. qui vulgata lectione nihil simplicius aut expeditius recte affirmat. Etiam Cuninghamus legi iubet *pingas*.

---

rius probante Burmanno, qui praeter alia laudat Lamprid. Sever. C. 38. *vt fias animi malis repulsis pulcher.* Suet. Cal. 36. *singula numerans bona maleue corporis.* Quibus adde, quem Desbillonius affert, locum Iuuenal. XIV. 215. sq. *natiuae mala nequitiae.* Hoc loco cum cl. Tzschuckio non inepte intelligere possis libidines. Alii tamen vertunt: *böses Herz, tückische Gemüthsart.* Sed *corrumpere formam, est, das schöne Gesicht entstellen, schänden.*

Vs. 16. *Tu* pertinet ad filiam. Insolentior locutio, inter singularia Phaedri relinquenda.

istam est turpem. Sed *vincere bonis moribus faciem turpem*, est, eam quasi delere, obruere et exstinguere, vt nulla eius ratio habeatur, si compararetur cum bonis moribus. Non diuersa multum ratio in illis Senecae Ep. LVIII. *ratione vitium corporis vincat.* Sic *vincimus animum* et *iram* apud Ovid. Ep. III. 85. quando non apparet. *Vincere pudorem* dicit Claudian. II. de Laud. Stil. 329. quod fit, quando eum deponimus. Haec e Notis Burmanni excerpsi. Sattler. *Du, daſs die Tugend siege über die Gestalt.* Sed cl. Jördens τὸ *vincere* reddit, *verschönern.*

Mirifice placet argumentum fabulae, cui illustrandae inseruire potest locus Apuleji, in Apologia, quem memorat Rittershusius: *an turpe arbitraris, formam suam speculo assiduo explorare? annon Socrates philosophus vltro etiam suasisse fertur*

discipulis suis, crebro vt semet in speculo contemplarentur? vbi qui eorum foret pulchritudine sibi complacitus, impendio procuraret, ne dignitatem corporis malis moribus dedecoraret: qui vero minus se commendabilem forma putaret, sedulo operam daret, vt virtutis laude turpitudinem tegeret. Adeo vir omnium sapientissimus speculo etiam ad disciplinam morum vtebatur. Simile quoddam dixit Plutarchus Praecept. conjug. teste Rigaltio.

Cum hac fabula compara *Gleimii* L. I. F. 21. 22. *Boulangeri* fabulam, *le Frere et la Soeur*, L. II. F. IX. p. 60.

FABULA IX.

SOCRATES AD AMICOS.

Vulgare amici nomen, sed rara est fides.
Cum paruas aedes sibi fundasset Socrates,
(Cujus non fugio mortem, si famam assequar,

Vs. 3. 4. Hos versus huic loco adsutos esse, censet cl. *Jacob.* At bene obseruat censor doctus in A. L. Z. ann. 1785. II. 281. *wenn blos das Ueberflüssige solcher Parenthesen ihre Unächtheit beweisen könnte, würde man mehrere ausstreichen können.*

Vs. 1. Sunt apud omnes scriptores querelae frequentissimae de paucitate amicorum et quassa atque sublesta et lubrica plerorumque fide, vt jam olim obseruauit Rittershusius. Cic. Am. C. 18. *qui grauem, constantem, stabilem se in amicitia praestiterit, hunc ex maxime raro hominum genere judicare debemus et paene diuino.* Id. Am. 4. *ex omnibus saeculis vix tria aut quotuor nominantur paria amicorum.*

Vs. 2. *paruas aedes.* Graec. οἰκίδιον, vt Socrati a Diogene objicitur apud Aelian. H. V. L. IV. C. XI. v. Hartman. *sibi*, vt ipse inhabitaret, non inquilinis locaret. Paruae enim sufficiebant philosopho. *Burm. fundasset.* Lege quae de hoc verbo docte obseruat Hartmannus e Laur. Vall. L. VI. Elegant. C. 41. Noltenii Lex. Antib. p. 1467. et Bünemann. ad Lactant. Lib. de Mort. Persec. II. Recte capiunt Burmannus et Hartmanus de initio aedificationis, cum fundamenta jecisset futurae domus, vnde de ejus modo judicare posseut praetereuntes. Hoc enim significat *fundare.* Ita Virgil. ex quo hujus verbi vsum sumsisse videtur, VIII. Aen. 478. IV. 260. VI. 812. Vs. 6. dixit *ponere domum.*

Vs. 3. *Cujus non fugio mortem.* Non recuso mortis genus, quo Socrates olim periit. Res nota. *si famam assequar*, intellige, quam Socrates consecutus est. Fama enim h. l. sumitur pro laude ac celebritate, vt *fama Scipionum.* De

Et cedo inuidiae, dummodo absoluar cinis)
E populo sic, nescio quis, vt fieri solet:
Quaeso, tam angustam, talis vir, ponis domum?

---

hac voce Hartmannus laudat Laur. Vall. Elegant. IV. 7. et Serv. ad Virg. Aen. IV. 91. Totum autem hunc locum Rittershusius refert ad Phaedri studium posteritatis.

Vs. 4. Sensus: Facile patior, me circumueniri, et vel damnari atque occidi ab inuidis, vt Socrates, dummodo post mortem iudicer innocens fuisse. Ita habet Gronov. *cedo inuidiae.* Simili modo Nep. Cim. III. *cum ille forti animo inuidiae ingratorum ciuium cessisset*, i. e. facile patiebatur, se ab inuidis et ingratis ciuibus patria expelli. *Inuidiae* autem *cedere*, obseruante Burmanno, dictum vt *fortunae cedere* apud Caes. VII. de B. G. C. 89. et *cedere tempori*, de quibus egit idem vir doctus ad Quinctil. Declam. VI. C. 16. Idiotismo Phaedro sollemni dixit *inuidia*, pro inuidia, vt Liv. L. IV. 44. *aduersae inuidiae objici maluit, quam* cet. Sattler. *immer mag der Hafs mich niedertreten. Cinis.* Signate de mortuis. Pers. Sat. V, 152. *Cinis et Manes et Fabula fies.* Apud Graec. σπεδὸς, σποδιὰ, κόνις. Exempla congessit Hartman. Alciphron L. I. Ep. 38. κεῖται κωφὴ λίθος καὶ σποδιά, ad quem locum v. elegantissimum *Wagnerum* T. I. p. 238. *absoluar.* Id euenit Socrati, cujus accusatores tandem omnium judiciis condemnati vrbe ejecti sunt, ipse vero post mortem absolutus est. Vid. Diog. Laërt. in Vit. Socr. Ex hoc loco coll. Epil. III. 15. sqq. suspicari possis, Phaedrum, idem quod Socrates fatum expertum, calumniis inimicorum accusatum, et in vincula publica fuisse conjectum. Vide quae hanc in rem notata sunt in Vita Phaedri et in Excursu XII. ad Epil. III. 8. 9.

Vs. 5. *E populo.* Gell. II. 9. *vnus e populo.* Idem quod infra III. 19. *quidam e turba*, vbi vide. *Burm. nescio quis.* Formula loquentium de ignotis. cf. L. II. V. 20. *vt fieri solet.* intellige, inter aedificandum. Profert Schefferus post Rittershusium notum ea de re versum: *Qui struit in calle, multos habet ille magistros.* Vid. de hac formula antiqua Burm. ad Petron. C. XLIX.

Vs. 6. *talis vir*, tantus. Ita Nep. Themist. 10. Alcib. 6. Sallust. B. J. 10 et 102. Alia exempla suppeditabunt Notae

Vtinam, inquit, veris hanc amicis impleam!

Scioppii, Burmanni et Heinsii ad Ovid. V. Fast. 460. Ita Graeci vsurpant τοῖος, vt docuit Spanhem. ad Callim. Hymn. in Dian. vs. 146. teste Burmanno. *ponis domum.* *Ponere* pro *aedificare* occurrit L. II. V. 9. Sic alii. Exempla congessit cl. Hartman. Adde Virg. G. III. 13. cf. Vs. 2.

Vs. 7. *inquit* Socrates. Simile dictum Themistocli, cum in Magnesia triclinium elegantissimum exaedificaret, illud ἀγαπῶν ἔφησεν εἰ τῦτον φίλων πληρώσει, tribuit Athenaeus L. XII. C. 8. in fine. *Burm.* Vide ad locum Athenaei Casaubonum.

Haec historia, non fabula est. Compara *Fontanii* L. IV. F. 17.

FABULA X.

POETA DE CREDERE ET NON CREDERE *)

Periculosum est credere, et non credere.
Vtriusque exemplum breuiter exponam rei.
Hippolytus obiit, quia nouercae creditum est:
Cassandrae quia non creditum, ruit Ilium.

*) Hunc titulum ad Graecorum morem expressum, habent MSS. Pith et Rem. At fabularum tituli ab aliena plerumque, non Phaedri, manu esse videntur. cf. Desbillon.

Vs. 2. *exponam*. MS. Perott. *ponam*, quod, judicante Burmanno, tolerari potest, si legatur, *breuiter exemplum ponam*. Ita et Romulus III. 8. *auctor posuit talem fabulam*.

Vs. 1. Seneca Ep. III. *vtrumque vitium est, et omnibus credere, et nulli.*

Vs. 2. *exponam*. Narrabo. Nep. Att. XVIII. n. 5.

Vs. 3. Hippolytus Thesei et Hippolytae Amazonis filius. Qui cum constanti animo sperneret mulierum congressum, a Phaedra nouerca, absente patre, amatus est. Sed repulsam saepius passa impudica mulier insimulauit stupri Hippolytum apud Theseum. Ille credulus, filio, qui jam domum impudicam fugerat, mortem imprecatur. Quod votum ratum fecit Neptunus, emisso tauro marino, qui equos Hippolyti consternauit, vnde per vepres et saxa distractus periit. Quod vbi resciuit male sibi conscia mulier, scelus suum confessa apud maritum, gladio se confodit. *Hoogstratan. quia.* De quantitate hujus particulae lege Hoogstratan. et quae notata sunt ad L. I. F. V. 7.

Vs. 4. Cassandra, filia Priami, facultatem vaticinandi acceperat ab Apolline, hac conditione, ne quis illi fidem haberet. Saepius exitium Trojae praedixerat, sed a Trojanis fides ei non fuit habita, Diis ita volentibus. Virg. Aen. II. 246. sq. Sattler. *Ilium zerfiel in Schutt und Graus.*

Ergo exploranda est veritas multum, prius
Quam stulta praue judicet sententia.

Vs. 5. 6. *multum prius.* Ita MSS. Pith. Rem. et Vet. Editt. In MS Per. est *semper prius*, quod dedit cl. Brotier. post Philippum. Bentlejus legendum censet: *Ergo exploranda est veritas multum et diu*, *Ne stulta praue judicet sententia.* Et enim *multum prius* non ferendum esse statuit, rationem linguae latinae postulare *multo prius.* Sed *multum prius* suos etiam habet auctores, quos nominat Burm. ad Ovid. Ep. XVIII. 71. Trist. V. XI. 7. vbi quidam Codd. habent *multum.* Deinde etsi *multum et diu*, saepe solent jungi, non ideo tamen vbique illae formulae inuitis libris ingerendae sunt, obseruante Burmanno. Neque etiam Bentlejus patitur, *stultam* diei sententiam, quae judicet explorata veritate, quando stulta esse jam non possit; sed jam in Notis obseruatum, locum intelligendum esse de tempore, ante explorationem, vt vis praecepti sit, explorandam multum veritatem, antequam praue judices, vt solent stulti facere, ante exploratam veritatem. Desbillonius edidit: *Ergo exploranda multum est veritas prius;* Cuningham. *multum prope.* — *judicet.* Guyetus et Heinsius volunt *judices*, vt *praua sententia* sit ablatiui casus; quo remedio non opus esse judicauit David. ad Cic. III. de N. D. C. 2. teste Burmanno. Cf. etiam Not. ad vs. 6. *stulta praue.* Ita MSS. Pith. Rem. et Vet. Edit. In MS. Per. est *stulte praua*, quod valde placet Heusingero et cl. Langio, et receperunt Philipp. Lallemant. Brotier. sicque olim conjecerat Burmann. Addicunt Bipontini: *quam stulte praua judices sententia.*

Vs. 5. 6. Veritas accurate (*multum*) exploranda et inuestiganda est, antequam temere praueque judicando stulte facias. Retrahenda enim haec ad tempus ante explorationem. Ita recte Gronov. et Burm. *judicet sententia.* Vindicauit Burmannus vsum hujus loquendi rationis, quae est frequentissima apud veteres vt poëtis familiaris. Ita Ovid. XV. Met. 648. *dissidet et variat sententia;* Phaedrus vero dixit mox vs. 56. *ambitio dissidens*, et F. XIII. 8. *religio ne peccet*, pro judice religione adstricto; mox vs. 51. *nil spernat auris* cet. Et sic saepe apud Phaedrum et alios.

Sed fabulosa ne vetustate eleuem,
Narrabo tibi, memoriâ quod factum est meâ.

Vs. 7. In MSS. Pith. Rem. et Vet. Editt. legitur: *Sed fabulosam ne vetustatem eleuem*, pro quo vulgo legitur: *Sed fabulosa ne vetustate eleuem.* Ita Nevel. Rigaltii 2. Vrsinus, prima Burmanni: quam lectionem recte tuetur Schefferus, sensum fulcire studens subintelligendo id, nimirum quod dixi de exploranda veritate; item Leonhard. cl. de Schirach. in Clav. P. I. p. 113. Et placet V V. Cll. Tzschuckio, Langio, Bipontinis. Sed quia *vetustatem* est in libris scriptis, Guyetus, J. F. Gronov. et Burmannus praeferunt: *Sed fabulosam ne vetustatem eleuent* sc. homines, vt supra Epil. II. 3. hoc sensu: ne homines contemnant, leuiora ducant, quae videntur fabulosa ob vetustatem, seu, quia fabulis multi fidem non habent, vt illis de Hippolyto et Cassandra, narrabo factum certum, mea memoria. At cum τὸ *eleuare* melius ad auctorem, quam ad lectorem referatur, et *fabulosa antiquitas* rectius fidem minuere dicatur, quam minui ab aliis, quemadmodum erudite obseruant VV. Cll. Tzschuckius et Langius vulgatam praeferendam duxi, quae etiam recepta est in Editione Didoti stereotypa. Sic etiam locum intelligi volebat Praschius, legens, *Sed fabulosa ne haec vetustate eleuem*, cui obsequuntur Gud. Hoogstratan. Santoroc. Walchius. Bentlejus corrigit *fabulosam ne vetustatem eleues.* Ita Cuningh. Sanadon. Philipp. Lallem. Brot. Desbillon. Fauet huic lectioni MS. Per. in quo est, *Sed fabulosam ne vetustatem asseras.* Bipontini ediderunt: *Sed fabulosa ne vetustate eam eleuem.* Duriter, vt recte videtur Tzschuckio. Alias conjecturas Tollii et Ouveringii vide in P. III. Phaedri p. 165.

Vs. 7. *Ne eleuem*, minuam fidem et auctoritatem eorum quae dixi, (Vs. 1.) *fabulosa vetustate*, allatis exemplis fabulosis, ab antiquitate petitis, quae poëtae tractarunt. *Eleuare* est minuere auctoritatem, extenuare, rei gestas verbis deprimere, vt infra IV. III. 5. quo sensu hoc verbum saepissime legitur, vt Lexica docent et Notae Burmanni. *fabulosa vetustate.* Justin. II. 6. *omnis antiquitas fabulosa est.*

Vs. 8. *memoria mea.* Aetate, tempore meo. Nep. Them. X. *hujus ad nostram memoriam monimenta manserunt duo.* Sueton. Aug. 22. *memoriam ante suam*, i. e. ante sua tempora. Plurima exegit Dispontin.

Maritus quidam cum diligeret conjugem,
Togamque puram jam pararet filio,
Seductus in secretum a liberto est suo,

Vs. 9. MS. Per. *maritus castam*, quod nescit Burmannus an sit a Phaedri, an a Perotti manu. Certe mox vs. 14. sequitur.

Vs. 10. *jam pararet filio.* MS. Per. *puram compararet filio.* Jac. de *Rhoer* Fer. Daventr. L. II. C. XI. legi vult *parasset.* Sed v. Excurs. VIII. ad h. v.

Vs. 11. *a liberta est suo.* Reuocaui τὸ *est* e Cod. Per. quod jam olim Bentlejus reposuerat e conjectura. Ita quoque ediderunt Cuningham. Philippus, Lallem. Brotier, Desbillon. Sed Rittershusio legendum videtur *seductu' st.*

Vs. 10. *Togamque puram.* Ad differentiam togae *praetextae*, quae in limbo attextam habebat purpuram, vnde et *praetexta* vocata est; quam togam gestabant filii procerum et nobilium ad ann. XV. (Vid. tamen Exc. cit. sub fin.) Hoc anno in locum praetexta *togam puram* accipiebant, ita dictam, quod tota alba esset et nihil purpurae haberet admixtum. *Pura* etiam dicitur Plin. L. VIII. H. N. 48. etiam *virilis* dicta fuit, quia signum erat, eos jam in viros esse transscriptos. Atque ab illo tempore jam incipiebant se foro sistere et causis agendis operam dare. Ipse vero dies, quo ex ephebis excedebant, vocatur *dies tirocinii. Mensinga.* Catull. LXVIII. 15. dixit *vestem puram.* cf. Cic. ad Att. IX. 19. ab init. *pararet.* Hoc verbum indicare videtur, filium nondum fuisse puberem, etsi pubertati proximum. cf. Excurs. VIII. cit.

Vs. 11. Seorsum ductus est in locum solitarium, vt nemine arbitro colloquerentur. Haec enim est vis τοῦ *seducere.* Laudant Interpretes Plaut. Asin. II. II. 95. *me hodie senex seducit solum, seorsum ab aedibus.* Ter. Hec. I. II. 69. *Pamphilus me salum seducit foras. Separatim seducere* habet Liv. L. XXX. C. 5. Quae exempla docent, satis Latini dici *seducere in secretum*: de quo dubitabat Gudius. Saepius tamen absolute ponitur hoc sensu. Memorat Burmannus locum Cic. l. de Or. 56. *qui cum Crassum seduxisset atque ad eum retulisset.* cf. Not. Schefferi et Gronov. it. Gesner.

Sperante heredem suffici se proximum.
Qui, cum de puero multa mentitus foret,

Vs. 12. *suffici se.* In MSS. Pith. corrupte legitur, *sufficisse*; at in V. C. quo vtebatur Rigaltius, Remensi, vt puto, *suffecisse*, pro quo Salmasius monuit legendum, *suffici se.* vid. Gudius MS. Per. perperam, *heredem fieri se, proximum.* Nonnullae Editiones, vt Rittershus. Nevelet. Vrsin. habent, *heredem se fecisse proximum.* Rigaltius et Faber hic versum deesse frustra suspicantur. v. Scheff.

Vs. 13. *Qui cum.* Ita legitur in MS. Rem. v. Brot. Sed Perotus habet *hic cum*, vt olim conjecerat Heinsius, et editum fuit a Philippo. In MS. Pith. et nonnullis Editt. est *qui dum*; at recte Rittershus. correxit *cum*, vel *quum*; sequitur enim

---

Vs. 12. *heredem suffici se proximum.* Sperabat, in testamento patroni, si quid filio contingeret, se substitutum esse heredem, vt veteres solebant primos, secundos, tertios heredes facere in casum mortis priorum. Vid. Sueton. Jul. 83. et Oct. 101. Ita bene Gronov. *Sufficere* heredes dicuntur, qui alios aliis substituunt, vsitatius tamen in hac re *substituere.* Verumtamen *sufficere* pro *substituere* dixit Cic. ad Div. V. 20. *Si mehercule Appii os haberem, in cujus locum suffectus sum.* Vid. etiam Nep. Hann. III. 2. Sic alibi. *suffici* putant poni pro *suffectum iri*, vt Virg. Aen. I. 19. vbi Servius *duci* explicat *ductum iri* v. Scheffer. et Dispontin. At maritus iste testamentum jamjam fecisse putandus est. Libertus autem e medio tollere filium patroni tentabat, non certo quidem sciens, id enim plerumque celabatur, at sperans, se non suffectum iri, sed suffici vel substitui heredem secundum, ita, vt si quid filio humanitus accidisset, jure suffectus in ejus locum censeretur: id quod bene obseruatum Desbillonio. *proximum.* Proprie et sollemniter. Eodem modo Pers. II. 12. *Pupillumque vtinam, quem proximus heres impello, expungam.* Crebrius appellatur *secundus heres*, i. e. qui tunc demum fit heres, cum primus heres mortuus est. Cl. Sauler. *der schlau des Sohnes Erbe wegzuschnappen hoffte.*

Vs. 13. *foret*, fuisset. v. Burm. ad V. V. 10. *de puero mentitus.* Ita loquitur etiam bis terue Quinctil. Declam. VIII. et alii. *Burm.*

Et plura de flagitiis castae mulieris,
Adjecit, id quod sentiebat maxime
Doliturum amanti, ventitare adulterum
Stuproque turpi pollui famam domus.
Incensus ille falso vxoris crimine,
Simulauit iter ad villam, clamque in oppido
Subsedit: deinde noctu, subito, januam

foret, et *dum* in hac significatione indicatiuum sibi jungit. Male autem Schefferus *dum* explicat *dummodo*, quo sensu capitur vs. 28. coll. fab. praec. vs. 4. Vel ex hoc loco potest intelligi, particulas *cum* et *dum* saepius esse permutatas, vt vidimus ad L. I. F. XV. 10. et L. I. F. IV. 2. Docet etiam Serv. ad Virg. I. Aen. 697. quem memorat Burm. *cum* saepe pro *dum* malo errore a scriptoribus esse exaratum. De vsu vero particulae *dum* vberius disputat Burm.

Vs. 16. *amanti*. MS. Per. *amantem*.

Vs. 20. *deinde noctu*. Bentlej. conjecturam non necessariam, *dein de nocte*, cui obsequitur Cuninghamus, vt rejiciam, non moueor ratione Burmanni, sed quia Phaedro *noctu* et alibi placet, vt L. II. IV. 18. et III. VII. 10. et quia Perottus habet *dehine noctu*. Burmanno autem *de nocte* tempus mediae noctis notare videtur, non illud, quod *primo somno*, (de quo vs. 31.) conuenial. At vero *de nocte* non semper est, media noctis,

---

Vs. 16. *doliturum*. dolorem allaturum esse *amanti* marito, qui diligebat conjugem (Vs. 9.) Plaut. Capt, I. II. 49. *huic illud dolet*. Cic. ad Brut. 17. *dolet mihi quod tu nunc stomacharis*.

Vs. 17. Sic Tac. Hist. III. 41. *quo minus adulteriis ac stupris polluere hospitum domus crederetur*. Gronov. *famam domus*. Vim habet ad iram augendam. *Tzschuck*.

Vs. 18. *incensus*. Notat irae vehementiam. *falso vxoris crimine*, propter crimen vxoris, ceteroquin falsum.

Vs. 19. *simulauit*. Vid. L. II. IV. 20. *in oppido*. Nomen oppidi ignotum. Vid. ad vs. 35.

Vs. 20. *Subsedit*, substitit, commoratus est. Non commorationem simplicem, sed quae insidiarum caussa instituitur, intelligunt Scheffer. et Burm. qui de vsu hujus verbi hoc sensu vberius disputant.

Intrauit, rectâ cubiculum vxoris petens,
In quo dormire mater natum jusserat,
Aetatem adultam seruans diligentius.
Dum quaerunt lumen, dum concursant familia,

immo vero passim de quauis noctis parte, quemadmodum *noctu*, dicitur. Ita in loco Horatii, quem Heusingerus affert, L. I. Ep. II. 32. *vt jugulent homines, surgunt* de nocte *latrones*, vbi de prima noctis parte capi potest, cum latrones primo somno sopitos opprimere soleant. Sic apud Cic. pro Mur. 33. *de nocte*, i. e. noctu, *venire*.

Vs. 21. *vxoris*. Perott. *cubiculum infelix petens*.

Vs. 22. *mater natum*. MS. Per. *natum mater*. Ita Lallem. sed vulgatum est mollius.

Vs. 24. *concursant*. Ita habent MS. Pith. et priores Editt. vt Nevel. In MS. Perott. et Editt. Rigalt. 2. Maittar. Danet. Richter. Walch. al. est, *concursat*. Vtrumque rectum. Vid. V. L. ad L. III. VII. 22. Infra III. XIV. 7. dixit *concurrit populus*, et Quinctil. Decl. II. 6. *concurrit familia*, teste Burm.

Vs. 21. *januam intrauit*. Veteres dixerunt, intrare portas, postea, limina, fores cet. probantibus Scheffero atque Burmanno ex Ovid. IX. Met. 309. Met. VII. 531. Fast. IV. 557. Met. XV. 583. *petens*. Cf. L. II. I. 10. II. VIII. 3. IV. XXI. 18. et alibi.

Vs. 23. *aetatem adultam*, puerum (Vs. 13.) qui ad eam adoleuerat aetatem, vt proximus esset pubertati, et toga pura jamjam ei parari posset. Vid. vs. 10. et Exc. VIII. ad vs. 10. *seruans*, custodiens. Nep. Cim. 4. *numquam hortis custodem imposuit fructus seruandi gratia*. Catull. XVII. de puella, *asseruanda nigerrimis diligentius vuis*, i. e. custodienda. cf. Scheffer. Adde locum Terentii Heaut. III. III. 31. sqq. Burmanno laudatum. Quaeri potest, quare mater hanc curam egerit? Respondet Burmannus, ne corrumperetur a libidinosis, et ne praedator corporis admitteretur; quem vid. ad Petron. LXXXV. et Quinctil. J. O. I. 2. Cl. Sattler. *um der Unschuld Hüterin zu seyn*.

Vs. 24. *dum quaerunt lumen*. Burmannus multa Phaedrum censet in hac narratione transtulisse ex Ovid. II. Fast. 347. sqq. quem locum comparabis. *familia*. Vid. ad II. VIII. 26. et cf. IV. XXI. 23.

Irae furentis impetum non sustinens,
Ad lectum vadit, tentat in tenebris caput,
Vt sentit tonsum, gladio pectus transigit,

Vs. 26. *vadit.* Vulgo legitur *accedit.* Sed quia in Cod. Per. est *vadit*, quod irae furentis impetum magis exprimit, recepi. Vide Notas ad h. v.

Vs. 27. *sentit.* Perott. *sensit*, quod recepit Cuningham. sed praeferendum *sentit. transigit.* MS. Pith. et Editiones Rittershusii et Neveleti, *transfigit*, quod est ex glossa. Metrum enim postulat legi *transigit.* Sic jam olim legi jussit Rittersh.

Vs. 25. Grauissime ad indicandam vim doloris. *Scheff.* Verte: *Er wufste sich in der Wuth nicht zu lassen. sustinens.* Vid. ad L. III. VIII. 7. et III. II. 14.

Vs. 26. *vadit.* De vi hujus verbi, quod celeritatem, impetum notat, et de incitato et violento gradu sumi solet, erudite egit Burm. ad L. IV. F. XVII. 12. vbi vide. *tentat.* Manu, factu explorat. Exempla vide in Notis Burmanni et Schefferi, quibus adde locum Col. VIII. 11. *saepius digitis loca feminarum tentanda sunt: nam in promtu gerunt oua, quibus jam partus appropinquat.*

Vs. 27. *tonsum.* Bene notat Schefferus, solitos esse pueros, alere capillos, et cum ad virilem venissent aetatem, detonsos consecrare Diis, indeque semper tonso esse capite. Vid. Martial. L. IX. 36. et quos laudant Scheffer. et Santorocus. Petron. C. LXVII. *cui deo crinem vouisti.* Itaque tonsum caput signum erat virilitatis, tonsus autem fuerat filius, simul ac toga pura parabatur. Etiam Gronov. capit de coma. Ad barbam tamen referri posse Burmannus censet, etsi non vrgeat. Sed de barba minime potest intelligi. Non enim est credibile, hanc aetate XIV. XV. aut XVI. annorum fuisse tonsum. Sic olim statui, probante Censore docto in Ephem. litt. Götting. ann. 1781. Partic. 53. Cum etiam pater *caput*, non vultum tentasse dicatur et tonsum inuenisse, nulla est ratio, quare de barba cogitemus. cf. Jac. *de Rhoer* V. cl. Fer. Daventr. L. II. C. XI. p. 193. *transigit*, perfodit. Tac. XIV. Annal. 37. *se ipsum gladio transegit* Sil. IV. 596. *transegit pectora muero.* Alia exempla dant Rittershus. et Dispontin.

Nihil respiciens, dum dolorem vindicet.
Lucernâ allatâ, simul adspexit filium,
Sanctamque vxorem dormientem cubiculo,
Sopita primo quae nil somno senserat,
Repraesentauit in se poenam facinoris,

bus, sic etiam Taubmann. adscripsit morgini Edit. Rittersh. quae adseruatur in bibliotheca elect. Dresdensi splendide. Fide Gudi Salmasius legit *transicit*, i. e. trajicit.

Vs. 29. *allata.* Heinsius *illata*, (probantibus Bentlejo et Cuninghamo) v. Ep. XXI. ad Scheff. et certe ita frequenter loquuntur veteres; sed vtrumque verbum se scriptorum auctoritate tueri potest. Plin. IV. Ep. 9. n. 14. Tac. XIV. Ann. 44. Cic. Div. I. 20. Quare tutius, aequi lectiones Codd. MSS. nec vnum alterius gratia expellere. *Burm.*

Vs. 28. *respiciens.* Curans, attendens. Nept. Milt. 8. *haec populus respiciens maluit eum plecti.* Scheff. *dum*, dummodo, vt Prol. II. 6. vbi vide, et alibi. *vindicet.* Vid. L. I. XXI. 6. IV. VII. 20. *dolorem*, ex injuria. Sattler. *Nichts näher untersuchend, rachedürstend nur.*

Vs. 29. *simul.* Simul ac. Vid. ad II. IV. 14. *adspexit.* Vidit. Eleganter de improuiso conspectu, vt L. III. F. VII. 15. cf. Scheff.

Vs. 30. *Sanctam.* V. 14. dixit *castam*; cf. vs. 36 — 38. Epitheton sollemne, non raro obuium in lapidibus, vt apud Reines. quem Burmannus laudat, Class. XIV. 54. *vxori sanctissimae.* Hor. I. Od. II. 27. *virgines sanctae.*

Vs. 31. *sopita primo somno*, i. e. recens coepto, qui arctissimus esse solet. Memorat Desbillonius locum Virg. Aen. I. 470. *primo quae prodita somno*, vbi vid. Servius.

Vs. 32. *Repraesentauit poenam facinoris.* Eleganter et Latine dictum. Sensus ex interpretatione Desbillonii: Poenam, facinori suo debitam, anticipauit, et in se ipso praesentem exhibuit, priusquam lege ageretur. Est autem *repraesentare* in re pecuniaria, pecuniam statim soluere, atque adeo praenumerare diem soluere. Sic apud Sueton. Aug. 101. *repraesentare summam est*, statim numerare. Vid. Ernesti in Clav. Cic. et Gronov. Sest. I. 6. p. 30. Hinc dicitur pro, facere aliquid ante tempus, citius, quam debeas, aut consti-

Et ferro incubuit, quod credulitas strinxerat.
Accusatores postularunt mulierem,
Romamque pertraxerunt ad Centumuiros.

Vs. 33. *credulitas*. Al. *crudelitas*.

Vs. 35. *pertraxerunt*. Burmanno aptius videtur *protraxerunt*, quam lectionem multis tuetur; nihilo vero secius *pertraxerunt* recepit.

tutum sit; facere statim, nulla interposita mora, non differre. Laudant interpretes Suet. Claud. 34. *poenas parricidarum repraesentabat*. Sen. Ep. 95. *petis, vt id, quod in diem suum dixeram debere differri, repraesentem*, i. e. statim faciam. Val. Max. L. VI. C. V. Ext. 40. *pratinus ferro, quod habebat, stricta incubuit; cumque liceret culpam dissimulare — poenam tamen repraesentare maluit, ne qua fraus justitiae fieret*. Male hunc Phaedri locum vertit Albinus, Gallicus Interpres, *il se punit lui-même*. Multa de hoc verbo congesserunt Ernesti l. c. et Gronov. L. I. Sest. s. de Pecun. Vet. C. VI. p. 30.

Vs. 33 *ferro incubuit*. Vid. L. II. VII. 8. *credulitas*, credulus. Vid. vs. 13—16. *strinxerat*. v. L. V. F. II. 5.

Vs. 34. *postularunt*. In jus vocauerunt. Hoc enim verbum saepe dicitur sensu forensi, in quo proprie est, in caussis priuatis praetorem rogare, vt liceat actionem alicui intendere; in caussis publicis vero, vt liceat nomen deferre; vnde deinde, per Metonymiam antecedentis pro consequente, pro *accusare* dicitur, vt hoc loco. v. Ernesti in Clav. h. v. Is vniuersum dicitur de omni desiderio, apud praetorem exposito. v. L. I. D. de Postul. Hoc sensu Schefferus cepit contra mentem Phaedri. De hoc verbo, quod hic ponitur absolute, consules Brisson. de Verb. Sign. voc. *postulare* et Dispontini Collectanea.

Vs. 35. *pertraxerunt*. Vi et cum molimine traxerunt. Est verbum proprium juris. Val. Max. V. II. 3. ext. *quodsi qua prauidentia dearum effici posset, vt excellentissimi viri patriam suam in jus ad aliam ciuitatem pertraherent*. Schefferus laudat Hor. I. Sat. I. 11. *ille datis vadibus qui rure extractus in vrbem*. Quibus addi potest vetus consuetudo, manus injectione aduersarium trahendi in jus, Lege XII. Tabb. introducta, de quo vide cl. *Schmidii* Diss. de Jurisprud. Phaedri p. 36. Factum autem extra Romam fingi debet, in oppido aliquo, vnde Romam vsque pertraxerunt. v. Burm.

Maligna insontem deprimit suspicio,
Quod bona possideat: stant patroni, fortiter
Caussam tuentes innocentis feminae.

Vs. 36. *Maligna insontem.* Perott. *magna insontem. suspicio* Gud. et Salmas. legi volunt *suspectio.* Cf. Not. ad Prol. III. 45. et V. L. l. c.

Vs. 36. *insontem deprimit suspicio.* Hunc locum, quem plurimi Interpretes neglexerunt, egregie illustrauit cl. *Lindnerus.* Tentam. Phil. Crit. P. II. p. 7. *deprimit* pro simplici *premit*, i. e. grauat, *sie war bey aller ihrer Unschuld sehr gravirt.* Cl. Sattler. *der traurige Verdacht, sie hab an sich allein das Erb zu ziehn gesucht, lag auf der Unschuld hart.* Suspicio, quae mulierem innocentem grauabat, haec erat, quod bona possideret (V. 37.), morte mariti et filii ad se delata, et videri poterat caedis caussa esse, vt haec ipsa bona ad se deuenirent. Justo breuius dicta haec. Non autem objici potest a ICtis, mulierem heredem esse non potuisse bonorum mariti, cum constet, ad vxorem demum deferri bonorum successionem, marito defuncto ab intestato, idque deficientibus omnibus cognatis, quod suspicari h. l. vix licet. Namque illud quidem verum est, ex jure recentiore, h. e. Justinianeo, non item ex jure prisco, siue ante-Justinianeo; siquidem ex hoc jure vxores, quae *in manu* erant, inter *suas* heredes numerabantur, adeoque marito succedere poterant; de quo erudite exposuit *Heineccius* in Syntagm. Antiquitt. Romanar. Jurisprud. illustrant. L. III. Tit. 1. §. 5. p. 15. coll. §. 11.

Vs. 37. *stant patroni,* sc. pro illa, s. a partibus mulieris innocentis. Verbum forense, quod proprie vsurpatur de caussarum patronis, cum judices *sedere* dicantur, vt L. I. F. X. 6. Desbillonius post Burmannum laudat Hor. I. Sat. IX. 38. sq. *dispeream, si aut valeo stare, aut noui ciuilia jura.* Idem vir doctus interpungit post *fortiter*; praeiuerat Brotier. Forte huc referri potest Cic. ad Div. I. Ep. 4. *cum in senatu pulcherrime staremus*, i. e. cum caussae, quam susceperam, defensio bene mihi cederet. Adde L. V. F. V. 2. Sattler. *Sachwalter fochten tapfer.*

Vs. 38. *fortiter tuentes.* Quinctil. saepe de caussarum actoribus *fortiter dicere.* Vid. ad L. II. Inst. 12. et X. 4. et in Declamatt. passim. *Burmann.*

A Diuo Augusto tunc petiere judices,
Vt adjuuaret jurisjurandi fidem,

Vs. 39. Hic versus in MSS. litteris quadratis rubris tamquam titulus scribitur, fide Gudii. MS. Per. *Pontificem maximum rogarunt judices.* Agnoscas hic episcopi manum, quae *Diuum* Augustum dici non passa est. *Burm.*

Vs. 40. *Vt adjuuaret.* Bentlejus, *vt aduocarent jurisjurandi fidem*, i. e. vt liceret eis jurare, sibi non liquere. At reclamant Harius atque Burmannus, quos vide. Cuninghamus, *vt ejurarent.*

Quinctil. J. O. VI. C. 1. p. m. 449. in eadem re: *Quaedam tam fortiter tuenda, quam facta sunt.* v. Scheff. *innocentis.* Vs. 36. dixit *insontem.*

Vs. 39. *Diuo Augusto.* Non potuit nisi post ejus mortem *Diuum* appellare, quoniam, vt ait Tac. Annal. L. XV, C. 74. *Deûm Honor Principi non ante habetur, quam agere inter homines desierit*, ad quem locum Lipsius alium affert Tertulliani: *Si non de mendacio erubescit ejusmodi adulatio, hominem deum appellando: timeat saltem de infausto. Maledictum est, ante Apotheosin, deum Caesarem nuncupare.* Quare imperatores boni post mortem demum a Romanis vocabantur, *Diui*, etsi interdum adhuc viuis hoc nomen per adulationem sit tributum, more, quem Domitianus induxit, nomen sibi dei adscribens, quo ab aliis appellari vellet. Vide viros doctos ad loc. Tac. cit. in Edit Gronouii c. Not. Var. coll. Suet. Aug. C. 97. Ceterum hic locus luculenter probat, Phaedrum vixisse Augusti tempore. Quod enim poëta sua memoria factum esse scribit, id neutiquam regnante Tiberio, aut Caligula, sed Octauio Augusto euenisse censendum est.

Vs. 40. 41. Recte hunc locum exposuerunt Faber et Scheffer. *Fidem jurisjurandi* more suo Phaedrus dixit pro judicibus, jurejurando adstrictis, quibus in caussa obscura sollemne erat juramentum, *sibi non liquere.* Quo liberantur, judicio ad imperatorem deuoluto. Vid. Brisson. de Form. p. m. 480. Gell. XIV. 2. Itaque sensus erit: petierunt, vt adjuuaret, subleuaret se juratos, atque a pronuntiatione sententiae liberaret, et ipse cognoscere vellet; quia fecissent fidem jurejurando, sibi non liquere. Ita jurisjurandi fides eorum seruatur. Cf. Suet. Aug. C. 33. et Ex-

Quod ipsos error implicuisset criminis.
Qui postquam tenebras dispulit calumniae,
Certumque fontem veritatis reperit,

Vs. 41. *Quod ipsos error.* MS. Per. *quando ipsos terror.* Non displicet *quando* pro *quia*, vt L. III. F. IV. 6.

Vs. 42. *dispulit.* MS. Gud. i. e. Pith. *distulit*, de qua lectione amplius deliberandum censet Burmannus, cum non a librario videatur profecta, quia *differre* pro *dissipare* rarioris sit vsus, quam *dispellere*. Vsos vero veteres hoc sensu, docet Burmannus ad Vellej. II. 79. Hic versus in MS. Per. deest.

Vs. 43. *Certumque fontem.* MS. Per. *qui postquam fontem.*

---

cirs. *Ernesti* ad Suet. Caes. 43. Huic interpretationi fanet, quod nihil post haec judices illi faciant, sed Augustus solus caussam cognoscat et sententiam pronuntiet. Paullo aliter intellexit locum J. F. Gronouius, scilicet vt interuentu suo succurreret ipsorum religioni et prouideret, ne per imprudentiam male judicarent, atque ita violarent jusjurandum, quod dederant, secundum leges se judicaturos, postquam judices facti essent. Ita capiunt Gudius, Dispontin. Santoroc. Heusinger. *error.* Eleganter de ambiguitate, incertitudine, obscuritate. v. Scheffer. Cic. pro Sext. C. 38 *cum quoererent alii Numerium, alii Quinctium, gemini nominis errore seruatus est.* Ovid. Fast. V. 362. *errores abstulit illa meos*, vbi est ignorantis. Dicunt autem judices, errorem criminis ipsos implicuisse, quia nesciebant se expedire, nec sententiam suam dicendi reperiebant certam viam, vt L. IV. V. 33. *soluit errorem omnium.* cf. Burm. vs. 41. verte: *weil sie sich aus einer so verwickelten, intrikaten Sache nicht finden könnten.*

Vs. 42. Versus elegans. Sensus: postquam intellexit, caussam tanti facinoris esse liberti calumniam (Vs. 44.), cui quidem rei hucusque tenebrae erant offusae. Sattler. *Als er die Dunkelheit der Sache aufgeklärt. dispulit*, dissipauit. Apte. Saepissime enim veteres hoc verbo vtuntur de tenebris, nebula, tempestatibus et similibus. Cic. Tusc. I. 26. *Philosophia ab animo, tamquam ab oculis, caliginem dispulit.* Vid. Burm. ad h. l. qui laudat Gronov. ad Liv. L. XXVI. C. 17.

Vs. 43. 44. Equidem cum cl. Langio *certum veritatis fontem* nolim intelligere de liberto, qui multa de puero et

Luat, inquit, poenas caussa libertus mali.
Namque orbam nato simul et priuatam viro
Miserandam potius, quam damnandam, existimo.
Quodsi delata perscrutatus crimina
Paterfamilias esset, si mendacium

Vs. 44. Perottus: *poenas pessimus libertus.*

Vs. 45. *simul et.* MS. Per. *simul ac.*

Vs. 47. *delata.* Varie tentarunt h. l. interpretes. MSS. Rem. Pith. et Editiones pleraeque habent *damnanda*, quod merito displicuit. Schefferus conjicit *clam tanta*; Heinsius, *enodanda*, quam lectionem multis exemplis firmare studet; Bentlejus, *cunctando*, vt opponatur versui 25: qua conjectura Burmanno nil infelicius videtur; eam tamen probat cl. Schirach. in Clav. P. I. p. 207. Gudius, *tam infanda*; Burmannus, *donanda*, i. e. ignoscenda, hoc sensu: si perscrutatus esset crimina illa falsa, reperisset, illis ignoscendum fuisse, quia mater sancta custodiebat aetatem adultam. Non solum enim ita loquuntur veteres, sed librarii etiam verba *damnare* et *donare* permutarunt, id quod erudite demonstrat vir doctus. Conjiciebat is etiam, *delata*; quae conjectura confirmata est Codice Perotti, in quo est, *quodsi delatum bene scrutatus crimen*, adeo, vt conjecturis virorum doctorum non opus sit. *Delata*

---

plura de flagitiis castae mulieris mentitus erat (Vs. 13. sqq.), per quem res patefacta sit. Non enim est credibile, huncce libertum suum ipsius nomen ad Augustum detulisse et se caussam mali esse professum. Sed vero est simile, cum vidisset pater, a liberto dolo circumuentus, se pectus filii gladio transegisse, eumdem praesentibus seruis, (*allata lucerna*), antea quam ferro incumberet, multa de calumnia liberti conquestum, grauiter in hunc tamquam caussam tanti facinoris, inuectum eique diras imprecatum esse. Per aeruos deinde Augustus, caussa cognita, veritatis fontem reperit. Serui enim in quaestionem postulati, eorumque testimonia vi tormentorum expressa fuisse videntur, vt mos erat apud Romanos, de quo vberius disseruit Heineccius in Syntagm. Ant. Romanar. L. IV. Tit. XVIII. n. 25.

Vs. 47. *delata* a liberto. v. Vs. 13 — 16. cf. V. L.

Subtiliter limasset, a radicibus
Non euertisset scelere funesto domum. 50

e MS. Per. ediderunt Lallemant. Brotier, Bipont. Desbillon. Et Heusingerus hanc lectionem, quam olim recepi, vnice putat veram.

Vs. 49. *limasset.* Ita MSS. Pith. Rem. et vet. Editt. quae lectio multis auspecta est. Itaque jam olim Scioppius legendum existimabat *rimasset*, ἀρχαικῶς, pro, *rimatus esset*, addicente Salmasio, aed improbantibus Fabro, Heinsio et Burmanno. Sanadon. Philipp. Lallem. ediderunt *rimatus*. Bentlejus autem totum hunc locum ita constituit: *si mendacium Subtiliter rimatus a radicibus*; *Non euertisset s. f. d. A radicibus.* Schefferus ad Obseq C. CXXIII. videtur probare *radicitus*, vt L. II. II. 9. *funditus evellere.* Ita quoque conjicit Heinsius. Sed cum Latine dici possit, *radicibus eurrtere* (v. Not.), hac emendatione supersedere licet.

Vs. 50. *funesta.* Sunt qui legi jubeant *funestam.* Ita *funesta domus.* Ovid. VII. Met. 575. et ad Liviam 474. et *funestae manus* Halcyones, merso Ceyce XI. Met. 584. Sed *funesto* relinquandum Phaedro, vt *irato impetu*, et similia. *Burm.*

Vs. 49. 50. *Subtiliter*, accurate. Ita Cic. Lael. II. *qui ista subtilius quaerunt* i. e. accurate. Id. Or. 22. *subtiliter persequi — limasset*, disquisiuisset, examinasset. Limare mendacium verbis Burmanni est, crassum et impudens mendacium subtili indagatione et examine, quasi lima quadam, deminuere, et corticem, quo velatur, detrahere. Hinc Desbillonius *mendacium subtiliter limatum* explicat, mandacium detectum, quia limando contingit, vt quale est appareat. Ista locutio inter aingularia Phaedri referanda. Etsi enim nonnulli interpretes laudant locum Cic. L. II. Off. C. 10. *alia est illa, cum veritas ipsa limatur in disputatione*, *Subtilitas*, vbi *limare* pro *examinare* capiunt; tamen non succurrit axemplum, ex quo probari posait, veteres eodem modo dixisse, *limare mendacium.* Ceteroquin, testibus Rigaltio et Gudio, Vet. Gloss. habent: *Limatur*, (leg. *limat*) *rimatur*, *terit*, (f. *quaerit*) ζητεῖ. Vid. Joh. Stephanus ad Saxon. Grammat. Hist. Dan. L. I. p. 77. quem Burm. laudat. Sed locus Horatii I. Ep. XIV. 37. Brotierio laudatus, huc non potest referri. cf.

Nil spernat auris, nec tamen credat statim:
Quandoquidem et illi peccant, quos minime putes,
Et qui non peccant, impugnantur fraudibus.
Hoc admonere simplices etiam potest,
Opinione alterius ne quid ponderent.
Ambitio namque dissidens mortalium
Aut gratiae subscribit, aut odio suo.

Vs. 52. *putes.* MS. Per. *putas.*

Vs. 54. A vs. 54. Perottus reliqua omisit.

Vs. 55. Nevel. Rittershus. Vrsin. Wasius de Senar. p. 120. ediderunt: *opiniones alterius ne quis ponderet*, conjectura, orta

---

A. L. Z. ann. 1800. Partic. 166. p. 591. Interpungendum esse post *limasset*, ita, vt conjungatur, *a radicibus euertisset*, quemadmodum jam| olim voluerant Ritterh. Faber. Scheffer. Salmasius; non *limasset a radicibus*, Burmannns jamjam vidit; quia duplici additamento *subtiliter* et *a radicibus* idem diccre videretur; neque etiam *a radicibus limare* aeque Latine dici potest, atque *a radicibus euertere.* Gudius tamen et Bentlej. *a radicibus* coujunxere cum *limasset*, quemadmodum edidere Rigalt. Nevel. Maittar. Danetus. *A radicibus euertisset.* Ita dixit Phaedrus, vt Virg. G. I. 319. *seges ab imis radicibus expulsa.* Eadem ratio est in *a stirpe*, vt Liv. IX. 34. *a stirpe gens exstincta. Burm.* Quibus adde Virg. V. Aen. 449. et Ovid. Met. VII. 226.

Vs. 51—53. De sensu, his versibus tribuendo, v. Exc. VIII. fin. *Nil spernat auris.* Haec poëtis familiaria, vt *oculi videre, manus facere* cet. dicantur, quae per ea homines efficiunt. Vid. Burm. ad vs. 6.

Vs. 54. *simplices etiam.* Ita junge, non cum Scheffero: *Hoc etiam simplices a. p.*

Vs. 55. Sensus: Ne quid aestiment, vel judicent ex opinione, vel dictis aliorum, i. e. ne quid verum aut falsum credant, quia hic vel ille dicat, sed prout ipsi explorando inuenerint. cf. Gronov.

Vs. 56. 57. Sensus: Homines, partium studio abrepti (*ambitio*), in judicando de aliis non aequitati, aut veritati, sed fauori, ant odio suo seruiunt. Quo fit, vt hac in caussa variis dissideant sententiis (*dissidens*). Apte laudat Tollius

Erit ille notus, quem per te cognoueris.
Haec exsecutus sum propterea pluribus,

e lectione MS. Pith. *qui sponderet.* Praschius legi jubet: *opinione alterius ne quis pendeat*; Heinsius vero: *Opinione alterius ne quid ponderent.*

---

locum Cic. L. II. de Or. C. 42. *Ambitio* dicitur de omnibus rebus, quas aut gratiae colligendae caussa facimus, aut vt nos gratiosos esse ostendamus apud alios. Vid. Ernesti Clav. h. v. Hinc pro partium studio occurrit apud Liv. III. 47. *per ambitionem sibi jus non dictum*, et Cic. Cluent. 26. habet *ambitio judicum.* Vide de hac vi verbi Gronov. ad Liv. XLV. 36. *subscribit*, assentitur. Dictum vel ab eo, quod dispensatorum rationibus, si eas probassent, subscribebant domini; vel inde, quod accusatorum libellis subscribebant secundi accusatores. cf. Not. Gronovii et Ernesti in Clav. Eodem sensu Liv. L. XXIII. 47. dixit, *subscribere odio.* — *dissidens.* Referendum ad partium studium mortalium, quo efficitur, vt in judicando de aliis sententia dissideat et variet. Varie explicant: Sattlerus, *Partheysucht, welche Sterbliche entzweyet*; Lallemant. *qui dispute sur tout, toujours en mouvement*; Scheffer. *aduersa*; Gerike: *doppelstimmig.*

Vs. 58. *Erit.* Bene viri docti explicant, *esse debet*, vel *vere est.* In praeceptis enim futurum loco praesentis solet vsurpari, vt L. IV. IV. 12. *Haec iracundos admonebit fabula.* Idem est ac si dixisset generali effato, esse illum solum notum. Itaque recte cl. Sattler. *man kennt nur den genau, den man selbst kennen lernt.* Cf. Burmann. *Per te*, i. e. sine alterius ope, non ex relatione aliorum, consuetudine. Vid. Phaedr. L. II. F. I. 5. Cic. pro Arch. C. 7. *Ego multos sine doctrina* per se ipsos *moderatos et graues exstitisse fateor.* Viros doctos, qui hanc formulam illustrarunt, nominat Burmannus. cf. Drakenb. ad Sil. Ital. XI. 447.

Vs. 59. *Haec pluribus exsecutus sum.* Epimythium hujus narrationis solito verbosius exposui, quoniam breuitate nimia Promythiorum vel Epimythiorum quosdam lectores offendi. Ita recte locum vult intelligi cl. *Jacobs* in Obseruatt. huic libro praefixis, coll. *Nachträge zu Sulzer.* T. VI. p. 73. Not.* vbi vid.

Breuitate nimiâ quoniam quosdam offendimus.

Vs. 60. *Breuitate nimia.* E conjectura cl. Langii lectores Phaedri offendebantur nimia breuitate verborum et obscuritate inde orta, non, quod putabat Phaedrus breuitate fabularum, quae in laude poni solet. Sed praeferenda interpretatio Jacobsii V. D. Cf Not. ad Epil. IV. 7. De duplici autem breuitate concisa et rerum et verborum, in numero virtutum Phaedri habenda, vberius disputaui in Diss. de eo quod pulcrum est in Phaedro. *offendimus.* Vid. Epil. IV. 4.

Compara *Lichtwehrii* L. II. Fab. 5.

FABULA IX.

EUNUCHUS AD IMPROBUM.

Eunuchus litigabat cum quodam improbo,
Qui, super obscena dicta et petulans jurgium,
Damnum insectatus est amissi corporis.

Vs. 2. *Qui.* Alii, vt Nevel. Rigalt. Ed. 2. legunt *cui*, quod habet MS. Pith. e sollemni illa τῦ *c* et *qu* permutatione, de qua erudite disserit Gud. ad Fab. sq. Sed Heinsius cum Rittershus. legit *qui*, quae lectio deinde confirmata est Cod. Per. Guyetus tamen reuocauit *cui*.

Vs. 3. *amissi corporis.* Ita legitur in MSS. Pith. Rem. et Editt. vet. sed quia *amissum corpus* recte dici posse negant, varie h. l. sollicitant Critici. Praschius conjicit *amissi roboris*,

---

Vs. 1. De Eunuchis plurima congesserunt Rigalt. et Freinshemius.

Vs. 2. *super*, praeter, vt saepe apud Suetonium (v. Burm.) sic tamen vt addat et augeat. *Tzschuck.* Liv. L. XXVIII. C. 46. *exercitum super morbum etiam fames afflixit.* (al. *affecit*) Multa exempla de hac particula collegit Dispontin. cui adde Tursellin. p. 1258. *obscena dicta.* *Zoten.* Ita Ovid. III. Fast. 695. vbi vide Heinsium. Refertur τὸ *obscenus* ad turpitudinem non verborum modo, quod vsitatissimum est, vt h. l. sed actus etiam venerei et quicquid eo pertinet. Habebantur autem Eunuchi pueri vt plurimum foedae libidinis caussa v. Gronov. *petulans jurgium*, alterius exagitandi caussa institutum. Et fuerunt fere obnoxii ejusmodi petulantiae Eunuchi. Vid. Lucian. in Eunucho. *Scheff.*

Vs. 3. Sensus: ereptam virilitatem cum irrisione objecit, *amissi corporis. Corpus* de virilitate capiendum, cf. vs. 5. Ita Hor. I. Sat. II. 43. *dedit hic pro corpore numos*, vbi Acro: *corpore*, i. e. *obscena parte corporis.* Huc referenda etiam loca, in quibus *corpus* de pudendis solet vsurpari, vt *facere quaestum corpore.* Plaut. Poen. V. III. 21. Liv. L. XXVI. 33. Eodem modo Graecos δέμας vsurpasse, docet Casaub. Ani-

En, ait, hoc vnum est, cur laborem validius,

i. e. virilitatis, probante Heinsio Ep. VIII. ad Scheff. Sanadon. et Philipp. *abscissi corporis*, praeeunte Praschio; alii, vt Scheff. emendant *accisi corporis*. At vero cum *corpus* pro *virili parte* rectum sit, et *amittere virilitatem* dici possit, probantibus Rigaltio atque Scheffero ex ICtorum scriptis L. IV. Pand. ad L. Corn. nihil impedit, quo minus *amissum corpus* dicatur de eadem re. Etiam Cic. L. VII. ad Div. 26. etsi sensu paullulum diuerso dixit, *vires et corpus amisi*. cf. Burmann.

Vs. 4. 5. Incommode admodum credebam olim haec verba cohaerere praecedentibus et sequentibus, et tribui ipsi Eunucho, quare potius continere scomma insectatoris improbi arbitrabar, et forte legendum esse conjectabam, *En ait, hoc vnum est, cur labores validius, Integritatis testes quia desunt tibi*, vt jocus sit in ambigua vocis *laboris* significatione, quasi dicat, hoc vnum, id est, solum est, cur plus laboris in hac lite nostra insumas, quia testes integritatis et candoris desunt tibi, quae mihi facilius per se constant; vel *labores* est magis sollicitus sis, ve-

madv. in Athen. I. 5. teste Burmanno, qui etiam illa Plauti Bacch. III. III. 78. de pudendis feminarum partibus capit, et omnino de voce *corpus* plura congessit ad Petron. C. CXII. et CXXX. *Virilitatis ereptae damna* dixit Martial. IX. 7. Iuuenal. XII. 35. *cupiens euadere damno testiculorum*. Cl. Sattler. *Verstümmelung des Körpers*.

Vs. 4. 5. Non satis liquere putant Interpretes, an haec sint verba Eunuchi, an improbi. Sed vero est simillimum verba esse Eunuchi. Vid. Diss. cl. *Jacobs* de Fabulatoribus Latin. in Additam. ad Sulzeri Theor. T. VI. p. 64. Hosce autem versus ita interpretor: En hoc vnum solum est, quod in hac lite me valde sollicitat, multis afficit doloribus, quod mihi desint testes integritatis, i. e. quod non habeam, per quem probare possim innocentiam meam. Notandum, τὸ *integritas* hic sumi ambigue, quia et de viro integrae vitae potest capi, vt Cic. pro Planc. I. *vita integerrima*; Hor. I. Od. XXII. 1. *integer vitae scelerisque purus*, et Quinctil. VII. 3. *vitae anteactae integritas* habent, coll. Epil. III. 30. et de non castrato, sed qui corpore est integro. Ita bis dixit Cic. Fin. II. 11. et V. 28. *integritas corporis*. Sic opponuntur *integri* vulne-

Integritatis testes quia desunt mihi.

rearis ne perdas litem, vt *laborare* sumi vidimus ad Petron. C. CXV. Respondet vero Eunuchus sequenti versu, *Sed quid* cet. nondum tamen forte patet nobis hujus dicti obscenitas, quae potest latere in illo verbo *labores*, vt apud Petron. cap. XCII. *iuuenis laboriosus.* Nunc adhuc dubito, an Eunucho haec verba sint tribuenda, an improbo. Non liquet. *Burmann.* Haec mihi displicere, ingenue fateor. Cf. Not. ad h. l. Heinsius arbitraria, nec necessaria emendatione legit: *quin, ait, hoc vni est, cur laborem valdius. Quin ait* placet Bentlejo, et receperunt Cuningham. et Didot. Conjicit etiam Heinsius *integritati*, cui conjecturae fauet MS. Perotti. Schefferus pro *en* mallet *et*, hoc sensu: etiam hoc est vnum ex iis, ob quae tantopere tecum contendo. Frustra.

---

ratis et mutilis apud Livium, Juuenalem, alios. Juuen. X. 288. *Ceciditque Cethegus Integer et jacuit Catilina cadauero toto:* opponit autem illos Pompejo, cui caput erat amputatum; Stat. Theb. IV. 94. *jam laetus et integer artus.* Id. VIII. 486. *puer malasque genasque* (Barth. edidit *comamque*) *integer.* Contra de Eunuchis dixit Hor. I. Od. XXXVII. 9. 10. *contaminatum gregem turpium virorum*, (ad quem locum v. Jani et Schirach. in Clav. v. *morbus*). Nam *contaminata* opponuntur *integris*, teste Cicerone Top. C. 18. et *contamino* a Graeco τέμνω multi deducunt: vnde et in Glossis *contaminat* συγκόπτει et hinc Ter. Andr. Prol. ait, *contaminari non decere fabulas*, sed integras vertendas ex Graecis, non mutilandas. Haec e Notis Burmanni excerpsi. Hinc Fabro *integritas* est ἀρσενότης, Schirachio vero, V. ill. (Clav. v. *integritas*) ἀρρηνότης. Vox *testes* (Vs. 5.), Graece μάρτυρες, ὄρχεις, διδυμοι, itidem ambigue capienda est, vt simul Eunuchus occulte significet, sibi dolere, deesse sibi testes virilitatis. cf. vs. 3. *Cur* ita hic ponitur, vt *caussa* non exprimatur, sed subintelligatur quemadmodum Cic. pro Cluent. C. 53. *quid est cur tu in isto loco sedeas? Laborare eo*, quo cepi, sensu saepe occurrit, Cic. ad Div. VII. 25. *quod epistolam conscissam doles, noli laborare: salua est domi.* Varr. R. R. III. 17. *non laboro hoc loco, discessisse Merulam.* Sic alibi. *Laboriosus* autem dixit Cicero de homine, multis doloribus affecto de Fin. II. 28.

Sed quid fortunae, Stulte, delictum arguis?
Id demum est homini turpe, quod meruit pati.

Vs. 6. *delictum.* Heinsius et Gudius conjiciunt *defectum*, hoc sensu: quid Eunuchum, defectum hominem, infortunii sui arguis et accusas? In MS. Pithoei enim reperitur, *delectum.*

De voce *validius* vide ad L. I. XIX. 8. Versum 4. apte vertit cl. Sattler. *Das betrübt mich eben.* Alii Interpretes vt Gronov. Walch. Freinshem. Hoogstrat. huno locum aliter exposuerunt, ad quos ablegamus, quorum interest.

Vs. 6. *Sed quid.* His particulis vtimur, quoties in pauca contrahere; vel abrumpere volumus orationem, et quasi superfluam et inanem operam nos sumere indicamus. Vid. Cerd. ad Virg. II. Aen. 101. Ter. Ad. IV. V. 43. *Sed quid Aeschine, nostra?* et ita passim. *Burm. delictum.* Epil. II. vlt. *crimen fortunae*, vbi vide, coll. Ovid. Met. III. 141. Non culpa sua dicit virilitatem sibi ereptam esse, sed fortunae.

Vs. 7. Sententia haec Eunuchi, quam Phaedrus, loco Epimythii, ipsi tribuit (Male Schefferus vs. 6. et 7. tribuit Phaedro), generalis quidem est, sed potest hunc praecipue improbum, qui forte adulter etiam erat, tangere: vt indicet Eunuchus, sibi abesse testes crimine fortunae, quia infanti sunt exsecti; sed eum adulteris deprehensis virilia exsecentur, et testes caudaque salax demetantur, vt ait Hor. I. Sat. II. 45. haec merito illis accidere, ideoque turpe esse. *Burmann.* Aeumen inest, si improbum idem damnum passum esse putemus ob deprensum adulterium. *Tzschucke.*

FABULA XII.

PULLUS AD MARGARITAM.

In sterquilino pullus gallinaceus
Dum quaerit escam, margaritam reperit.
Jaces indigno, quanta res, inquit, loco?

Vs. 1. *sterquilino.* Vulgo legitur *sterquilinio*, quod perperam retinent Nevel. Vrsin. Scheff. Santoroc. Lallem. Brotier. Didot. Sic etiam habent Anonymus Nilant. et Romulus cum Divion. tum Nilantii; quam lectionem versus jambici ratio repudiat. Itaque viri docti Salmas. Gud. Bentlej. ad Ter. Phorm. III. II. 41. Burm. Désbillon. scribendum putant *sterquilinio*, vel *sterculino*. Posterius, quod tuetur Bentlej. l. c. reperias apud Plaut. Cas. I. I. 26. et Pers. III. III. 3. quibus locis tamen Bipontini edidere *sterquilinium*. Sed praefero *sterquilino*, quia in antiquissimo Codice Veneto Catonis et Varronis, qui reliquos libros quoscunque et fidelitate et vetustate superare creditur, numquam *sterquilinium*, sed semper *sterquilinum* scriptum reperit Pet. Victorius ad Cat. R. R. C. 2. *sterquilinum* vero et *sterquilinum* veteri pronuntiatione nihil differebat, id quod erudite probat Gudius. At cel. *Schneider* ad Cat. R. R. II. 3. vbique *stercilinum*, vel *sterculinum*, quod est in Philoxeni glossis, scribendum censet.

Vs. 2. Inserit Bentlej. post *margaritam*, *vt.* Sed si haec hiant et laxa sunt, centies Phaedri oratio ita juuari debet. *Burmann.*

Vs. 3. *quanta res.* Ita vulgo legunt. Sed Rittershus. Gud. et Heinsius, quibus parent alii, conjiciebant, *o quanta res*;

Vs. 1. *pullus.* Veteres per *pullos* intellexisse gallos gallinaceos, quam vocem vltimam alii addere amarunt, docet Cuperus in Monim. antiq. p. 200. *Burmann.* Nonnulli scribunt *gallinacius*, posterioris Latinitatis consuetudine. v. Guyet.

Vs. 3. *jaces.* Bene de re neglecta. Curt. L. III. C. 13. *jacebant totis campis opes regiae.* Scheff. Adde L. III. F. I. 1.

Hoc si quis pretii cupidus vidisset tui,
Olim redisses ad splendorem pristinum.

nec sine veri specie: facile enim *o* poterat absorberi in vltima syllaba praecedentis *indigno*, Fauet etiam huic lectioni, quam olim recepi, L. I. F. VII. 2. *o quanta species*, et Romulus Vlm. habet, *o bona res in stercore jaces*. Neque obstat quod sequitur Vs. 4. *o si quis*, ingrata repetitione, cum in libris scriptis sit, *hoc si quis*. Nihilo secius cum Brotier. Bipont. Desbillonio adquiesco in vulgato.

Vs. 4. *Hoc si*. Non video, quare viri docti lectionem MSS. Rem. et Pith. *hoc si* mutent in *o si*, vt Rigalt. qui excogitauit, Meursius, Hoogstrat. Tollius, Guyet. Scheff. Maittar. Desbill. Didot. alii; vel in *te si*, vt Bentlej. Burm. Lallem. Brotier. Bipont. Schulze, Jakob; etsi Anonymus Nilantii habent, *si te cupidus inuenisset*, et Romulus Divion. *te si cupidus inuenisset*. Pithoeus recte edidit *hoc si*, quia sic oratio et plene procedit et pulchre cohaeret. Secuti Nevelet. Rittersh. Vrsin. Burmann. in Edit. prima, Gud. Gronov. Funcc. Jordens. alii. Burmanno autem non est assentiendum, qui *hoc* e conjectura putat esse, cum Gudius et Brotier. testentur, *hoc* legi in MSS. Pith. et Rem. *tui*. Deest in Cod. Per.

Vs. 5. *pristinum*. Vulgo legitur *maximum*, quod exhibent MSS. Pith. et Rem. Sed scribendum *pristinum*, quod est aptius et legitur in MSS. Per. Habent etiam Romulus Divion. et Vlmens. *vt redires ad splendorem pristinum decoris tui*. Placet haec lectio Neveleto Bentlej. Cuningham. Burm. Censori docto in Ad B. T. 52. p. 192. Lallem. Brotier. Bipont. Desbillon. Jördens. al. et nuper recepta est in Edit. Didoti stereotypa.

---

et III. XV. 15. *Schw*. Obseruandum, recte sentire, qui nomina negant esse tantum tertiae personae, sunt enim omnia: hic secundae est *res*; *quanta res jaces?* vt primae *artifex*, in stolida illa querela Neronis: *qualis artifex pereo*. Suet. Ner. C. 49. *Freinshem*. Eodem modo dixit L. III. IX. 6. *tam angustam, talis vir, ponis domum*.

Vs. 4. *Hoc* δεικτικῶς, i. e. te. cl. Sattler. *O hätt ein Kenner deines Werthes dich erblickt*.

Vs. 5. *Olim*, jam dudum. Plin. L. VIII. Ep. 9. *olim nescio, quid sit otium*. Id. I. Ep. 11. *olim nullas mihi epistolas mittis*. De hac voce v. Fabri Thes.

Ego, qui te inueni, potior cui multo est cibus,
Nec tibi prodesse, nec mihi quidquam potes.

Vs. 6. 7. Tollius ad Ausonii Idyll. XII. p. 490. legit: *Ego quod te inueni, potior cui multo est cibus, Nec tibi prodesse, nec mihi quidquam potest.* v. Hoogstrat. et Burm. Hanc lectionem firmat MS. Per. in quo legitur, *Ego quod inueni cui potior*

Vs. 6. 7. Varie hos versus explicant. Burmannus et Hoogstratanus *qui* capiunt cum Gudio pro *quomodo*, quod veteres in interrogationibus potius, quam *quomodo* vsurpasse, multis probat Gudius, vt Catull. LXVII. 16. sq. Bip. et supra L. I. F. I. 7. Schefferus, quem olim secutus sum, interpretatur *qua de coussa*, vt apud Cic. Ter. aliosque, hoc sensu: ego quare te inueni? nam nec ego tibi possum, nec tu mihi potes prodesse. Multi tamen, ne oratio turbetur, et omnia aptius cohaerent, signa interrogandi post *inueni* et *cibus* abesse jubent, vt *qui* sit relatiuum. His accensendi, praeter Rigalt. Nevelet. Vrsin. Bentlej. Rittershus. Lallemant. Desbill. VV. Cll. Tzschuckius, Jakob, Langius, maxime Lindnerus, in Tentam. Phil. P. I. p. 7. quibus ego nunc accedo. Locum autem Lindnerus ita explicat: *Hoc si quis pretii cupidus vidisset tui* (tu illi prodesse potuisses pretio tuo, et ille tibi; nam) *olim redisses ad splendorem pristinum. Ego* (vero) *qui te inueni, nec tibi prodesse* (possum, conferendo aliquid ad splendorem tuum) *nec* (tu) *mihi quidquam potes, cui potior multo est cibus,* (quam pretium) *potior*, melior. Vid. III. XV. 15. De hac voce consules Schirachii Clav. P. I. p. 286. *Nec tibi prodesse — potes.* Zeugma est, sic resoluendum ἀπὸ τοῦ κοινοῦ *potes*: nec ego, qui te inueni, te iuuare *possum*, nec tu me *potes. Freinshem.* Recte Freinshemius hic Zeugma agnoscit, siue malis defectum vnius verbi, vel diuersorum constructionem temporum ejusdem verbi, cum duo requirat integra oratio, et vnum modo exhibeatur, agnoscere. Sic Ovid. Ep. V. 153. sq. vbi in primo membro deest *potest. Burm.* qui et alia exempla produeit. Scheffer. et Desbillon. laudant Cic. Att. L. XIV. Ep. 13. *nescio quo pacto tibi ego possim, mihi tu dicere.* Plaut. Aul. III. I. 13. Ter. Heaut. I. I. 101. Vid. etiam L. IV. XVII. 31. Immerito igitur oratio Bentlejo soloeca videtur.

Hoc illis narro, qui me non intelligunt.

est cibus et vs. 7. *potest*; recepta quoque est ab Hoogstrat. Bentlejo, Cuninghamo et nuper in Edit. Didoti stereotypa. Conjiciebat jam olim Heinsius *quia*, vel *quod*, et vs. 7. *potest*. Meursius vs. 6. mallet legere: *ego quum te inueni*. Frustra et sine auctoritate Sanadon. et Philipp. vs. 7. ediderunt, *nec tu mihi*; quibus paret Lallemant. sed in Editione Vrsini est, *nec mihi tu quicquam potes*. Agmen claudat conjectura Burmanni, *Ego quo te inueni?* vt *quo* sit positum, quemadmodum *quo mihi fortunam* et similia, quae produxit Heins. ad Ovid. II. Ep. 53.

Vs. 8. Hoc sibi dictum putent, qui fabulas meas non intelligunt, neque vim carminis sentire possunt. Vel hic locus docere potest, Romanos fabulas non habuisse in deliciis.

Mira in hac fabula inest simplicitas atque tenuitas: placet tamen argumenti delectus. Eamdem narrant *Lessingius* L. II. F. 9. *Hagedornius*, Fab. quae inscripta est: *das Hühnchen und der Diamant* p. m. 78. it. *die Henne und der Smaragd*; *Fontanius*, L. I. F. 20. *Romulus* Divion. L. I. F. I. *Anonymus* Nilantii F. I. *Romulus* Nilantii F. I. *Anonymus Neveleti* F. I. ex quo edidit Barth. in Adv. L. III. C. 22. vbi vide. coll. Notitia Litteraria de Anonymo Neveleti.

FABULA XIII.

APES ET FUCI, VESPA JUDICE. *)

Apes in altâ quercu fecerant fauos.
Hos fuci inertes esse dicebant suos.
Lis ad forum deducta est, Vespâ judice.
Quae genus vtrumque nosset cum pulcherrime,

Vs. 1. MSS. Pith. et Rem. *in alta quereu fecerunt.* MS. Perott. *in alta fecerant quercu*; Bentlejus: *Apes in alta quercu vt fecerunt fauos*, more suo particulam intrudens.
Vs. 3. MS. Per. *Lis deducta ad forum est, Vespa judice.*

*) Apte ficta fabula: inter apes enim et fucos rixa fere perpetua est. Vid. Col. L. IX. C. 15. *Burm.*

Vs. 1. *Apes in quercu.* Intelligendum examen siluestre, vt vocat Col. L. IX. 8. 14. quae opponuntur vernaculis. v. Gronov. *fecerant fauos.* Mella congesserant. *Faui* cellae sexangulae, ex cera confectae et melle complendae. Varro R. R. III. C. 16. n. 24. *fauus est, quem fingunt multi cauatum e cera, cum singula caua sena latera habeant, quot singulis pedes dedit natura.* Waehsscheibe. Quae cellae, vbi melle completae sunt, etiam dicuntur faui, *Honigkuchen, Honigscheibe.*

Vs. 2. *Fuci*, apes majores iis, quae mel faciunt, *Dronen.* v. Heyne ad Virg. G. IV. 168. et Excurs. IX. *inertes*, ignaui. Virgilius l. c. appellat *ignauum pecus*, quod respondet τῷ νωθρός; Aristot. H. N. IX. 337. Sic enim appellat Aristoteles fucum. Vid. Prol. III. 55. coll. L. I. F. II. 26. Schefferus explicat, artis ejus imperiti, Glossa enim ἀτεχνής, *iners.* *esse dicebant suos.* Formula vindicantium res suas. Sic jurabant, *rem suam esse*, et qui seruum vindicabat, dicebat injecta manu: *hic meus est.* Plura dabit Brisson. de Form. L. V. p. m. 373. sq.

Vs. 3. *deducta est.* Verbum forense et proprium in hac re. v. Burm. el. Sattler. *Nun kam es zum Procefs.*

Vs. 4. *genus vtrumque.* Apes et fucos. Illustrando huic loco

Legem duabus hanc proposuit partibus:
Non inconueniens corpus, et par est color,
In dubium plane res vt merito venerit.
Sed ne religio peccet imprudens mea,
Aluos accipite, et ceris opus infundite,

Vs. 9. *Aluos.* Ita legitur in MSS. Pith. Rem. v. Brotier. et Novel. ad marginem; sicque requirit metri ratio. Frustra igitur emendauit Pithoeus *alueos*, quem non pauci secuti sunt,

---

inseruit L. I. F. III. 10. I. XXXI. 6. I. II. 15. *pulcherrime.* Optime. Ita L. IV. F. XX. 2. Epil. III. 35.

Vs. 5. *Legem.* Mox vocat *conditionem.* (Vs. 12.) *Vorschlag. partibus.* Ita proprie vocantur, qui litigant inter se, *die Partheyen.* Quinctil. L. V. C. 6. extr. *pars aduersa.* Id. L. IV. C. 1. *partis aduersae patronus.* Lege quae de hujus vocis vsu congessit Santoroc.

Vs. 6. *Non inconueniens*, satis simile. Laudat Desbillonius locum Senec. de Vit. beat. C. 12. *desinant ergo inconuenientia jungere et virtuti voluptatem implicare. Par*, idem.

Vs. 7. *plane merito.* Dictum vt *plane bene fecisti* apud Cic. Att. XIII. 6. Vertatur: *mit vollem Rechte. in dubium venerit.* Hanc locutionem quae de judiciis proprie dicitur, illustrauit Burmann. ad Ovid. Ep. XVI. vs. 138. Ter. Adelph. III. II. 42. *tua fama et gnatae vita in dubium veniet.*

Vs. 8. Sensus: Sed ne ego, jurata judex, per ignorantiam peccem, et violem religionem jurisjurandi. Simili modo supra L. III. VI. *jugum meum*, pro, me quae gero jugum, vbi vide. Est autem *religio* propria judicibus vox, propter jusjurandum, quo adstringebantur; judicabant enim jurati. Apto laudat Rittersh. locum Cic. pro Coelio: *habeo judices, quem vos socium vestrae religionis jurisque jurandi facile esse patiemini, L. Lucejum sanctissimum hominem et grauissimum testem.* Nam et testes jurati testimonium dicebant. Alia suppeditabunt Notae Burmanni et Gronov. De ista judicis religione sermo etiam est Epil. III. 26. coll. L. III. X. 40. et ad L. I. F. XVII. 6. cl. Sattler, *damit jedoch nicht aus Unwissenheit die Pflicht des Richters irre.* cf. L. III. II. 2.

Vs. 9. *opus infundite.* Per *opus* mel intelligit: ideó ait *infundite.* Atque sic solebant



Vt ex sapore mellis, et formâ faui,
De quîs nunc agitur, auctor horum appareat.
Fuci recusant: Apibus conditio placet.
Tunc illa talem protulit sententiam:

vt Faber, Lallemant. Nam viri docti testantur, in MSS. legi *aluos*, vt Heinsius in Advers. Harling. 1742. edit. p. 622. Burmannus ad Quinctil. Decl. XIII. C. 10. Gronov. ad Plin. L. XXI. C. 12. Gudius et Neveletus ad h. l. Varronem et Columellam autem semper *aluos*, numquam *alueos*, dixisse, testis est Desbillon. De scriptura vocis quoque consulendus Guyetus.

Vs. 11. *quis.* MS. Pith. *quibus*, Vid. ad L. V. I. 9.

Vs. 13. *protulit.* Teste Brotierio in MSS. Pith. Rem. et Editt. Vett. et Nev. T. Fabr. Rittershus. Vrsin. legitur, *sustulit sententiam*; fide tamen Gudii MS. Pith. habet *sententia*, vt saepius vidimus diuersas in eodem Codice lectiones. Sed *tollere*

---

proprie de apibus mel facientibus. Virg. G. IV. 169. *feruet opus*, et vs. 215. de rege apum, *ille operum custos*. Varr. R. R. III. C 16. *intus opus faciunt, quod, dulcissimum quod est, et diis et hominibus est acceptum*. *Scheff.* Col. IX. 8. n. 12. *Saepe, etiam cum in propinquo sunt, iustis operum peractis, se recipiunt.* Et Graecos etiam ἔργον ita sumere, docuit Spanhem. ad Callim. Hym. in Jov. vs. 50. *Burm.* qui laudat Col. IX. 7. n. 32. in quo loco in Edit. cl. *Schneideri* legitur *conterreat*, pro vulgato *conterat*. Hisce adde Not. Gronov. et Virg. G. IV. 184. *ceris*. Cerae sunt cellulae cereae, melle implendae. v. Vs. 10. Quinctil. Declam. XIII. C. 3. *fluentia ceris mella*, i. e. sic abundantia, vt effluant ex ceris. *Füllet die Zellen mit Honig.*

Vs. 10. *faui.* Non est, quod eum Gronouio putes, *faui* positum esse per Enallagen pro, *fauorum*; quia vnus fauus, a fucis muniendus, sufficiebat ad judicandum, quis auctor esset fauorum, de quibus agebatur.

Vs. 11. Vt auctor horum sc. fauorum, de quibus nunc agitur, appareat. *agitur*, de formula sollemni ICtorum in caussis et litibus, *qua de re agitur*, vel *quo de agitur*. Vid. Brisson. de Form. L. V. et Manut. ad Cic. pro Muren. 13.

Vs. 12. conditio. Vid. ad vs. 5.

Vs. 13. *illa.* Vespa.

Apertum est, quis non possit, aut quis fecerit.

sententiam, pro, *ferre* a nemine Latinorum dictum constat. Hinc varie sollicitatus locus a Criticis. Gudius emendabat: *tunc lata litem sustulit sententia*, versu concinno et sensu optimo, quae lectio placet Graevio, addicente Burmanno; Bentlejus: *tunc illa hoc litem sustulit sententia*. Ita fere olim in mentem venerat Graeuio, de quo v. Burmanni Syll. Epp. T. IV. p. 198. sed putidum putat Burmannus, elisiones vbique affectare, vbi non sunt a manu auctoris. Heinsius in Ep. XIV. ad Scheffer. tentabat: *tunc illa talem in hos tulit sententiam*; Wopkensius: *tunc illa* (in nominatiuo) *litem sustulit sententia*, etsi ei non displiceret scriptura Cod. Per. de qua mox. Vid. Arntzen. ad Sedul. p. 198. Ita quoque conjecerat Heinsius; nam emendatio Gudii *lata* longius ei a scriptura vetere recedere videbatur; atque solet alias quoque Phaedrus isto fere modo L. IV. IV. 10. VIII. 3. cf. Schefferi Ep. CI. ad Heins. in Burm. Syll. Epp. T. V. p. 106. Alii alia tentant. Conjicit enim cl. Tzschuckius, praeeuntibus Scheffero et Santoroco, dici forte posse *tollere sententiam*, vt *tollere clamorem*, *vocem*, vt sit, clara pronuntiauit voce sententiam: quod durum videtur. Quidam retinent vulgatum *sustulit*, vt Rittershus. Guyet. Leonhard. Didot. pro simplici *tulit* dictum putat, vt Graeci dicere solent ἀνεῖλεν de oraculorum responsis, quod idem est ac *sustulit*. At vero praestat lectio Cod. Per. *protulit*, quam olim recepi: qua recepta, vti factum est a Lallamant. Brot. Bipontin. Desbillon. Jördens. locus est expeditior, et omnes Criticorum conatus, vt ait Burmannus, euanescunt. Verumtamen haec fabula in MS. Perott. bis occurrit et diuersa scriptura: nam in altera vs. 13. legitur *pertulit*, quod recepit Cuninghamus. Alias Heinsii et Schefferi conjecturas omitto. v. Scheffer.

Vs. 14. *aut quis*. Perott. *et quis*.

Vs. 14. *Apertum*. Certiorem se de veritate judex profitetur, quam vulgo solent, qui per *videtur* pronuntiabant, vt L. I. F. X. sed in formula judicis dati cum esset, *si patet*, *eum debere*, *condemna*; et jam hoc pateret, judex in praefatione sententiae suae sibi et omnibus hoc *apertum* esse pronuntiare poterat, i. e. sibi patere et liquere. *Burm. non possit*, intellige, facere: de qua ellipsi v. Heins. ad Ovid. VIII. Met.

Qua propter Apibus fructum restituo suum.
Hanc praeterissem fabulam silentio,
Si pactam Fuci non recusassent fidem.

Vs. 15. *fructum.* Scheff. reponit *fauum*, repugnante metro.
Vs. 16. *praeterissem.* Ita e MS. suo edidit Pithoeus. Alii *praeteriissem.*
Vs. 17. Bentlejus, censens, pactionem nullam interuenisse, h. v. ita constituit: *Si legem fuci non recusassent datam.* Sed v. Notas.

---

883. et quos laudat Burm. Compara fab. praec. vs. 7. *quis fecerit.* Fauos, de quibus lis est.

Vs. 15. *fructum restituo,* quem apes faciunt ex opere, commoda laboris, quibus caruissent apes, si fuci caussam tenuissent. Ita Burm. Simili modo dixit L. IV. F. XIX. 8. 9. *quem fructum capis hoc ex labore?* Non enim *fructus* capi potest hoc loco, vt ex arboribus et satis, docente Burmanno, qui praeter alia memorat locum Quinctil. Decl. XIII. C. 13. *non frugum mearum primitias omni vere misi?* cet. *hoc tibi mittunt apes meae.* Non inepte tamen cl. Tzschuckius statuit, Phaedrum improprie et forte etiam duriter *fructum* dixisse, pro fauis. Sattlerus vertit: *Eigenthum. restituo.* Bene ac in respectu ad sollemnem vocem, qua praetor ex edicto recuperandae possessionis, ad eum, qui dolo rem alterius possidebat, vt suam, ajebat: *restituas.* Vid. Brisson. in Form. (p. m. 389.) *Scheffer.* Cf. L. I. D. quorum bonorum et L. II. §. 35. D. ne quid in loco publico.

Vs. 17. Sensus: Si fuci promissa seruare non recusassent. *Pacta fides* enim saepe nihil aliud est, quam promissum. Laudant interpretes Senec. Hippol. vs. 953. *redde nunc pactam fidem,* i. e. sta promissis; Ovid. VI. Ep. 41. III. Fast. 485. Et sic alibi. Vid. Gronov. ad Senec. IV. de Benef. C. 35. Burmann. ad h. l. et ad Ovid. Met. XI. 135. item quae notantur ad L. I. VIII. 10. Vespa autem erat ex pacto judex, vt L. I. F. X. et litigantes promiserant, se hujus sententiae acquieturos; sed judicis sapientia atque religione, quam non sperarant, deterriti fuci, haud ignari, sese fauos minime posse fingere, recusant conditionem, adeoque non seruant promissa. v. Harii Ep. crit. ad h. l. et Burmann. coll. Schirach. in

Clav. v. *fides.* et V. L. ad vs. 17. *Recusare fidem pactam*, obseruante Burmanno, idem est ac si dixisset, recusare fidem praestare, vt L. III. F. II. 16. *damnum haud recusant* sc. facere, vt fere in omnibus his locutionibus, *non recuso mortem*, *supplicium* sc. subire.

Respici hac fabula ignauos, qui versus Phaedri sibi vindicauerant, et similem conditionem postulati recusabant, censent Guyetus, Gudius et Freinshemius. Secuti, praeter alios, Heusingerus, Desbillonius, cl. Tzschucke; nec extra veri speciem. Conjicit etiam Burmannus, fortasse intercessisse mercedem, qua Phaedrus conductus illis versus scripserat, quos negata merce sibi reposcebat; et hinc ad arbitrum *Vespam* itum, sub quo etiam latere certum hominem, vel hominum quoddam genus, idem vir doctus existimat. De ejusmodi fucis et furibus poëticis pulchra est apud Vitruuium historia in Prooem. L. VII. Eosdem notat Martialis L. I. Ep. 36. 39. 67. 71. Adde quae narrat Freinshemius de fure, qui notos versus Virgilii sibi arrogauerat: *Nocte pluit tota, redeunt spectacula mane: Diuisum imperium cum Joue Caesar habet.*

FABULA XIV.

AESOPUS LUDENS. *)

Puerorum in turbâ quidam ludentem Atticus
Aesopum nucibus cum vidisset, restitit,
Et quasi delirum risit. Quod sensit simul
Derisor potius, quam deridendus senex;

*) In MS. Pith. et Rem. fabula inscripta est: *De lusu et seueritate.* v. Gud.

Vs. 4. Perott. *vt derisorem potius deridendum ostenderet.* At MSS. Pith. Rem. et libri editi habent, *derisor potius.*

Vs. 1. Videtur hanc fabulam scripsisse Phaedrus in defensionem Diui Augusti, patroni sui, contra quosdam austeros censores. Refert enim Sueton. in Ej. Vit. C. 83. *animi laxandi caussa modo piscabatur hamo, modo talis, aut ocellatis nucibusque ludebat cum pueris,* quem locum jam olim laudauit Gudius. *puerorum in turba ludentem nucibus.* Nota res est, pueros lusitasse nucibus variis modis. Hor. L. II. Sat. III. 171. sq. Vid. Erasm. Chil. I. Cent. V. 35. in explicatione prouerbii, *nuces relinquere,* i. e. omissis studiis et nugis puerilibus ad seria conuerti; item Casaubon. ad Pers. Sat. I. 10. p. 53. De magnis et sapientibus viris, qui ludendo etiam cum pueris delectati animum remittere non detrectarent, vid. Aelian. V. H. L. XII. C. 15. et Val. Max. L. VIII. C. 8. quos Burmannus laudat. *quidam,* de ignotis. Nep. Paus. IV. *Argilius quidam.* Cim. I. *Callias quidam.*

Vs. 2. *restitit,* substitit, vt solent admirantes rem insolitam. *Scheff.* Eodem sensu occurrit L. I. XII. 3. III. VII. 4. cf. Virg. Aen. I. 588.

Vs. 3. *risit,* derisit (Vs. 4.) *simul,* simul ac. Vid. ad II. IV. 14.

Vs. 4. *derisor.* Hic non debet capi, tamquam vitio daretur, cum laudi etiam sit, et ita *derisor omnium* etiam Socrates vocetur Senecae L. V. de Benef. C. 6. quia per figuras, et maxime Ironiam sibi familiarem loqui solebat. Vid.

Arcum retensum posuit in mediâ viâ:
Heus, inquit, Sapiens, expedi, quid fecerim.
Concurrit populus. Ille se torquet diu,

Vs. 6. *quid fecerim.* In prioribus Editionibus Schefferus conjecerat legendum esse, *expedi, qui id fecerim, vt qui sit,* quare. Vid. Ter. Adelph. V. III. 14. ibique Donatum. Alii, vt Prasch. Sanadon. Philipp. Lallem. *quo*, pro, quem in finem. cf. III. XVIII. 9. Alii, vt Vrsin. *quod*, pro, ob quod. Sed MSS. Pith. Ram. et Editt. Vett. habent, *quid fecerim*, quod retinendum recte censet Burmannus.

Perizon. ad Aelian. V. H. L. XIV. C. 15. *Burm.* Graecis εἴρων dictus, derisor sc. vanitatis humanae atque stultitiae, qualem etiam Democritum describunt. *senex.* Vid. ad Prol. II. 8. et Graev. ad Cic. Off. I. C. 34. p. 132.

Vs. 5. *retensum*, laxatum. (Vs. 11.) Proprie de arcu, cui demptus est neruus. Ejus oppositum *intensus arcus.* Hinc saepe morum et disciplinae moderatores exemplum repetunt. vid. Burm. qui laudat Quinctil. L. I. J. O. C. 3. *Danda est tamen omnibus aliqua remissio, non solum, quia nulla res est, quae perferre possit continuum laborem; atque ea quoque, quae sensu et anima carent, vt seruare vim suam possint, velut alterna quiete retenduntur.*

Vs. 6. Sensus: explica, quare hoc fecerim. cl. Sattler. *was dies bedeuten soll. Saepius.* Ironice dictum; paullo ante enim, *quasi delirum risit. expedi.* Vsurpant hoc verbum de obscuris explicatuque difficilibus, vt docent exempla, a Scheffero et Burmanno allata. Ter. Eun. IV. IV. 27. *agedum hoc mihi expedi*, et V. VI. 20. *sed istuc, quicquid est, primum expedi.* Quibus adde infra L. IV. V. 14. *nemo expedit.* cf. etiam Graev. ad Justin. XLIII. 1. *quid?* quare. Ita L. I. F. IX. 5. vbi vide. Ter. Eun. II. II. 59. *miror quid ex Piraeo abierit.*

Vs. 7. *se torquet.* De iis, qui magnum laborem in re difficili ponunt. Senec. Ep. 49. *Quid te torques et maceras in ea quaestione, quam subtilius est contempsisse, quam soluere?* Cic. Or. III. 9. *me major in verbis et sententiis eligendis, quam cum, labor et cura torquet.* Id. I. 11. *verbi controuersia jam diu torquet Graeculos homines.* Sed absolute, vt h. l. dixit Plin. L. IX. Ep. 21. *ne torseris illum,*

Nec quaestionis positae caussam intelligit:
Nouissime succumbit. Tum victor Sophus:
Cito rumpes arcum, semper si tensum habueris:

Vs. 9. *Sophus.* In libris scriptis, etiam MS. Per. est, *Aesopus*, repugnante metro. Reposuit Pithoeus, *Sophus.*

Vs. 10. *rumpes.* Bentlej. *corrumpes arcum* reponit. Sed v. Not. ad v. *rumpes.* Aliud etiam est, obseruante Burmanno, *corrumpitur arcus*, e. g. pluuia, vt apud Flor. II. 8. aliud *rumpitur.*

---

ne torseris te: torqueris enim, cum irasceris. Sic etiam in aliis locis apud Plinium, teste Burmanno. Nostri, *er marteri, quälet sich.* cf. infra L. IV. XIX. 17.

Vs. 8. Quaestionem propositam soluere nescit. *quaestionis positae.* Haec locutio ex Philosophorum, Rhetorum et aliorum Scholis est deriuata, vbi poni dicebatur materia, vel controuersia, de qua soluenda disceptandum et certandum erat. Senec. N. Q. L. II. G. I. *de terrarum motu quaestionem posuisti*, et ille saepius: et Perizonius ad Val. Max. XIX. XII. ext. 3. doctius esse censet, *quaestionem positam soluere*, quam *propositam* —. Vid. Graev. ad Cic. IX. ad Div. 26. et Cuper. III. Obs. c. vlt. *Burm.* Apte simul ad arcum positum, et hinc venuste. *Tzschucke.* Ita frequenter Cicero, vt ponere ζήτημα L. IX. ad Div. 26. At Senec. Ep. 49. *sederem otiosus et ejusmodi quaestiunculas ponens.* cf. L. I. F. XIV. 9.

Vs. 9. *Nouissime*, tandem. Vid. ad L. I. XXIV. 9. *succumbit.* Metaphora, a certamine petita. Atticus autem *succumbere* dicitur, quia caussam positae quaestionis inuenire se non posse fatebatur. *Victor. Victorem* vocat sumta locutione e certaminibus, vbi victus cum succubuisset, et manus porrexisset, tum demum *victor* pronuntiabatur. Vide quos adducit Alard. ad Val. Flacc. IV. 323. Freinshemius hic etiam respondet cauillationibus Mersii. *Burm. sophus*, i. e. peritus, argutus, (doctus) vt σοφὸς Graecis. cf. L. IV. XVI. 8. *Tzschuck.* Optimam hujus appellationis rationem videbis apud Perizon. ad Aelian. V. H. II. 31. *Burm.* Omnes *doctos* Graecis dictos fuisse σοφὸς, et σοφίαν pro scientia, liberali doctrina, vsurpari, erudite probat Perizon. ad Aeliani l. c.

Vs. 10. Sensus: Facile et breui tempore rumpetur arcus, si tibi semper tensus maneat. Non enim explicandum, *si sem-*

At si laxaris, cum voles, erit vtilis.
Sic ludus animo debet aliquando dari,

Vs. 11. *laxaris.* Perott. *laxaueris.*

Vs. 12. *ludus debet.* Alii *lusus debent.* Hae voces enim perpetuo inter se permutantur. v. Burmann. ad Val. Max. L. V. I. ext. 3. Ita legitur in Editt. Nevel. Rigalt. 2. Fabri, Des-

---

per tetenderis. v. Tzschuck. *cito.* Burmannus multis probat, hanc vocem explicandam esse *facile.* Sed cl. Schellerus in Lex. v. *cito* contendit, *cito*, si pro *facile* capiatur, junctam sibi habere negationem, vt Ter. Adeph. III. IV. 80. Bip. et Cic. Brut. C. 76. quae loca etiam Burmannus memorat. At h. l. eodem sensu occurrit, non addita negatione. Sic alibi; v. loca, Burmanno laudata, Ovid. II. ex Pont. VII. 25. et VIII. 65. Cic. Brut. C. 67. *rumpes*, positum pro, rumpetur (*er springt*), vt saepe in secunda persona loquuntur veteres. Vid. mox F. XVI. 12. Capiendum autem de cornu arcus. De re ipsa v. Publ. Syr. in Mimis: *arcum intensio frangit, animum remissio*, vbi intelligenda nimia animi remissio et ignauia. Cui loco adde alium, a Rigaltio adductum, Apul. Milea. 1. *Arcum meum et ipse vigoratendit, et oppido formido, ne neruus rigoris nimietate rumpatur.*

Vs. 11. 12. *laxaris.* Laxare est remittere, seu vt vs. 5. retendere. *Laxior arcus* dixit Ovid. Rem. Amor. 702. teste Burmanno, qui etiam profert locum in Panegyr. ad Pisones *nec semper Gnosius arcu Destinat, exempto sed laxat cornua neruo. erit vtilis*, vti poteris eo. Sic illud *vtilis* ponit L. IV. IV. 8. Plauto et Terentio est *vtibilis. Scheff.* Ita alibi saepius. Ovid. X. Met. 93. *fraxinus vtilis hastis.*

Vs. 12. *ludus.* Relaxatio, *Erholung. Ludum dare animo est*, indulgere animo, reficere animum otio. Cic. pro Coel. C. 12. *datur concessu omnium huic aliquis ludus aetati.* Scheff. et Burm. laudant Plaut. Stich. Prol. *ludus Sticho datur.* Hor. III. Od. XII. 1. *amori dare ludum*, ad quem loc. v. Lambin. et Torr. Plura dabunt Notae Burmanni. cf. V. L. *aliquando*, interdum. Cic. III. Off. 3. honestatem *aliquando cum vtilitate pugnare.* v. Tursellin. p. m. 91. Ceteroquin veritatem sententiae, quam Phaedrus hoc versu proponit, testantur Ovid. IV. 89 sqq. Cic. de Or. L. II. C. 6. coll. Phaedr. Prol. III. 5—10. Val. Max. L. VIII. C. VIII. 2.

Ad cogitandum melior vt redeat tibi.

billonii. Sic Tollius ad Cic. pro Arch. testo Hoogstrat. Et ita Freinshemius legisse videtur. Vrsinus edidit, *lusus debet.* Metrum exigit, vt legatur *debet*; vtrum vero *ludus*, an *lusus* scribendum sit, disputant. Burmannus parum referre arbitratur; Guyetus haeret ambiguus. Sed fortasse *ludus* est praeferendum, quia *ludus* dicitur de otio, quiete, joco, festo die, feriis cet. vt plurima docent exempla, a Scheffero, Burmanno et Gesnero in Thes. L. L. prolata. Vid. Not. Contra *lusus* proprio dicitur puerorum. Quinctil. L. I. C. III. 10. *nec me offenderit lusus in pueris.* Senec. II. de Ira C. 9. Ovid. VIII. Met. 199. de Icaro et III. Art. 372. de alea; quae loca debeo Burmanno. Quamquam negari non potest, *lusus* pro joco interdum accipi et serio opponi. Plin. L. V. Ep. 3. *non seria modo, verum lusus etiam exprimere laudabile est*, vt Ouid. alicubi carmina sua *ineptos lusus* vocat.

Vs. 13. *redeat tibi.* Tollius ad Cic. pro Arch. et Not. in Phaedr. P. III. p. 167. Edit. Hal. nec non Bentlej. conjiciunt, *sibi*; Heinsius *vt redeas tibi;* sed vulgata sana est, oberuante Burmanno: sermo enim est Aesopi ad populum, qui concurrerat. In Codice Perotti est, *ad cogitandum vt sic melior redeat.*

---

rerum natura continui laboris patientem hominem esse non sinit, ad quem locum docto disputat Burm. in Not. ad Phaedr.

Vs. 13. *melior*, promtior, expeditior; *aufgelegt. redeat*, elegantius, quam *sit.* Vid. ad L. I. XII. 2. Velut de expulso per multiplices labores loquitur. Ita Ter. Hec. III. II. 72. *Item istoc verbo animus mihi rediit, et cura ex corde excessit*, de eo quem cura expulerat. Curt. L. III. C. 5. *paullatim redeunte animo circumstantes amicos agnouerat.* Tac. Agr. 3. *nunc demum redit animus*, de eo, quem metus ojecerat. cf. Scheffer. *ad cogitandum.* Apte Burmannus producit locum Ter. in Phorm. II. I. 10. *ita sum irritatus, animum vt nequeam ad cogitandum instituere.*

Illustrando Epimythio hujus fabulae inseruire potest Erasmus in proverbio: *arcus tensus rumpitur*; vid. Chil. IV. Cent. 5. Ad. 77. Notanda quoque illa Catonis: *interpone tuis interdum gaudia curis, vt possis animo quemuis sufferre laborem.* Cf. Dispontin. v. *ludus.* Quibus adde locum Senec. de Tranq. An. C. XV. *nec in eadem intentione aequaliter retinenda mens est, sed ad jocos reuocanda. Cum pueris Socrates ludere non erubescebat: et Cato vino laxabat animum, curis publicis fatigatum: et Scipio triumphale illud et militare corpus mouit ad numeros.* Cf. etiam Plutarch. περὶ παίδων ἀγωγῆς. C. XIII.

FABULA XV.

CANIS AD AGNUM.

Inter capellas Agno balanti Canis,
Stulte, inquit, erras, non est hic mater tua:

Vs. 1. *balanti.* Praschio et Salmasio ad oram libri placet *palanti*, et recepit Bentlej. quod nescio cur praeferendum sit, cum *balanti* et elegantia et proprietate recte placere possit. Vid. Notas. Burmannus vel ob eam rationem censet praeferendum esse τῷ *palanti*, quia anxiae et aegrae oues maxime *balant*, teste Ovid. Met. VII. 540. *lanigeris gregibus balatus dantibus aegros.* Vulgatam retinendam censet Tollius, quia sequitur, *non illam quaero*; balatu vero et agni matres, et oues agnos agnoscunt, apte laudans Lucret. II. 365. sqq. vbi legit *agnique petulci balatu pecudes*, pro vulgato *balantum pecudes.* *Vaganti*, quae lectio fauet τῷ *palanti*, habent Romulus Divion. et Vlmensis. Etiam in Romulo Rimicii esse *vaganti*, eumdemque pro cane lupum inducere, testantur Nilantius F. A. p. 99. ex hoc Burmannus. Anonymus quoque Nilantii lupum prò cane facit loquentem. Sed vero similius Phaedrus, ex hoc Romulus Nilantii, Divion. et Vlmens. cani dant partes, qui custodiae caussa gregi additus, apte colloqui fingitur cum agno. v. Burm.

Vs. 2. *non est hic.* MSS. Pith. Rem. et Editt. Vet. Nevel. Rigalt. Rittersh. Fabri, Vrsin. quibus parent Walch. Danet. Maittar. al. *non est haec*; sed viri docti rejiciunt *haec*, quia de nulla seorsim antecessit. Deinde habent Romulus Divion. Vlm. et Romul. Nil. *non est hic mater tua.* Aptius etiam dicit agno, *inter capellas* balanti *hic*, i. e. in hoc grege capellarum, quam, *non est haec mater tua.* Sic enim τὸ *hic* planiorem sensum efficit. cf. Desbillon.

Vs. 1. 2. Ingeniosa Burmanni conjectura haec fabula exhibet duros parentes, qui temere infantes abjiciunt, aut negligunt, qui deinde ab aliis suscepti et nutriti, meritum agnoscunt, et se plus debere nutritorum bonitati, quam naturae necessitati, quae parentes dedit, fatentur. Ideo cogitan-

Ouesque segregatas ostendit procul.
Non illam quaero, quae, cum libitum est, concipit,

Vs. 4. *quaero.* Bentlejus edidit *curo.* Meursius ad h. l. et ad seqnentia, *tamen illa est potior*, notat, esse hiulca (praecessisse enim versum, qui exciderit). Sed non animaduertit, esse dialogum, in quo decet omittere, *ille dixit*, *ille respondit*: quia elegantius absunt, tamqnam lector ipse audiret personas, quarum oratio fingitur. Ita F. VII. huj. libri vs. 4. 17. 18. 25. 26. Vbi si semper inseras, *dixit* canis, *dixit* lupus, ex disertissima fabula odiosissimam redegeris. Perinde enim esset, ac si picturis more veterum adscriberes: hic est lupus, hic est canis. Vid. Aelian. II. V. L. X. C. 10. *Freinshem.* Laudat etiam hoc nomine Prasch. L. IV. F. XIX. et XXIII.

---

dum putat Burmannus, annon huc referri possit singularis Imperatoris Gallieni nummus, in quo conspicitur infans sub capella; et quem de adjectis vel expositis infantibus, quos recolligi, et quibus alimenta praestari curauit Gallienus, explicat Chamillartus Ep. XI. p. 50. Forte etiam hocce tempore fuerunt matres, quae liberos, quos peperissent, nutricum adhibitarum non suo ipsarum lacte alerent, quas postea notare voluit. Cui quidem conjecturae fauere mihi videtur Gell. L. XII. 1. *balanti.* Balatu matrem, i. e. nutricem requirenti, vt apud Ovid. Met. VII. 319 — 321. et Virg. Aen. IX. 565. cf. Scheffer. Nota delectum verbi, quod est elegans et proprium ouium, vt *mugire* boum et *rudere* asinorum.

Vs. 5. *segregatas*, a grege capellarum separatas. Proprie Nemesian. Cyn. 157. *mater segregat subolem.*

Vs. 4. *cum libitum est.* Ego nolim vertere: *wenn es ihr beliebet.* (Sattler. *die nach Belieben trächtig wird*). Neque enim conceptio pendet ab arbitrio matris, quae concipit, sed potius a libidine, qua incensa ouis arietem patitur, adeoque verto: *ich suche nicht diejenige, die, wenn sie ihren thierischen Trieb befriediget, empfängt* (d. i. meine leibliche Mutter) *sondern diejenige, welche mich mit ihrem Euter nähret* (d. i. meine Pflegemutter). *Lindner* in Tentam. Phil. Crit. P. II. p. 7. Etsi apud priscos scriptores exemplum inuenire non potui, quod doceat, hocce verbum isto sensu fuisse vsurpatum; mirifice tamen placet cl. Lindneri interpretatio, ita vt malim

Dein portat onus ignotum certis mensibus, 5
Nouissime prolapsam effundit sarcinam;

Vs. 5. *portat.* MS. Per. *dein fert onus. onus ignotum.* Bentlej. restituit *ingratum onus*, inuitis libris et sine necessitate; quia nihil gratius foetura matri esse solet, et inter homines, et inter pecudes ingens erga foetum solet esse affectus. v. Burmannum, fuse contra Bentlejum disputantem. Heinsius ad Ovid. III. Fast. 718. legendum censet, *portat onus incertum certis mensibus*, quod displicet Burmanno propter lusum illum et alliterationem in *incertum* et *certis*.

---

hanc locutionem inter singularia Phaedri referre, quam explicare: cum placet. Recte igitur Gerike: *die mich aus Wollust nur empfieng.*

Vs. 5. *onus ignotum. Ignotum* recte explicant absconditum, latens; quia dicitur de omni, quod non patet oculis. Ita Virg. I. Aen. 359. thesauros *ignotum pondus* auri vocat, quia abdiderat Dido. cf. Scheff. et Burm. qui onus etiam *ignotum* dici potuisse censet, quia mater praegnans ignoret, an album an nigrum, an masculum an feminam sit paritura. V. 10. sq. Cui interpretationi obsequuntur Langius et Sattler. Hic vertit: *die ungekannte Last*; sed prior ratio magis placet. Eodem autem modo Phaedrus dixit *ignotum onus*, quo Ovid. II. Amor. XIII. 20. et Senec. Ep. CXXIV. *latens onus.* Hanc vocem enim vsurpari de fetu, non pauca exempla comprobant, quae notantur ad L. I. F. XVIII. 5. Atque etiam de voce *onus* plurima collegit Heins. ad Ovid. III. Fast. 718. *certis mensibus.* Romulus Nil. *portauit quatuor mensibus*; Romulus Div. et Vlm. *nouem mensibus.*

Vs. 6. *Nouissime.* Vid. ad L. I. XXIV. 9. *pro lapsam effundit sarcinam*, parturit fetum. Nota elegantiam et proprietatem hujus locutionis, quae paruum dolorem in pariendo indicat, sicque pertinet ad contemtum et ad diminuendа matris in prolem merita, vt jam olim vidit Burmannus. *prolapsam*, proprie de partu frequenter vtuntur Latini scriptores, qui *cadere*, *prolabi* dicitur. Sic Ovid. in Ibin. 221. vbi de partu inauspicato sermo est, notante Scheffero. Burmannus landat Sedul. IV. 252. *qui male praegnantis delapsus ventre parentis.* Ill. de Schirach hoc verbum innuere censet proprias quasdam vires fetus, quo ma-

Verum illam, quae me nutrit admoto vbere,
Fraudatque natos lacte, ne desit mihi.
Tamen illa est potior, quae te peperit. Non ita est.

Vs. 7. *admoto vbere.* Perott. *admodum vbere*, forte pro *admotum vberi*, sed vulgata rectior. Ita Virg. Aen. IV. 367. *Hyrcanaeque admorunt vbera tigres.* Burm. coll. Notis. —

Vs. 9. Perottus: *tamen illa potior, quae peperit, non ita est.* Cum Romulus Nilantii habeat, *tamen illa est vera tua mater*; et Romulus, quem dicunt, Rimicii, *tamen ibi est verior mater tua*, vid. Nilant. p. 99. Burmannus, vt versui consulatur, reponit: *tamen illa est verior, quae peperit*, ejecto *te*. Sic *parere* absolute ponitur II. IV. 2. et multis aliis locis, a Burmanno prolatis. Is autem vocem *potior* e vs. 15. huc tractam suspicatur. Sed cum in Romulo Divion. et Vlm. sit, *tamen illa est tibi fortior mater, quae te peperit*; et *fortior* ex *potior* factum esse videatur; *potior* etiam MS. Per. exhibeat, et in vulgata lectione *potior* metrum constet: conjecturam Burmanni non puto esse admittendam. Cf. Tzschuck. *melior* dederunt Lallemant. et Brotier. Sine auctoritate vterque.

---

tris opem justo plus minuat agnus. *effundit.* Etiam hoc, vt simplex *fundere*, est inter verba propria hujus negotii, quo celeritas parientis significatur. Vid. Serv. ad Virg. VIII. Aen. 139. quem laudant Burm. et Tollius in Not. ad Phaedr. P. III. p. 167. Praeter alia loca Burmannus memorat locum Senec. Ep. CXXI. *animalia e materno vtero, vel quoque modo effusa*; Cic. L. II. de N. D. C. 33. *terra grauidata seminibus omnia parit et fundit ex se.* Virgil. Aen. VIII. 138. sq. vbi vide Serv. et Cerd. Quibus adde Juv. Sat. V. 142. et II. 32. sq. *sarcinam*, fetum. Eodem modo Apulej. Met. X. dixit, *vxor sarcina praegnationis onerata.*

Vs. 7. *illam*, capellam. *nutrit.* v. L. V. F. IV. 6. *admoto*, praebito, porrecto. Flor. L. I. C. 1. *vber admouit infantibus.* Scheffer.

Vs. 8. *Fraudat*, priuat, vt L. IV. F. XIX. 19. *natos*, pullos. v. L. I. F. XXVIII. 12. Romulus: *natos suos fraudat, vt lac non desit mihi.*

Vs. 9. *Tamen illa est potior.* Verba sunt canis. Vid. V. L. ad vs. 4. *tamen.* Nota particulae hujus in objectionibus vsum. Vid. etiam ad L. III. VII. 17. *potior*, melior, carior, vt L. III. XII, 6. Putat nimi-

Vnde illa sciuit, niger, an albus nascerer?
Age porro, scisset: cum crearer masculus,

Vs. 10. *vnde illa sciuit.* Ita MS. Pith. Rem. et Edit. Vet. Frustra Philipp. Lallem. *Anne illa sciuit?* Tollius, *vnde illa sciret.*

Vs. 11. MS. Per. *Age porro, parere si voluisset feminam. Quid profecisset? cum crearer masculus.* Heinsius, quia *age porro scisset* ei non videbatur satis Latinnm esse, legi vult: *age porro scisse, num crearer masculus.* Vid. Ep. XXIII. ad Scheffer. T. V. Syll. Epp. Burm. p. 40. Etiam Prasch. mallet *num.* Sed nil mutandum. Vult reddere rationem, quare ex-

---

rum, plus deberi iis, a quibus nascimur, quam a quibus alimur. v. Scheff. *Die mufs dir doch lieber seyn.* Sattler. *die dich gebar, ist aber näher dir. Non ita est.* Verba agni. Sattler. *O nein!*

Vs. 10. *illa*, mater, quae me peperit. *niger an albus.* Albae oues praeferebantur; Col. VII. C. 2. n. 4. nigrae minus gratae, citius mactabantur. Significat igitur, matrem nescisse, vtrum se vitae, an morti pareret, nec debere se matri, quod non ad lanium fuerit delatus. cf. Heusinger et Burm. Aliter Prasch. „nihil ad formaturam mei contulit.“ Verba autem, *albus an ater sis nescio*, prouerbii locum obtinent, quo vti solent de ignotis, vt Cic. Phil. II. C. 16. Catull. in Caes. XCIII. Bip. alii. Vid. Erasmi Chil. I. Cent. VI. ad 99. Alludit etiam Plaut. Pseud. IV. VII. 99. *hunc ego hominum nullius coloris noui*, quem locum laudat Burm. post Rittershus. cujus Notas vide.

Vs. 11. *Age porro.* Verum esto, ita sit sane. *Gesetzt auch.* Est enim haec particula h. l. concedentis, non adhortantis, quae nulla ratione cohaereat cum sequentibus, quod vult Schefferus, laudans Cic. de Juv. L. II. C. 45. n. 133. Phaedrus autem dixit, *age porro scisset*, i. e. fac, sciuisse matrem, vtrum niger, an albus nascerer; quemadmodum Cic. pro Mil. 19. *age sit ita factum; quae caussa cur Romam properaret?* Id. L. XV. Ep. Att. 10. *age, quiescant, auctoribus nobis, quis incolumitatem praestat?* et Ter. Phorm. IV. III. 57. *age, age jam ducat.* Passim tamen *age porro* est formula instantis, transitioni seruiens; vid. Tursell. p. 76. sq. *crearer.* Vid. ad L. I. VI. 9. Paullo ante *nascerer.*

Beneficium magnum sane natali dedit,
Vt exspectarem lanium in horas singulas.

spectare in horas singulas laninm debuerit, sc. quia creatus esset masculus. Vid. Not. Scheff. et vs. 13. ad v. *lanium.* Deinde Latinitatem τ8 *age porro scisset*, satis vindicant Notae nostrae.

Vs. 12. *Beneficium magnum sane.* Ita MSS. Pith. Rem. et Vet. Editt. Sed in MS. Per. est, *sane magnum*, quod recepit Lallemant. Burmannus mallet post Salmasinm: *Beneficium magnum sane nato dedit*, addicentibus Heumanno et Richtero. Metrum enim vix constare putabat, nisi *cium* contrahatur in vnam syllabam, vt censebant etiam Hoogstratanus, exemplo Publii Syri id firmans, et Brotierius, laudans Virg. G. IV. 34. Sed obseruat Desbillonius: „quatuor primae syllabae breues in hoc versu, quemadmodum III. II. 4. et IV. XXIII. 17. duas longas quantitate non superare censentur: quod videre frequenter licet apud Plautum, Terentium et Publium Syrum." Heinsius correxit: *Beneficium natalis an magnum dedit?* Sed ita perit omnis ironiae vanustas, cui vnice inseruit particula *sane*, qua etiam vtimur, quando quasi concedimus, vt Phaedrus aliquoties. Cf. Burmann. ad h. l. et ad Quinctil. Decl. II. 18. et IV. 6.

Vs. 12. Ironice haec dicuntur. Aliter tamen Schefferus, censens, verba esse canis, interrumpentis ea, quae dicturus erat agnus; quasi diceret: quid tu vis dicere de sexu tuo? quantum est beneficium, quod es factus masculus, non femina. Hisce positis acerbe deinde respondet agnus, vt exspectarem cet. Nec displicent haec cl. Tzschuckio; quae tamen a more Phaedri puto esse aliena. *natali.* cl. Lange: *bey meiner Geburt,*

Vs. 13. *exspectarem.* Cum continua sollicitudine intelligendum. Darius apud Curt. L. V. C. 12. n. 11. *ego hic legem fati mei exspecto.* Scheff. Recte Schefferus; est enim idem quod *timerem*, vt docui ad illa Petronii C. CXXV. *quicquid meruerint, semper exspectant. Burm. lanium.* Feminas enim ad prolem faciendam aliosque vsus seruantur; mares debentur mensis. *Tzschuck. in horas singulas.* Stündlich.

Cujus potestas nulla in gignendo fuit,
Cur hac sit potior, quae jacentis miserita est,
Dulcemque sponte praestat beneuolentiam?

Vs. 14. 15. 16. Vid. Excurs. X. ad hos versus.

Vs. 14 — 16. Haec non canis oratio est, vt nonnullis videtur, sed agni, affirmantis: Cur ea, cujus potestas in gignendo nulla fuit, i. e. vera mater, quae in gignendo nullam potestatem sibi habuit relictam, sed coacta fuit simpliciter facere, quod id negotium requirit; quae non potuit non gignere, postquam semel partum concepit; quae nec colorem, nec sexum, quem vellet, mihi potuit dare: cur ea, inquam, sit potior, carior hac, sc. capella, quae me jacentis, i. e. auxilio destituti, vel etiam contemti ac neglecti a matre, miserita est, dulcemque sponte, non naturae lege ducta, beneuolentiam praestat. Sic fere interpretantur viri docti h. l. vt Scheffer. Gronov. Hoogstrat. Heusinger. Schirach. in Clav. v. *potior*. Ita sensus planus et facilis; sed aliter cepit Burm. de quo v. V. L. in Excurs. X. *potestas nulla in gignendo fuit.* Cl. *Schütze* (Crit. in Phaedr. Obs. p. 3.) contendit, *potestas in gignendo*, ne Latiuum quidem esse; dicere Phaedrum debuisse: *cujus potestas nulla gignendi fuit.* Sed tunc sensus esset, matrem vi gignendi plane fuisse destitutam, quod est contra veritatem. Immo vero *in gignendo* non regitur a voce *potestas*, quae hic ponitur absolute. Nam *ejus potestas nulla fuit* idem est, ac si dixisset, nullam potestatem sibi habuit relictam, vt Cic. Verr. I. 45. dixit, *ejus testamentum erat nullum*, et Tusc. II. 5. *argumentum id quidem nullum est. In gignendo* autem est, cum me gigneret, quemadmodum Nep. Att. XV. *idem in nitendo, quod semel annuisset, tanta erat cura*, i. e. dum elaboraret in eo, quod semel promisisset, tanta erat cura. Porro verbum *gignere* etiam de feminis dici, docet locus Cic. de Fato XV. vbi Hecuba Alexandrum *genuisse* dicitur. Vid. Davis. ad Cic. I. Tusc. 42. vbi profert hunc Phaedri locum. *jacentis.* Nota vim verbi, quo apte vtitur ad augendum beneficium pietatisque debitae officium. cf. Tzschuck. Duplici autem, quem supra indicaui, sensu capi posse, apparet ex Ovid. XV. Met. 221. *editus in lucem jacuit sine viribus infans*; it. a. L. III. F. XII. 3. vbi vide, et

Facit parentes bonitas, non necessitas.

Vs. 17. *necessitas.* In Romulo Divion. et Vlmens. quem perperam dicunt *Rimicium*, fabula inscripta est: *Bonitas parentes facit, non natiuitas*, probante Neveleto. Hinc *natiuitas* receperunt Sanadon. Philipp. Lallem. Sed optime MSS. Pith. Rem. et Editt. Vett. habent *necessitas*, quod praeter Gronouium, tuentur Barth. Adv. XLII. C. 14. et ad Stat. L. II. Silv. I. 87. et Brotier, ad h. l. qui τὸ *natiuitas* vocem esse sequioris aeui et Phaedro prorsus indignam recte judicat. Pro *parentes* in MS. Per. est *parentem.*

L. III. I. 1. Adde Cic. Tusc. I. 2. *jacent ea semper, quae apud quosque improbantur*, vbi *jacere* est, parui ducere, contemnere. Sattler. *die sich über mich verlassene erbarmte. Dulcemque.* Supra III. VIII. 13. dixit *dulcem caritatem.* Forte h. l. respexit lac, e mamma sugendum. Itaque bene Sattlerus: *die süſse Milch aus freyem Triebe gern mir reicht.* *praestat.* Vid. ad L. II. VIII. 16.

Vs. 17. Scriptores quosdam de hac sententia laudant Prasch. et Burmann. Sensus: Illi vere dici possunt parentes, qui non necessitate quadam, i. e. ordine naturae procreant liberos, sed qui procreatis vitam sustinent alimentis, eorumque rationibus consulere non desistunt. Cf. Hoogstratan. *necessitas.* Recte a Gronouio (L. II. Obs. 2. p. 221.) Burmanno, aliis explicatur *ordo naturae*, quem Cicero de Fato C. 20. vocat *necessitatem naturae*, scribens: *si atomis, vt grauitate ferantur, tributum est* necessitate naturae, *quod omne pondus nulla re impediente moueatur, et feratur necesse est* cet. Eodem modo de morte *necessitatem* dixit Hor. III. Od. I. 14. Mox hanc necessitatem noster dicit *leges*, quemadmodum Seneca *legem* et *naturae necessitatem*, jungit de Consol. ad Helv. C. 6. *omnia voluuntur, vt lex et naturae necessitas ordinauit.* Iste autem ordo naturae seu necessitas intelligendus de nascendi ordine, et quo a natura est constitutum, an masculus, an femina nascatur, et an his vel illis parentibus edatur aliquis. Rittershusius tamen non dubitat, quin respiciat Phaedrus ad necessitatem aliquam edendi conceptum semel partum, maxime cum praecedat de effusa sarcina. Cf. Burm. ad h. l. et ad Val. Flacc. I. 213. Idem autem vir doctus obseruat, hic non intelligendam esse illam Necessi-

His demonstrare volnit auctor versibus,
Obsistere homines legibus, meritis capi.

Vs. 18. 19. Vid. Exc. X. ad hos versus.

---

tatem, Ἀνάγκην, quam Deam supra Jouem et omnes Deos colebant, et alii *Fatum* interpretabantur. Vid. Cic. de N. D. I. C. 10. et de Fato C. 12. Ceteroquin notandum ad h. v. sollemne esse Phaedro, si quid amplius praeter Epimythium, vel Promythium e fabula monere vult, id plerumque vno γνωμικῷ versiculo ad finem fabulae aliis disserendum committere, vt L. I. XXVI. 12. III. XVII. 12. vid. Gud. ad L. I. XIII. 13. sq.

Vs. 19. *Obsistere*, repugnare, aduersari. *legibus*. Ordini naturae, quam vs. 17. dixit *necessitatem*. *meritis*. Beneficiis: vid. ad L. I. VIII. 1. *capi*. Ex interpretationa Schefferi, trahi in obsequium et amorem, seu libenter parere illis et obnoxios esse, quorum beneficiis obligantur. Vult autem Phaedrus, jubere quidem legem, seu ordinem naturae, a liberis amari parentes, sed homines huic et aliis ejusmodi legibus saepius repugnare, si absint beneficia, quibus excitetur et concilietur amor. Ita recte Desbillonius.

Eamdem fabulam narrant: *Anonymus Neveleti* F. XXVI. *Romulus Nilantii* F. XXIII. *Romulus Divionensis* L. II. F. VI. apud quem exitus fabulae mirum in modum est interpolatus et corruptus. Congruit cum hujus fabulae argumento disputatio Phauorini apud Gell. L. XII. C. 1. de sobole non tantum parienda a matre, sed et lactanda. Compara cl. *Meisneri* Skizzen P. III. p. 268. *die Statüe* und *der Steinmetz*, quem laudat cl. *Jacob*.

FABULA XVI.

CICADA ET NOCTUA.

Humanitati qui se non accommodat,
Plerumque poenas oppetit superbiae.
Cicada acerbum noctuae conuicium

Vs. 1. 2. In MS. Per. fabula inscripta est: *Non esse sponte alicui faciendam injuriam.* Deinde hi versus ita exhibentur: *Humanitati qui se non accommodant, Plerumque poenas dant superbiae. oppetit.* Johnsonius (etiam Danet. Maittar.) edidit *appetit*, et explicat: in se deducit. Quis vero *appetit* poenas? quas effugit quisque pro se, sed *oppetit*, quae ipsi superuenit, poenam, nec exspectat, nec appetit. *Burm. superbiae.* Vrsinus *superbiâ.*

Vs. 1. 2. *Humanitati.* Quid sit humanitas, docet Seneca Ep. LXXXVIII. *humanitas vetat, superbum esse aduersus socios, vetat auarum; verbis, rebus, affectibus comem se facilemque omnibus praestat; bonum autem suum id maxime, quod alicui bono futurum est, amat.* Ipsa fabula docet, intelligendam esse eam humanitatis partem, quam nostri dicunt *Willfährigkeit, Gefälligkeit*; Galli, *complaisance. se accommodat,* se dedit, applicat. v. Non. de Propriet. Serm. II. 21. Cic. I. Off. C. 21. *qui se ad rempublicam et ad magnas res gerendas accommodauerunt.* Suet. Tib. 48. *militi — nihil vmquam largitus est, praeterquam singula millia denariorum praetorianis, quod Sejano se non accommodassent.* Ex interpretatione Desbillonii *accommodare se humanitati est,* aeruare id quod Cic. pro Flacc. C. 11. vocat *jus communis humanitatis.* Sattler. *Wer sein Herz nicht der Menschenliebe weiht — oppetit,* subit, patitur. Eodem modo Plaut. Asin. I. I. 7. *oppetere pestem.* Ita Catull. LXIV. 102. *oppetere mortem.* Sic Cicero centies. Sed *oppetere poenas* locutio rarior, et bene obseruante el. Tzschuck. ex ipsa narratione hic apte.

Vs. 3. *Conuicium faciebat.* Clamore saepius repetito, auribus noctuae obstrepebat. Antiqui hoc *occentare* dicebant. Festus: *occentassint antiqui dice-*

Faciebat, solitae victum in tenebris quaerere,
Cauoque ramo capere somnum interdiu.

Vs. 4. *Faciebat.* Perottus *agebat.*

Vs. 5. *Cauoque ramo.* Ita recte habent MSS. Pith. Rem. et Editt. Vet. Heinsius tamen Ep. XXIII. ad Scheff. T. V. Syll. Epp. Burm. sine necessitate conjicit, *cauoque rami*, quia *cauus* et *cauum* substantiue a Phaedro et aliis ponitur. Vid. ad L. II. IV. 17. Burmanno parum referre videtur; sed cum Phaedrus cogi non possit, semper eodem modo loqui, lectio librorum scriptorum retinenda est. Bentlejus nescit *cauos ramos*, et ideo legit, *cauoque trunco.* Quia scilicet apes in cauo trunco mel faciunt, ideo etiam noctua debet dormire in cauo trunco, quasi noctuae non etiam in cauo ramo sedem habere possint, quemadmodum apes (Col. IX. 8 n. 11. et Pallad. in Apr. tit VIII. n. 5.) in cauis ramis mel suum aeque ponere solent, atque in truncis. Cf. Burmannus, in caussa minuta multis contra Bentlejum disputans. Bentlejo tamen obsequuntur Sanadon. Philipp. Lallemant. At Vrsinus edidit: *somnum capere interdiu*, praeeunte Rittershusio.

---

bant, *quod nunc* conuicium fecerint *dicimus*, *quod id clare et cum quodam canore fit*, *vt procul exaudiri possit.* Vide quae notantur ad L. I. VI. 5. Belle hic de stridula cicadae voce ponitur. Lucan. ad Pison. 257. sq. dixit *stridula cicadae conuicia.* Cic. pro Arch. C. 6. *aures conuicio defessae*, i. e. clamore caussidicorum fessae, ad quem locum v. Not. Graev. Id. ad Div. X. Ep. 16. *cum ei magnum conuicium fieret cuncto a senatu*, quod de clamore intelligendum, non de contumeliosis verbis, vt male Gronov. ad Phaedrum. Idem vir doctus male *conuicium facere* h. l. interpretatur, probris insectari, quod victum in tenebris quaereret; etsi hoc sensu apud Ciceronem, Senecam, alios saepius occurrat. Gronouio parent Interpretes vernaculi, Gerikius et Sattlerus. Hic reddidit: *Vorwürfe bittrer Art hat die Heuschrecke einst der Eule gemacht*, *daſs* cet. *acerbum*, quod erat ingratum, molestum noctuae.

Vs. 5. *Cauoque ramo*, intellige, *in.*

Rogata est, vt taceret. Multo validius
Clamare coepit. Rursus admotâ prece,
Accensa magis est. Noctua, vt vidit sibi
Nullum esse auxilium, et verba contemni sua,
Hac est aggressa garrulam fallaciâ:
Dormire quia me non sinunt cantus tui,
Sonare citharâ quos putes Apollinis,

Vs. 6. Cuninghamus: *rogata tum taceret, m. v. validius.* Heinsius, *valdius*; sed v. ad I. XIX. 8.

Vs. 7. *clamare coepit.* Ita MSS. Pith. Rem. et Edit. Vet. MS. Perott. *clamare occepit, admota.* In Editione Gronov. est *admonita*, quo nomine egregie vapulant editores ab Hoogstratano. Sed operarum vitium esse potest, quia in indice laudant *admota. Burm.*

Vs. 9. Cuninghamus: *nihil esse auxilii.* Perott. *verba contemni data.*

Vs. 11. Perottus habet: *dormire quoniam non sinunt.*

Vs. 12. Hic versus deest in MS. Per. Sed MSS. Pith. Rem. et Vet. Editt. vt Nevelet. Faber, Vrsin, habent. *Sonare citharâ*

Vs. 7. *Clamare coepit*, more Phaedri, pro clamauit. Vid. *Jani* A. P. p. 103. *admota prece.* Vide, quae notantur ad L. I. XIX. 6. fortius, quam *rogata est* vs. 6. Adsurgit enim per gradus oratio. Hac loquendi formula vtuntur Ovid. ex Pont. III. VII. 36. Curt. V. X. 14.

Vs. 8. *accensa*, ad cantandum, clamandum excitata. Plus est, quam *validius clamauit.* Sattlerus tamen: *durch das Bitten ward sie nur erboßter.*

Vs. 10. *garrulam.* Epitheton ornans! Simili modo Virg. G. IV. 307. hirundinem dixit *garrulam.* Cf. ea, quae canit Hesiod. de cicada Op. et Dies 580. *est aggressa.* Notat Burmannus, hoc verbum poni de sermone subdolo, quo fallere cogitamus aliquem. Ita Virg. IV. Aen. 92. *Talibus aggreditur Venerem Saturnia dictis.* Et sic alibi, vt apud Justin. III. 1. *aggredi dolo.* Cl. Sattler. *sie fieng die Schwätzerinn durch diese List.*

Vs. 12. Sensus: quos vnusquisque, qui audit, putet sonare citharâ, vel reddi a cithara ipsius Apollinis. Ita bene Desbillonius, ita et alii

Potare est animus nectar, quod Pallas mihi

quos putes Apollinis. Sed Burmannus, Guyeto obsecutus, edidit: *Sonare cithara quos putes Apollinem*, i. e. tam egregios, vt ipsum Apollinem putes cantus cithara sua sonare, i. e. canere. Etsi vero Burmannus non pauca profert, quae ad stabiliendam istam conjecturam pertineant; nolim tamen, contra librorum scriptorum fidem, eam recipere, cum vulgatum bonum habeat sensum, adeo quidem, vt viris doctis, Bentlejo, Maittario, Lallemant. Brotierio, Desbillonio, Bipontinis, Langio et nuper Editori Edit. stereotypae, recte placuerit. *citharâ.* Prasch. Freinshem. Bentlej. et multi alii corrigunt *citharam*, quod Interpretes locum intelligunt, vt Freinshem. Scheffer. ill. de Schirach, cl. Langius, qui vertit Prolegg. ad Phaedr. p. XXVI. *von denen man glauben sollte, daſs sie Apolls Laute entflössen.* Sic fere cl. Sattler. *den man für Töne von Apolls Leyer halten möchte.* Nam *putes* non, quod perperam faciunt nonnulli, ad cicadam solam referendum, sed explicandum indefinite, vt Fab. XIV. 10. h. l. *cito rumpes arcum.* Ovid. I. Met. 242. *in facinus jurasse putes.* Et sic alii; de quo cf. Burmann. ad Vellej. L. II. C. 118. ad Ovid. III. Amor. II. 28. *Sonare* autem cantus recte dicuntur, quia apud Ovid. X. Met. 146. diuersae *chordae diuersa sonant*, et apud eumdem Amor. II. VI. 6. *carmina resonant*; apud Livium vero L. XXXVI. C. 34. *clamor consonat.* v. Desbillon. *Sonare cithara*, i. e. e cithara, satis probant loca Hor. II. Od. XIII. 26. sq. *sonare aureo plectro*; Virg. Aen. I. 740. sq. *cithara crinitus Jopas personat aurata*, ad quae loca v. Jani et Heyne. it. Eleg. ad Liv. 446. *verba ore sonare*, vt hic *cantus citharâ*, qui locus Burmanno debetur. Ceteroquin in hoc versu cl. Tzschuck. venustiorem concinnitatem et transitum faciliorem desiderat. Sed mirum videri non potest, noctuam h. l. memorare citharam Apollinis, et cantus cicadae cum hocce deo comparare. Decipere enim studens cicadam, collaudat ejus vocem, quam non poterat laudare melius, quam si diceret, eam cantu suo aequare Apollinem: qui deus noctuae, Aui Palladis, non erat ignotus. Vid. quae notantur ad voc. *nectar*, vs. 13.

* Vs. 13. *Est animus.* Cf. L. III. F. VII. 25. *potare.* Ex interpretatione Schefferi bibere largius, *zechen*, vt recte Cl. Sattler. Hoc sensu autem vsurpari, intelligitur e loco Senec.

Nuper donauit: si non fastidis, veni;
Vna bibamus. Illa, quae ardebat siti,

etiam Guyeto non displicet, sed notat Burmannus, duplicem illum accusatiuum facere obscuram orationem et embiguam. Nam vel, *cithara sonat cantus*, vel, *cantus sonant citharam*, capiendum esset. Sed rectius foret, *cantus sonant Apollinem*, vt *vox hominem sonat* apud Virg. et alios passim. *Sonari*, quod Heinsius mallet, et quod placet Tollio in Not. ad Phaedr. v. P. III. Phaedri p. 168. satisfacit quidem constructioni verbi, sed alium sensum efficere videtur Burmanno. *Sonari* enim *cantus cithara Apollinis* significaret, laudantur, celebrantur ab Apolline, vt exempla, quae Heinsius adducit, probant, e. g. Hor. Epod. XVII. 39. sq. *siue mendaci Lyra voles sonari*. Buchnerus legi vult, *e cithara*; sed *cithara* probum. v. Not. Cuninghamus, *quas quis putet*, i. e. conjectura arbitraria.

Vs. 15. *quae*. Al. *quia*, improbante Hoogstratano. *ardebat siti*. Sic MSS. Pith. Rem. et Vet. Edit. Perottus *arebat*, quod receperunt Hoogstratan. Lallem. Brotier. Vtrumque recte dicitur. Haec verba in libris scriptis a librariis permutari solent, obseruante Burmanno.

Ep. CXXII. quem Burm. affert, *inter nudes bibunt, imme petant*. Vnde L. IV. V. 25. *potrix* est vino dedita, ebriose. Hinc *potus* et *bene petus* de ebrio. Et ideo hoc verbo vtitur, quia genio indulgere se velle fingit. Cf. Burm. qui plura dabit. *Nectar*. Horum verborum sensus est: tu cantu tno, quo Apollinem aequas, ita me alacrem facis, vt nectar potare sit animus. Notum enim est, in epulis deorum, quoties, sublatis primis mensis, necter, quod caeleste vinum est, apponebatur, Apollinis et Musarum fuisse partes, cithara deos potantes oblectare. *Burmann.* *mihi*, vtpote aui suae, quam in tutala hebebat.

Vs. 14. *Si nen fastidis*, nectar illud. cl. Saitler. *Hast du Appetit.*

Vs. 15. *Ardebat siti*. Sitis notat magnitudinem ex cantione diuturna, vsurpaturqne de parsona, quod obseruendum. Claudianus pariter L. I. 104. de Rufino loquans: *totumque exhauserit Hermum, ardebit majori siti*. Scheffer. Vel ex hoc magnitudo sitis potest intelligi, quia *natura cicadis cantum commedauit meridianum*, teste Apulej. Florid. p. m. 572.

Simul cognouit, vocem laudari suam,
Cupide aduolauit. Noctua, egressa e cauo,

Vs. 16. *Simul cognouit.* MS. Perott. *simul gaudebat.*

Vs. 17. 18. *Egressa e cauo.* Brotierio teste in MSS. Pith. et Rem. est, *egressa cauo*, salua quidem Latinitate, sed turbato metro. Ita etiam Nevel. Rigalt. 2. Faber, Pithoeus emendauit *egressa e cauo*, probante Guyeto, quae lectio, judice Burmanno, non admodum est elegans, cum praestet et vsitatius sit, *egressa cauo*, vel *cauum*. Vid. Burmann. ad h. l. et ad Ovid. III. Met. 388. et ita Val. Max. saepe vtroque casu vtitur, *egredi vitam* et *vita*, *vrbe* et *vrbem*, cf. L. VII. III. ext. 1. et 10. Saepissime tamen verbum *egredi*, cum praepositione *e*, vel *a* constructum, apud optimos scriptores occurrit, vt Cic. Att. VI. 8. *egredi e portu*; Id. Cat. I. 8. *ex vrbe*; Suet. Claud. 23. *ab vrbe*. Et sic alibi. Grouonii editio habet, *egressa a caue*, forte per erratum typographicum, quia in Indice est, *egressa e cauo*. Gudins et Salmasius ad oram libri conjiciunt *egressam cauo*, quod Graevius Ep. 280. ad Heius. in Burm. Syll. Epp. T. IV. p. 362. postulare contendit et metri rationem, et sententiam loci. Nec displicet Burmanno, ita, vt de cicada

---

Fere *sitis* verbis et epithetis, ab igne ducta, insignitur. Ovid. Remed. Amor. 533. *explenda est sitis ista tibi, qua perditus ardes*, de quo non pauca congessit Broukhus. ad Prop. L. IV. IX. 21. cf. V. L. Hinc bene addit, *cupide aduolauit.*

Vs. 16. *Simul*, simulac. Vid. ad L. II. IV. 14.

Vs. 17. 18. *Cupide.* Praeclare; ardebat enim siti, et laude capta erat. *egressa e cauo* sc. ramo. Vid. V. L. ad vs. 6. Cl. *Lange* intelligi non posse censet, quare noctua egressa sit, nec in ipso cauo exspectauerit adnentum cicadae, quam videbat cupide aduolantem. Quem scrupulum ita tollere studet, vt *trepidantem* explicet, intrare cunctantem metu. Sed ex ipsa fabula perspici non potest, fuisse quod cicada metueret periculum. Fac etiam, timendum fuisse, stulte profecto fecisset cicada, si aduolauisset. Immo vero cum ardens siti ad potandum inuitata et simul vox ejus collaudata esset, de periculo secura, cupide aduolat, crepitare pergens. Quam noctua, egressa e cauo, inter cantus (*crepitantem.* v. V. L. ad vs. 18.) oppressam leto

Crepitantem consectata est, et leto dedit.
Sic, viua quod negarat, tribuit mortua.

intelligatur, quae hucvsque latuerat in cauo suo, nunc vero, inuadente eam noctua, trepidat et festinat euadere. Id enim est *trepidare*, vt vs. 18. vulgo legitur. Viro docto tamen placuit, seruare vulgatam, quia duplex Epitheton *egressam*, *trepidantem* non eleganter videatur apponi; etsi L. I. F. IX. dixerit Phaedrus *oppressum*, *fletus edentem*, quod facilius coneoqit.

Vs. 18. *Crepitantem.* Vulgo *trepidantem*, quod explicant, cum sollicitudine euadere festinantem, vt infra L. IV. F. VI. 3. Sed jam olim Heinsius substituit *crepitantem*, vel *strepitantem*. Vid. Heinsii Ep. 284. ad Graeuium in Burm. Syll. Epp. T. IV. p. 368. *Crepitantem* etiam praefert cl. Tzschuck. cum de cicada dici possit, v. Not. et *trepidantem* non satis paratum sit; *crepitantem* vero perpetuus cantus adstruat, in quo oppressa sit. Cui accedit cl. *Jacobs* in *Nachträge zu Sulzers Theorie.* T. VI. P. I. p. 72. not. zz.

---

dat. Quare autem cicadae aduentum non exspectauerit, haec et similia in fabulatore non anxie disquirenda puto. Lege, quae hanc in rem notamus ad Fab. de Asino et Leone L. I. F. XI. *crepitantem*, vt supra *garrulam*, de cicada recte dicitur, et dixit Calpurn. V. 56. *At simul argutae nemus increpuere cicadae*; teste cl. Tzschuck. *leto dedit.* Vid. ad L. I. XXII.

9. Haec loquendi formula, apud optimos scriptores, maxime poëtas, obuia, vt Lexica docent, immerito dura videtur Walchio ad h. l. Praeter loca, quae profert Desbillonius, nota Virg. Aen. V. 806. Ovid. Her. II. 147.

Vs. 19. *tribuit.* Nempe silentium et canendi pausam vt faceret. *Rittershus.*

Haec fabula recte laudata est a *Jacobs.* V. C. in Obseruatt. in Phaedr. quae habentur l. c. Eamdem narrat *Boulanger.* in fabula quae inscripta est: *la Cigale et le Hibou* L. I. F. IV. p. 6. Cf. *Theophylacti* Ep. 1. ὁ τέττιξ ὁ μουσικός.

FABULA XVII.

ARBORES IN DEORUM TUTELA.

Olim, quas vellent esse in tutelâ suâ,
Diui legerunt arbores. Quercus Joui,
Et myrtus Veneri placuit, Phoebo laurea,

Vs. 3. *Et myrtus.* Heinsius, *at myrtus. laurea.* In MS. Perotti est, *Phaebus laurus. Phoebo laurus* legit Bernh. *Moneta*, qui auxit et illustrauit Menagiana, T. IV. p. 118. adjiciendo tamen, vt succurrat versui, copulam, et legendo vs. 4. *Cybelae*, teste Burmanno.

Vs. 1. Quas volebant sibi sacras esse *Haogstratan.* Cl. Sattler. *Die Götter wählten einstens Lieblingsbäume sich.*

Vs. 2. *Diui*, antiqua appellatione pro *Dii.* Ponitur h. l. substantiue. Nam *diuus* et *diua* non raro substantiua esse, indicio sunt epitheta v. c. Val. Flacc. I. 538. *aequarei diui.* Hor. I. Od. III. *diua potens Cypri*; formula *pater Diuûm. legerunt*, elegerunt. Ovid. Met. I. 27. Plin. L. XII. C. 1. *Arborum genera, numinibus suis dicata, perpetuo seruantur, vt Joui aesculus, Apollini laurus, Mineruae olea, Veneri myrtus, Herculi populus. Quercus.* Cum Saturni tempore ante Jouem homines carnibus humanis vescerentur, Jupiter vetuit, ne quis eo cibo vteretur, et a carnibus ad glandes conuertit, quae arbor, ab eo primum monstrata, sacra id circo illi creditur. *Hoogstratan.* Propter Dodonem, lucum glandiferarum arborum, Joui sacrum in Epiro, quae oracula edere credita impulsis lebetibus. (modus edendae sortis diuerse tradebatur). Virg. Ecl. VII. 53. (coll. G. II. 15. 16. ad quem locum v. Heyne) *eque sacra resonant examina quercu.* Gronov. Vid. etiam, quos laudat Disportiu.

Vs. 3. *myrtus Veneri.* Vel quod, cum e mari primum nata exisset, latuit in myrto. Serv. ad Virg. Ecl. VII. 61. sq. quem locum videtur, ob oculos habuisse Phaedrus; vel ob Myrenem, sacerdotem Veneris, in myrtum conuersam, quam fabulam habet Serv. ad L. III. Aen. 23. *Gronov.* Vel quod

Pinus Cybebae, populus celsa Herculi.

Vs. 4. *Cybebae.* Ita optime MSS. Pith. Rem. et multae Editiones. Sed non pauci Pithoeum secuti, legi volunt *Cybelae*, vt Rigalt. Ed. 2. Rittersh. Meurs. Fab. Scheff. Lallem. syllaba secunda ob liquidam concurrentem producta: de quo v. Notas Fabri. Nevelctus dedit, *Cybelo.* Perottus, fortasse quia non intelligebat illud *Cybebae*, quod erat in Codice, quo vtabatur perperam, habet *Pinus Neptuno.* Cf. Ant. Augustin. fin. Dial. v. de Numis. Vet. p. 180. quem memorat Burm. Prasch. Vrainus, Salmasius ad oram libri, *Cybellae*, inuitis libris.

Venus myrto esset ornata, cum judicio Paridis discederet pulcrior Junone et Pallade. Cf. Hoogstratan. Nec desunt, qui velint, myrtum placuisse Veneri ob venustatem. Vid. Not. Tollii P. III. Phaedri p. 169. De hac arbore v. eruditam Dispontini dispos. *Phoebo laurea*, sc. arbor. Ita Ovid. I. Met. 566. Placuit autem ista arbor propter Daphnen in laurum conuersam. Ovid. Met. I. 452—565. maxime vs. 557. sq. Alii aliter. Vid. quos citat Dispontin.

Vs. 4. *Pinus Cybebae.* Propter Atyn, delicias Berecynthiae, qui sub ea se castrauit, (et in pinum mutatus est, v. Ovid. L. X. Met. F. II.) Serv. ad verba Cybebae apud Virg. Aen. IX. 85. *pinea silua* cet. notat: congrue, nam pinus in tutela matris Deûm est. *Gronov.* Hisce adde quae congessit Tollius, cujus Not. v. in P. III. Phaedri p. 169. Edit. Hal. it. Meursii Arbor et. Sacr. L. I. C. 15. *Schw.* Vt Graecis tam in poësi, quam prosa alma Deum mater dicta est κυβήβη at κυβέλη; sic etiam eadem Latinis in vtraque oratione tum *Cybebe*, syllaba media producta, tum *Cybele*, syllaba eadem correpta, dicitur. Hic semper, quando secunda syllaba in versu longa occurrit, scribendum *Cybebe*, numquam *Cybelle*, vt plerique aditores in iis poëtarum locis, vbi ratio metri secundam longam requirit, excudi curarunt; neque etiam secunda in *Cybele* produci potest propter sequentem liquidam *l*, vt Faber putauit: vtrumque perperam; at verissimum est, in omnibus locis, vbi ratione metri secunda longa est, scribendum esse *Cybebe*. Ita et hoc loco et L. III. F. XX. (L. IV. F. I. nostrae Editionis) habet optimus Cod. Remens. atque sic discrte legunt omnes antiquissimi poëtarum MSS. Codi-

Minerua admirans, quare steriles sumerent?
Interrogauit. Caussam dixit Jupiter:

Vs. 5. *Admirans.* Harius conjicit, *mirans*, sed. v. Burm. ad I. XII. 5. *steriles*, MS. Per. *sterilis*.

---

ces, quos consuluimus. *Gudius*, cujus eruditam disputationem lege ad L. I. F. XX. (L. IV. I) coll. Virg. Aen. X. 220. vbi vid. cel. Heyne, et Desbillon. ad h. l. Phaedri. Itaque non est audiendus Bernh. *Moneta* loco, ad vs. 3. V. L. notato, qui Graecos sine discrimine Κυβέλη et Κυβήλη dixisse scribit, non probat. Pinum autem sacram fuisse *magnae matri*, vel inde apparet, quod obseruante Gudio, XI. Cal. Apr. quo primum die sol aequinoctialem circulum attingit, pinus succisa in Matris Deûm sacrarium inferebatur. *populus celsa Herculi.* Quia cum ad inferos descenderet, fatigatus labore dicitur de hac arbore corona facta caput velasse, et foliis extersisse sudorem; Servius ad Virg. Aen. VIII. 276. sq. (vbi vid. Heyne). Dicitur et ab inferis eam arborem primum protulisse (de quo v. Torrent. ad Hor. I. Od. VII. 23. coll. Serv. ad Virg. Ecl. VII. 61.) *Gronov.* Vid. Scholiast. Theocrit. ad Idyll. VIII. 121. Serv. ad Virg. G. II. 66. Beger. Spicileg. Antiq. p. 155. *Burmann.* Adde quos laudat Dispontin.

Vs. 5. *Admirans.* Absolute. Ita L. IV. XVII. 14. Cic. Att. VI. Ep. 9. *admiratus sum, quod nihilominus ad me tua manu scripsisses.* Scheffer. *sumerent*, sibi eligerent.

Vs. 6. *Interrogauit.* Distinctionem, *interrogauit caussam; dixit Jupiter*, a Scheffero propositam, et a Tollio, Ouveringio, Bentlejo, Cuninghamo, Schulzio, fortasse propter ambiguitatem in *caussam dixit*, vel probatam, vel receptam, recte rejicit Burmannus; etsi Phaedrus L. IV. F. XVIII. 5. dicat, *cum rogaret caussam facinoris*, et L. IV. XII. 6. *caussam quaesiuit pater*, atque etiam MS. Perotti huic interpunctioni faueat. Sed v. L. III. F. III. 2. Terent. Hec. I. II. 3. *dicere caussam tunc, nescio quam*, et IV. IV. 55. quae loca Burmanno debentur. *caussam dixit.* Integra locutio est, *caussam esse dixit.* Scheffer.

Honorem fructu ne videamur vendere.

Vs. 7. *Honorem fructu.* In aliis Editionibus, vt Rigaltii 2. Schefferi, Santoroc. Leonh. prima Burmanni, Hoogstrat. Danet. Brindlaj quibus nuper accessit Editio Didoti stereotypa, legitur, *honore fructum n. v. v.* hoc sensu: ne, si fertiles sumeremus, videamur fructus arborum vendere honore sacrificiorum, quo nos remunerarent quasi homines: vt ita *honor* ille, Diis habitus, esset quasi pretium, quo a Diis fructum et fertilitatem redimerent. Nam *honor* pro sacrificiis passim occurrit. Vide quos memorat Burmannus, Cuper. II. Obs. 3. et Bronckhus. ad Tibull. IV. VI. 1. Lege etiam, quae idem congessit ad Petron. C. CXXXIII. Maxime Schefferus lectionem *honore fructum* defendit; quam tamen recte repudiant viri docti, tuentes *honorem fructu*: quae conjectura confirmata est Cornucopiae Perotti, in quo est, *honorem fructu ne videantur vendere*; cum in MS. Perotti inueniatur, *honorem fructus ne videamur.* Ex vtroque autem facili negotio emendari potest, *honorem fructu.* Quam emendationem probant praeter Rigalt. Buchner. Bentlej. Neveletus, Faber, qui tamen edidit *honore fructum*, Vrsin. Freinshem. Guyet. Richter. Albinus, Burm. Heusinger. Lallem. Brotier, Bipontin. Desbillon. Sed *Kohlius* in Comment. Crit. Pentsd. II. L. XXXII. p. 180. commodissime rem sic expediri putat, vt communi lectione *honore fructum* retenta, Hypallagen esse dicamus, freqnentatam poëtis cultissimis figuram. Itaque immutandis permutandisue casibus, postulante id metro, *honore fructum*, pro, *honorem fructu*, scriptum Phaedro statuit, laudans Virg. Ecl. IV. 60 — 63. Kohlio assentit Schirachius V. D. Clav. P. I. v. *vendere.* Cf. cl. *Wa-*

Vs. 7. Plurimi Interpretes hunc versum ita explicant: Ne videamur honorem illum, quo arbores, in tutelam lectas, ornauimus, illis non gratis dare, sed vendere fructibus, i. e. tribuare fructuum caussa. Quae interpretatio, notante Burmanno, firmatur responso Palladis, quae, quidquid caussae praetexant dii, affirmat, se amare et honorare deam, propter fructum. *Honor* autem saepe a Diis confertur hominibus et rebus, infra eos positis, vt L. IV. F. XXIV. 2. 3. Et eodem modo, vt Dii coluntur ab hominibus, ita vicissim colere homines iidem dicuntur Ovid. VIII. Met. 724.

At me Hercules narrabit, quod quis voluerit,

kefield in Delect. Tragoed. ad Sophocl. Philoctet. 324. II. p. 187. Ego quidem adhaereo lectioni *honorem fructu*, propter auctoritatem Codicis Perotti. Guyetus legi vult: *Honorem fructu ne videamur pendere, vt pendere* sit, expendere, destinare.

Vs. 8. *me Hercules.* In MSS. Pith. Rem. et non paucis Edit. legitur: *At me Hercule*, claudicante metro, vt putant. Quo factum est, vt variis modis succurrere tentarent viri docti. Vid. Schefferi et Hoogstratani Notas. Bentlejus intrusa voecula *illa* legi jubet: *At, mehercule, illa, narret, quod quis voluerit,* laudans Plaut. Pers. III. I. 45. Vrsinus: *At haec* (Minerua) *mehercule narret q. q. v.* Guyetus per τμῆσιν. *At me narrabit Hercule q q v.* Heinsius post varia tentata (Vid. Ej Ep. XXIII. ad Scheff. in Burm. Syll. Epp. T. V. p. 40.) it. Harius et Burm. conjiciunt. *mehercules*, vt priores duae syllabae in vnam contrahantur. Hisce parent Brotier. Bipont. Desbillon, alii. Sed Harius vltimam vocis *Hercule* apud antiquos ancipitem fuisse suspicatur. Cf. Heusinger, qui laudat *Vechneri* Hellenolex. a se editam. L. I. P. I. C. 3. p. 35. Priscian. L. VI. extr. p. 723. L. VII. p. 730. Recte igitur cl. *Tzschucke* mallet

---

Vs. 8. Sunt verba Mineruae. *me Hercules.* Formula jurantis elliptica, pro, *ita me Hercule juua.* Erat proprie genus jurisjurandi virile, non femineum. Gell. L. XI. C. 6. (Hanc legem tamen etiam Apulejum transgressum esse, testatur Hoogstratan. ad L. I. F. I. 12.) Quod autem Minerua introducitur jurans per Herculem, videtur factum abusu quodam, quo eam loquentem facit more humano; quo modo ipsos etiam deos gratulantes introduxit L. IV. F. XII. 4. quod per Herculem, potuit forsan peculiariter attendisse ad id, quod esset dea belli, ac proinde introduxisse eam, jurejurando virili vtentem. Cf. *Brisson.* de Form. L. VIII. p. m. 706. init. *Hansen* C. IV. de jurejurando vett. in T. V. Thes. A. R. Graev. *Dispontin.* Sunt, quibus videtur non satis prudenter hic dici Minerua jurare per Herculem; sed et Mercurius apud Plaut. Amphit. III. IV. 3. per Herculem, necdum natum, jurans introducitur. *Desbillon.* *narrabit*, pro, dicat, vt Plaut. Pers. III. I. 45. Id. Poen. V. II. 67. *narra, quid est?* Ter. Andr. III. I. 9. *quid narres nescio.*

Oliua nobis propter fructum est gratior.
Tunc sic Deorum genitor atque hominum sator:
O Nata, merito sapiens dicêre omnibus:
Nisi vtile est, quod facimus, stulta est gloria.

vel *me Hercule*, vel, *me hercle*. *Me hercule* etiam habet Didoti Editio. At vero cum in MS. Perott. sit *At me hercules*, et haec lectio a plurimis recepta sit, equidem non repudiauerim. *narrabit quod quis voluerit*. Ita MSS. Rem. Pith. et Ed. Vet. Sed Perottus, teste Burmanno, *At mehercules, inquit, quod quisque voluerit*. Perperam. Sanadon. Lallem. Philipp. *At mehercule, inquit, narret, quod q. v.* inuito Brotierio. Phaedrus enim saepissime verbum *inquit* omittere solet, adeo vt *narrabit* loco suo non mouendum sit. Schefferus sine necessitate substituit *narrarit*, concessiue, vt saepe apud Ciceronem. Sed obseruat Burmannus: siue *narrabit*, siue *narrarit* legas, eodem redit, vt *dices* apud Ter. Phorm. II. II. 20. et alios, vbi objicientem sibi aliquid fingunt. Cuninghamus: *At me hercle narrarit, quod quisquis voluerit;* sed parum probabile, Phaedrum ita scripsisse.

Vs. 9. *fructum*. MS. Pith. et Vet. Edit. vt Rittershus. Nevelet. al. legunt *fructus*; sed Guyet. post Rittershus. et Fabrum reposuit *fructum*, quae emendatio firmatur MS Per.

Vs. 10. *Tunc sic*. Perott. *tum sic*. Ita Lallem. Brotier. Desbillon.

Vs. 11. *dicere*. Heinsius, *dicta es*, vel *diceris*.

Vs. 9. *Oliua*. Vid. Meurs. Lect. Att. IV. 6. Cum proprie sit fructus, hic ponitur pro arbore (olea). Vid. Gerv. ad II. G. 63. *Burm.* Adde Virg. Ecl. VIII. 16. Aen. VIII. 116.

Vs. 11. *O Nata*. Ex cerebro Iouis genitam esse, fabulosa antiquitas tradidit. Ovid. III. Fast. 841. sq. *dicere*. Haberis, secunda praesentis, non futuri, vt nonnulli capiunt. *omnibus*, ab omnibus.

Vs. 12. Hic versus habetur in veteri lapide, vt supra memoraui in Disp. de Phaedro Antiquit. Scriptore, vbi vide, coll. Gudii et Desbillonii Notis. An istud monimentum hodie exstet, non compertum habeo. Inter alia tamen argumenta inseruire potest probandae Phaedri γνησιοτητι. *Schwabe.* Eleganter Lucilius: *hunc laborem sumas, laudem qui tibi ac fructum ferat.* *Rittershus.* Cl

Nihil agere, quod non prosit, fabella admonet.

Vs. 13. *Kohlius* Comment. crit. Pentad. 49. p. 118. censet, Phaedrum vs. 12. eleganter finiisse fabulam; vs. 13. vero ab aliena manu esse profectum. Neque etiam mihi magnopere placet, sed tamen non temere abjiciendum puto. cf. quae notantur ad F. XV. 17. hujus libri fin. *fabella admonet*. Cuningham. *fabella haec monet*.

Sattler. *Ist was wir thun nicht nützlich, nichts ist dann der Ruhm.*

Vs. 13. *Nihil agere.* Subintelligit Praschius *oportere*, ellipsi Graecis vsitata, quod locum haberet tum, si Phaedrus scripsisset, *nihil agi*. Quare cl. Lindner. Teut. Crit Phil. II. p. 7. sq. rectius τὸ *nihil* explicat, vt nihil agamus.

Compara fabulam *Boulangeri* L. III. XI. p. 106. *Les Arbres et les Dieux*. *Gleimii* L. II. F. 14. Eamdem imitatus est *Faernus* Fab. de Ioue et Mineruа.

FABULA XVIII.

PAUO AD JUNONEM.

Pauo ad Junonem venit, indigne ferens,
Cantus luscinii quod sibi non tribuerit:

Vs. 1. MS. Per. *Pauo Junonem conuenit*, quod Burmannus ferri posse censet.

Vs. 2. *luscinii*. Ita recte MSS. Pith. Rem. et libri editi, vt Faber, Vrsin. cf. Brot. Ita quoque Seneca Ep. LXXVI. laudat vocem *dulciorem mobilioremque luscinii*, vt legitur ex quinque Palat. Codd. At Perottus habet *lusciniae*, quod syllaba secunda corripuere Hor. Serm. II. III. 244. et Martial. VII. 87. Bip. Fide Gudii in MS. Rem. est *luscini*, quae scripturae diuersitas in eodem Codice jam supra notata est. Male autem scribitur *luscini*, quia secunda in hac voce breuis est. Latine tamen dicitur *Luscinus* (Gloss. *Luscinus*, ἀηδών), *Luscinius* et *Luscinia*, quae voces formantur, quemadmodum *simus*, *simius* et *simia*; de quo erudite disputat Gudius ad h. l. et Salmas. ad Hist. Aug. T. II. p. 132. Nec desunt, qui legant *luscinI*, vt Nevelet.

Vs. 1. Sub hac fabula describi aliquem diuitem et superbum, et ostentatorem opum, quem sub panone latere credo, verosimile est, qui affectare etiam volebat poëticam elegantiam, et forte Phaedro se imparem esse querebatur, quod nequiret versus scribere, quem monet poëta, ne inuita Minerua faciat, et risum praebeat. Luscinias vero dici saepe poëtas egregios, notum est, vnde Δωρίαν ἀηδόνα se Simmiam dixisse, obseruat Salmasius ad Ej. Ouum p. 165. *Burman.* *Pauo*, auis Junonis.

Vs. 2. *Luscinii.* Vox rarior. v. V. L. Notandus dactylus in secunda regione pro Jambo, aut Tribrachy. Cantum lusciniae describit Plin. L. X. C. 29. *sibi.* Vltima producenda, ne metrum sit mutilum. *Tzschuck.*

Illum esse cunctis auribus admirabilem,
Se derideri, simul ac vocem miserit.
Tunc consolandi gratiâ dixit Dea:

Vs. 3. *cunctis auribus.* Sic MSS. Pith. et Rem. sed emendauit Pithoeus *auibus*, quod dederunt Nevelet. Vrsinus, Bentlejus, statuens, admirationem solius animi esse. cf. Notata ad vs. 3. Nec displicet cl. Langio. Jam olim tamen *auribus* reponi volebant Heinsius et Gudius: quam lectionem timide se recipere fatetur Burmannus, vulgatae *auibus* magis fauens, quam exhibet quoque MS. Perotti. Lectioni tamen *auribus*, judicante eodem, aliquid roboris addunt illa Ovidii IV. Met. 271. IV. Trist. X. 49. et ipsius Phaedri Prol. II. 6. et L. III. X. 51. Vid. etiam Notas. Eamdem, cum sit elegantior vulgata, praeferunt, praeter Gronov. Hoogstrat. Richter. Maittar. Leonhardum, Lallem. Brotier. Bipont. Desbill. cl. Tzschuckius, qui notat ad v. *auribus*: „eleganter adjecit, quippe earum hic aguntur praecipuae partes.“ Frustra Scheffer. Tollius, Cuningham. al. conjiciunt, *e cunctis auibus*, hoc sensu, inter omnes hanc potissimum in admiratione esse; Philipp. *e cunctis auribus.* v. Brotier. *admirabilem.* MS. Pith. *ammirabilem.*

Vs. 4. *miserit.* Rittershus. *emiserit*, e conjectura. At simili modo Phaedrus L. IV. XI. 4. dixit *vocem misit sancta religio.* Et sic alii.

Vs. 5. *Tunc.* Heinsius legit *huic*, Ouverringius *tum.* Cuningham. *Tunc hanc, solandi* cet.

Vs. 3. *Illum, luscinium. auribus admirabilem.* Est admiratio non solius animi, est etiam aurium. Nam et intelligimus solo animo, nihilominus poëtae membris corporis, quae instrumenta sunt sensuum internorum, eadem tribuunt, quae menti, et ita *intellecturas aures* dixit Ovid. III. Trist. XIV. 40. sic *oculi videre, manus facere* cet. dicuntur, quae mens et homo facit per illa: imo non modo aures mirari, sed et oculi dicuntur Ovid. III. Met. 503. *Burmann.* cf. V. L.

Vs. 4. *simul ac.* Vid. L. IV. F. IX. 1. coll. III. XVI. 16. *vocem miserit.* Vid. V. L. ad h. v.

Sed forma vincis, vincis magnitudine;
Nitor zmaragdi collo praefulget tuo,

Vs. 6. In MS. Per. est, *Sed forma vincis et magnitudine*, claudicante metro.

Vs. 7. *zmaragdi.* Vulgo *Smaragdi*, vt Nevelet. Fab. Vrsin. Bentlej. Lallem. Brot. Bipont. Desbillon. Didot. al. Sed rectius *zmaragdi* edidere Leonh. Burmann. Jördens, Tzschuck. Sic enim scribitur haec vox in marmoribus antiquis, neque aliter in vetustissimis MSS. Etsi enim in priscis monimentis *z* pro *s* inuenitur, quod aliquando vitiose, siue ad imitationem Graeci Σ accidit; tamen in iis vocabulis, quae a duabus consonis *Sm* incipiunt, graecae originis, constanter et consulto vtebantur veteres littera *z*: id quod erudite probat Gudius. Laudat vero praeter alia Gruter. IↃCCCOLXXXXIII. 8. IↃCLX. 2. IↃCXXVII. 10. MCXX. 6. nec non duas inscriptiones, quas suis in Phaedrum notis inseruit. Vid. etiam Broukhus. ad Prop. II. XIII. 43. ad Tibull. I. I. 51. et II. IV. 27. coll. Cl. *de Rooy* Animadv. Crit. in Martial. p. 61. *niter.* *Wakefieldius* ad Lucret. II. 804. ostendere studet multis scriptorum locis, vt Ovid. A. A. I. 402. Manilii V. 261. cet. *viride* interdum idem esse, quod caeruleum, seu glaucum. Tum sic pergit p. 330. „Phaedrus item nobis adstipulatur III. XVIII. 7. vbi pro *niter* malim *viror*, quae vox sollemnis Vitruuio et inferioris aeui multis scriptoribus.“ Quae coniectura etsi erudite illustrata est a cl. Wakefieldio, atque etiam vox *viridis* de fulgore et nitore zmaragdi proprie vsurpatur, probante Burmanno ad Petron. C. 55. p. 273. et ad Ovid. Amor. II. VI. 21. emendatio tamen non est necessaria, cum aeque eleganter dicatur *niter zmaragdi*, *ac*

Vs. 6. *forma.* Haec vox pro pulchritudine occurrit L. III. VIII. 15. *vincis.* In repetitione verbi *vincis*, quam locutionem Walchius in Diss. de Stylo Phaedri p. 60. ad Anadiplosin refert, inest quaedam suauitas et elegantia.

Vs. 7. *Nitor zmaragdi e. p. t.* Sic elegantius, quam si scripsisset, *collum tuum fulget*, *vt nitor zmaragdi.* De gemmis eleganter et proprie dicitur *nitor.* Auct. ad Herenn. IV. C. 50. *praestringere adspectus omnium gemmae nitere et auri splendore.* Cf. L. I. XIII. 6. et quae Gronov. ad Senec. Med. 573. adduxit H. v. verte: *dein Hals blitzt wie ein Smaragd.*

Pictisque plumis gemmeam caudam explicas.
Quo mî, inquit, mutam speciem, si vincor sono?

viror. Vid. Not. ad vs. 7. Romulus etiam Divion. habet *colore et nitore sicut smaragdus perfusus*, vt dubium non sit, *nitor* esse praeferendum.

Vs. 8. Cuninghamus: *Pictamque plumis gemmeis c. e.* Romulus Vlmens. *pictusque plumis gemmis cauda et collo refulges.*

Vs. 9. In MSS. Pith. et Rem. est, *quo mihi, inquit, mutam speciem;* sed recte Pithoeus: *quo mi, inquit, m. s.* (Male MS. Perotti, *cur mihi, inquit, species s. v. s.* Inde Sanadon et Philipp. emendauere: *Quo mi, inquit, tanta species*, quibus paret Lallemant. v. Brotier. *Mutae speciem* rectius legi videtur Burmanno, hoc sensu, quid prodest mihi forma, si sim muta. Sed nil temere censet mutandum. Cuninghamus pro *mutam* reponit *nitidam.*

Vs. 8. Pulcher versus! quem Gronouius ita interpretatur: caudam quoties expandis, habes diuersi coloribus plumis gemmantem, i. e. in modum gemmarum lucentem. *gemmeam.* Epitheton ornans, pro quo frequentius in hac re apud poëtas et alios legitur *gemmans.* Martial. de pauone XIII. 70 *miraris quoties gemmantes explicat alas.* Plin. L. X. C. 20. *gemmantes laudatus expandit colores.* Ita et Stat. Silv. II. IV 26. *quem non gemmata volucris Junonia cauda vinceret.* Habet tamen Martial. III. LVIII. 13. *gemmei pauones.* De pauonibus laudant Tertull. de Pall. C. 3. De iis etiam non pauca congesserunt Bochart in Hieroz. P. II. L. II. C. 16. p. 204. et Broukhus. ad Prop. L. II. El. XVIII. 59. *explicas.* Proprie et suauiter. cl. Sattler. *entfaltest du den Schwanz, so sind die Federn all mit Edelsteinen bunt besetzt.* Ceteroquin duplex illa metaphora in hoc versu, et a pictura et a gemmis ducta, displicet cl. Schirachio, quae tamen apte posita cl. Tzschuckio recte videtur.

Vs 9. *Quo*, intellige *fine*, ad quam rem. Formula indignantis. Laudant Scheffer. et Heinsius Cic. Verr. IV. *Martis vero signum, quo mihi, pacis auctori.* Hor. I. Epp. V. 12. *quo mihi fortuna, si non conceditur vsus*; al. *vti.* Ovid. Her. II. 53. vbi vid. Heinsius. Adde Ovid. III. Am. IV. 41. et Virg. Ecl. VI. 23. ad quem locum videndus Servius. *mi.* Supplendum *dedisti*; cf. vs. 2. *mutam*

Fatorum arbitrio partes sunt vobis datae:
Tibi forma, vires aquilae, luscinio melos,
Augurium coruo, laeua cornici omina,
Omnes quae propriis sunt contentae dotibus.

Vs. 10. Romulus Div. *factorum* (Vlmens. *fatorum*) *arbitrio a Diis datae sunt partes omnibus vobis.* Perottus; *vobis sunt datae*; Bentlejus: *Fatorum arbitrio partes sunt auibus datae.*

Vs. 13. *Omnes quae.* Harius, Bentlej. Cuningham. Danet.

---

speciem. Intelligenda pulleritudo, cum qua non conjunctus est cantus suauis. Laudat Brotierius locum Ovidii Medic. Faciei vs. 33. sq. post Burmannum, *Laudatas homini volucris Junonia pennas Explicat, et forma muta superbit auis.* Ita Quinctil. VI. J. O. C. 1. p. 447. Edit. Gronov. *miserorum etiam mutus adspectus lacrymas mouet,* i. e. solus miserorum adspectus, quamuis illi non loquantur, lacrymas mouet. *Sono,* cantu, voce.

Vs. 10. Sunt verba Junonis. Meursius autem frustra putat, aliqua deesse. *partes.* Desumta e scena locutio, in qua alteri primae, alteri secundae adsignantur. Vid. Dan. Heins. ad Hor. I. Sat. I. 18. *Prasch.* Itaque recte cl. Sattler. *Verschiedne Rollen gab des Schicksals Willkühr euch.* Vult, fatorum arbitrio de naturae dotibus vnicuique animali propriam portionem esse tributam. De voce *portes*, absolute posita, cf. Scheff. et Burmann. Sic dicunt *ad partes venire, vocari* cet. de quibus legendus Burmann. ad Ovid. I. Amor. VIII. 87. et IV. ex Pont. II. 27. cf. etiam Epil. III. 24.

Vs. 11. *melos.* Cantus cum apta vocis modulatione et flexu. *Hoogstratan.*

Vs. 12. 13. *Augurium coruo.* Vanitas auguriorum auspicia coruorum fausta a dextra, a laeua infausta jactabat. Plaut. Aul. IV. III. 1. Bip. *non temere est, quod coruus cantat mihi nunc a laeua manu.* Cic. Div. I. 39. *quid habet augur, cur a dextra coruus, a sinistra cornix faciat ratum?* Plinius vero L. X. C. 12. *corui in auspiciis soli videntur intellectum habere significationum suarum.* Vnde coruus Apollini sacer. *Lacun.* Fausta, felicia, ex vulgari superstitione. Vid. paullo ante locum Cic. coll. Virg. Ecl. IX. 15.

Vs. 13. *Quae,* aues. *dotibus.* Eodem sensu Ouidius habet *dotes ingenii.* Art. II. 112. et Plin. L. III. Ep. 3. *dotes na-*

Noli affectare, quod tibi non est datum,
Delusa ne spes ad querelam recidat.

Lallemant. alii legunt *omnesque*. Ita conjecerat Heinsius. Vid. L. I. VIII. 8. Sed in scriptis et editis est *omnes quae*. Quam lectionem etiam defendit Drakenb. ad Liv. XXVIII. 12. T. IV. p. 187. *dotibus*. MSS. Pith. Rem. et Editt. habent *vocibus*, quod ante Codicem Perotti repertum tuebatur Burmannus. Sed jam olim Heinsius et Bentlejus legi volebant *dotibus*, quae emendatio postea confirmata est MS. Perotti. Recte placuit haec lectio viris doctis Heusingero, Cuninghamo, Censori docto in Ad B. T. 52. p. 192. Brotierio, Desbillonio, Laugio in Prolegg. ad Phaedr. p. 26. Tzschuckio aliis. Sic et olim edidi. Non enim vnice tantum sermo est de dote vocis, sed omnino de dotibus, quae vnicuique animali datae sunt, vt vires aquilae, augurium corui cet. Male igitur Burmannus: sequamur scriptos, quamdiu sensus aptus subest: queritur enim pauo de voce sua, quod item queri aliae innumerae aues possent: sed illae contentae suis vocibus, Luscinio non inuident, dum aliis dotibus praestant, et si *dotibus* scripsisset Phaedrus, tamen de vocis dote deberet explicari."

Vs. 15. *recidat*. Salmasius ad oram libri et Guyet. e MS. Pith. *reccidat*, vt *rettudit*, *rettulit* et similia, sed v. Burmann. ad Ovid. I. Amor. VII. 62. et quae Heinsius notauit ad Claud. Bell. Gildon. 44. sq. et Ovid. Ep. XIV. 46. quem Burmannus citat. Adde Desbillon. ad Prol. I. 1. et Broukh. ad Prop. IV. VIII. 44. Vrsinus dedit *decidat*.

---

turae fortunaeque. cf. ad Prol. I. 3. et L. I. F. III. 13.

Vs. 14. *affectare*, nimis cupide appetere.

Vs. 15. Ne postquam spe frustratum te intellexisti, ad inanes querimonias redigaris. cf. L. V. F. VI. 7. *recidat*. Simili modo Cic. pro Sull. 32. *quam cito illa omnia ex laetitia ad luctum reciderunt*. Prima in hoc verbo longa, quia *re* in compositione anceps est. Ita Juvenal. Sat. XII. 54. ita alii. Vid. quos laudat Gifau. Ind. Lucret. v. *recidere* et Scal. Lect. Auson. L. II. C. 21. p. 145. coll. V. L.

Eamdem fabulam narrat *Romulus* L. IV. F. 4. Vid. etiam *Fontanii* L. II. F. 17. Adde fabulas elegantissimi *Pfeffelii*.

FABULA XIX.

AESOPUS AD GARRULUM.

Aesopus domino solus cum esset familia,
Parare coenam jussus est maturius.

Vs. 1. MS. Perott. *Aesopus domino cum esset solus familia.* Sic edidit Brotier. post Lallemant. MS. Pith. Rem. et Edit. Vet. *solus cum esset familia.*

Vs. 1. Sensus: cum Aesopus esset domini cujusdam seruus, isque praeter hunc vnicum nullam familiam, i. e. alios seruos, haberet. Lepide dictum. *Familiam* dici pro coetu seruorum, res nota. v. L. II. VIII. 26. et III. VII. 22. L. III. X. 24. L. IV. XXI. 23. Etsi vero Vlpian. Dig. Tit. 16. de Verb. Sign. L. 40. dicit: *Vnicus seruus familiae appellatione non continetur; ne duo quidem familiam faciunt*; et Cic. pro Caec. C. 19. *in vno seruulo familiae nomen non valere*; idem tamen Cic. l. c. C. 20. *Tam restitues, si vnus seruulus, quam si familia dejecerit vniuersa: non quo idem sit seruulus vnus, quod familia; verum quia non, quibus verbis quidque dicatur, quaeritur, sed quae res agatur.* Ex quo intelligitur, vnum seruum pro familia accipi posse, non verbo quidem, sed re, vbi seruus vnus officiis familiae vniuersis defungitur. Haec ex Desbillonii Notis excerpsi. Adde L. I. §. 17. D. *De vi et vi armata*, quam laudat cl. *Schmid* de Jurispr. Phaedr. p. 6. sq. Laudant praeterea Interpretes Prop. I. XI. 23. *Tu mihi sola domus Cynthia, sola parentes*; Ovid. Met. VIII. 635. sq. de Baucide et Philemone; Martial. XII. 88. *Verna, qui solus inopi praestat, turbam facere* dicitur, de quo loco cf. Burmann. Martial L. XII. 21. 10. *Romam tu mihi sola facis*; Sidon. Apoll. Carm. VII. fin. *respublica nostra tota Camillus erat.* Non pauca de hac locutione collegit Gudius. At Rittershus. perperam jungit *familia maturius*, i. e. citius, quam alias sollemne erat familiae, propterea recte castigatus a Fabro, Scheffero, Rigalt. Praschio.

Vs. 2. *maturius*, quam pro more consueto.

Ignem ergo quaerens, aliquot lustrauit domos;
Tandemque inuenit, vbi lucernam accenderet.
Tum circueunti fuerat quod iter longius,
Effecit breuius: namque rectâ per forum

Vs. 3. *aliquot lustrauit domos.* Perott. *domos aliquot lustrauit.*

Vs. 5. *circueunti. Circum eunti* diuisis vocibus malebat Harius, sed *circum* in compositis *m* in talibus verbis in enuntiatione amittere, nec in scriptura seruare, vt solet in aliis compositis, vt *circumuenire* cet. ex Grammaticis veteribus egregie Broukhusius ad Prop. II. IV. 26. et scribendum esse *circuire* docuit. Aliter censet Cort. ad Sallust. Jug. C. 45. p. 625. contra optimos Codices, qui et eo in loco *circuire* exhibent, et C. XLIX. *Burm.* Multi tamen, vt Bentlej. Lallement. Brotier. dederunt, *circumeunti.*

Vs. 3. *Ignem quaerens.* Igitur non excitare ignem tunc omnes poterant, vel difficilius, vt petere aliunde mallent. *Tzschuck.* Non facile negare petenti licebat. Videbatur enim alienum ab ipsa humanitate. Plaut. Trin. III. II. 53. *datur ignis, tametsi ab inimicis petas.* Vide quae notat Rittershus. ad h. l. laudans praeter alia Plaut. Aul. I. II. 12. sqq. *Caue quemquam alienum in aedis intromiseris.* Sta. *Quid si quispiam ignem quaerit.* Eue. *Exstingui volo, Ne caussae quid sit, quod te quisquam quaeritet.* Aliter h. l. edidere Bipontini. *lustrauit.* Circuiuit.

Vs. 4 *Lucernam.* Pro cereo accipit Schefferus, sed exemplum desidero. Nam in illis, quae adducit (Plaut. Asin. IV. I. 40.) de ea, quae oleo alitur, agitur, vt distinguit Apul. Met. IV. *taedas, lucernas, cereos:* et Petron. C. XXII. *lucernas humore defectas* dicit: et ita capiendum L. IV. F. XI. 1. et quis non *lucernas* ita accipit? sed ex moribus nostris cepit Schefferus, quia cum lucerna per viam currere putauit absurdum. *Burmann.* Nota Latinitatem huj. vs.

Vs. 5. Quia circumiens produxerat iter.

Vs. 6. *Effecit breuius.* Per compendia iuit. cl. Sattler. *er kürzte nun den weit herum gemachten Weg sich ab.*

Coepit redire. Et quidam e turbâ garrulus:
Aesope, medio sole, quid cum lumine?
Hominem, inquit, quaero, et abiit festinans domum.

Vs. 7. *Et quidam e turba.* Ita MSS. Pith. Rem. et Edit. Vet. Sed in MS. Per. *et* deest, probante Brotierio. Heinsius mallet, *hic quidam*, i. e. *tum*, suffragante Bentlejo; Ouveringius: *At quidam e turba*; Tollius copulam vult deleri, vt L. IV. XXI. 11. sqq. etsi vulgatam defendi posse censeat ex L. I. XXIX. 10.

Vs. 8. *quid cum lumine?* MS. Pith. Rem. Edit. Pith. Neveleti: *quid tu cum lumine?* Sed sic versus ratio non constat. Cod. Per. recte habet, *quid cum lumine.* Ita jam olim legi volebat Rittershusius, probantibus Meursio, Buehnero, Freinshemio, aliis. Atque etiam notat Burmannus, rectius *tibi* fuisset, si versus admitteret, vt Ovid. I. Art. 693. *quid tibi cum calathis?*

Vs. 9. *abiit.* Multae editiones, vt Nevel. Rigalt. Fab. Gronov. Maittar. Desbillon. *abit.* Rittershusius emendauit *abiit*, quod probant post Meursium, Gud. Salmas. plurimi Interpretes.

Vs. 7. *Coepit redire*, rediit. Vid. ad I. II. 8. Ita Graeci. Cf. Matth. XXVI. 37. *quidam e turba.* L. III. F. IX. 5. *e populo nescio quis.* Suet. Caes. C. 79. *quidam e turba.* Senec. Ep. LXXXI. *vnus e turba*; quae loca Burmann. affert. Ita et apud sacros scriptores ἐκ, vel ἀπὸ τῦ ὄχλυ. Idem Burmannus laudat Luc. IX. 38. XI. 27. Marc. IX. 17.

Vs. 8. 9. *Medio sole.* Meridie, medio die, vt supra *media via*, *media quercu.* Scheff. Egregie Schefferus hoc explicat. Sic *medium Phoebum* dixit Val. Flacc. III. 482. vbi nos plura, et *primum solem* L. II. vs. 75. *primum Phoebum* L. V. 332. et Virg. VI. Aen. 255. *primi sub lumina solis*; *medio diei.* Liv. XXXVII. 29. *Burmann.* Martial. L. III. Ep. 44. *dipsas medio perusta sole.* Hor. I. Ep. V. 3. *supremo sole*, i. e. sub vesperam. Adde Not. Gud.

Vs. 9. *Hominem quaero.* Hoc dixisse Diogenem Cynicum, testatur Diogenes Laërtius L. VI. p. 147. Ed. Lond. f. λύχνον μεθ' ἡμέραν ἅψας, ἄνθρωπόν, φησι, ζητῶ. Nota salem in Oratione Aesopi. cf. vs. 11.

Hoc si molestus ille ad animum retulit,
Sensit profecto, se hominem non visum seni,
Intempestiue qui occupato alluserit.

Vs. 10. *retulit.* MS. Pith. *rettulit.* Ita Brot. 'Bipont. Fab. Didot. sed v. V. L. ad L. III. XVIII. 15. et Not. ad eumdem locum.

Vs. 12. *alluserit.* Gud. *illuserit* e conjectura, quae lectio ab hoc loco est aliena. Vid. Not. Burm. coll. infra Not. ad h. v.

Vs. 10. *Molestus.* Proprium interpellatoris epitheton. Vid. ad Petron. C. XLIII. *Burmann.* cf. Epil. III. 2. Verte: *lästig, zudringlich. ad animum retulit,* considerauit, reputauit. Vsitatius, notante Scheffero, *animum referre ad aliquid.* Sed Rittershusio dictum videtur, vt, reuocare ad animum.

Vs. 11. *Seni.* Sic aliquoties vocatur Aesopus. v. Prol. II. 8. vbi vide; L. III. III. 14. et III. XIX. 4. cf. Graev. ad Cic. de Off. I. C. 34.

Vs. 12. *Qui alluserit,* jocari voluerit. Vs. 8. Virg. Aen. VII. 117. vbi vid. Heyne. *intempestiue,* tempore non opportuno. *occupato,* negotiis districto, nec temporis satis habenti, vt sermonibus molesti illius vacare posset. Apte Burmannus laudat Val. Max. VII. VIII. vlt. *quid hoc joco inhonestius, aut quid intempestiuius? — Alludere* autem ex interpretatione Burmanni dicuntur, qui dicto aliquo et joco, et simul vultu blando, aut renidente risum excitare conantur. Exempla suppeditabunt Notae viri docti.

Post hanc narrationem, in numero fabularum non habendam, in MS. Pith. et Rem. haec scripta erant: *Phaedri Aug. Liberti Liber III. Expl. Incipit Liber IV.* v. Brotier. et Desbillon. Recte igitur in Editione Pithoeana Principe Liber IV. orditur a fabula, *Asinus et Galli,* quae in plurimis Editionibus, post Pithoeum excusis, est vigesima Libri tertii, ad finem hujus libri immerito rejecta, cum pertineat ad librum sequentem. In Editionibus tamen Vrsini, cl. Brotierii,

Bipontinorum et Desbillonii, quibus non sine caussa obsecutus sum, Liber quartus a fabula memorata incipit, quae vulgo est vigesima Libri III. Ceteroquin, ne Libro III. deesset Epilogus, fabulam alias XXV. Libri IV. cum Brotierio et Bipontinis Epilogum fieri jussi hujus Libri, cujus Prologo ad Eutychum optime respondet. Jam olim etiam Guyetus, Gronovius, Santoroc. Lallemant. L. IV. F. XXV. ad Eutychum pertinere statuebant. Cf. Notata ad Prol. IV. 14.

EPILOGUS.

Supersunt mihi, quae scribam, sed parco sciens:
Primum, esse ne tibi videar molestior,
Distringit quem multarum rerum varietas;

Vs. 2. MSS. Pith. Rem. *Primum, esse tibi ne videar molestior*, quod ferri posse existimat cl. Brotier, cum littera *m* saepe a Phaedro non *elidatur*. Itaque edidit, post Neveletum. Pithoeus emendauerat, *Primum, tibi esse ne v. m.* cui obsequuntur Gud. Hoogstrat. Lallem. Bentlejus reponit: *primum esse videar n. t. m.* posteriore in *tibi* longa; quam transpositionem Burmannus putat arbitrariam, et minime necessariam, cum *tibi* in Phaedro et produci et corripi possit: Bentlejum tamen sequitur Cuninghamus. Harius conjicit, *videar ego molestior*; nescit Burmannus, qua elegantia, aut necessitate. Lectionem, *esse ne tibi v. m.* habent Vrsin. Fab. Scheff. Burmann. Bipontini, alii. At vero non temere rejicienda erat librorum scriptorum lectio. Vid. Burm. ad Petron. C. 43. *molestior.* Gronov. legi vult *immodestior.* Perperam. Nam immodestia consistit in procaciter petendo aliquid, vt L. II. 1. vbi modesti opponuntur cupidis; nihil vero hic petit Phaedrus, sed breuitati suae vult gratias deberi: id quod acute vidit Burmannus, fuse contra Gronov. disputans.

Vs. 1. *parco sciens.* Intellige *scribere*, i. e. dedita opera abstineo me a scribendo. Solet enim *parco* ita cum infinitiuo jungi. Liv. XXXIV. 32. extr. *parce fidem jactare.* Ovid. Her. XVI. 279. A. A. III. 457. Et sic alii saepius.

Vs. 2. *molestior.* Haec illustranda e vs. sq. Cf. L. III. F. XIX. 10. et IV. VII. 23.

Vs. 3. *Distringit.* Quem multa diuersi generis negotia distrahunt. Cic. ad Q. F. II. 16. *sic habeto, numquam me a caussis et judiciis districtiorem fuisse.* Plin. L. V. Ep. 5. n. 3. Alia loca habet Desbillon. Compara Prol. III. 1—5. Notatur hic a Burmanno, Albinus, Gallicus Interpres.

Dein, si quis eadem forte conari velit,
Habere ut possit aliquid operis residui.
Quamuis materiae tanta abundet copia,

Vs. 3. *Distringit.* MSS. Pith. Rem. Nevelet. Rigalt. 2. Fab. Lallem. Brot. Danet. al. *destringit.* Sed alii rectius *distringit*, probantibus Burmanno et Desbillonio. Haec duo verba non raro a librariis confundi, docere potest Varietas Lectionis ad L. I. XXIX. 2. L. II. v. 13. et IV. VI. 1.

Vs. 5. *aliquid operis residui.* Harius mauult *residuum*, quia Latine dici non posse censet, *aliquid operis relicti*, sed *relictum.* Hunc confutat Burmann. cujus Notas lege, coll. Notis ad h. v.

Vs. 6. *materiae.* MSS. Pith. Rem. habent *naturae* v. Brotier. Sed Gudius *naturae* veram et genuinam putat esse lectionem, vt *naturae tanta copia* idem sit, quod *copiosa rerum varietas* Epil. IV. 2. *naturae* quoque Salmasius adscripserat margini e Cod. MS. Sed *materiae* praefert Burmannus, quia auctor ea voce saepe ita vtitur. Vid. Not. ad vs. 6. Deinde natura recte *artifex foecunda omnis bonae malaeue materiae* dicitur Val. Max. I. VIII. ext. 18. non ipsa materies. *Materiae* vero hic exigunt sequentia *labori faber vt desit*, qui *materiarius* inde dictus: Reines. I. Class. Insc. 2. et *materiam* proprie de illo ligno, in quo fabri laborant, dici, notum est. Cf. Burmann. qui laudat Tennul. ad Frontin. I. V. 1. *Naturae* praeter alios edidere Gronov. Brotier. Sed frustra Burmannus ad

Vs. 4. 5. Sensus: Altera caussa, cur fabulas vltra scribere nolim, est, vt illi, qui forte hisce similes fabulas conscribere velit, aliquid materiae relinquam. In Prol. tamen L. IV. 2. mutat consilium suum. *aliquid operis residui.* Latinitatem hujus loquendi formulae multis exemplis vindicauit Burmannus, qui praeter alia laudat Ter. Phorm. IV. IV. 29. *haruspex vetuit: ante brumam autem noui negoti inciperem quid?* et Sueton. Tiber. L. XII. *excipiente classiariorum manu, et contis, atque remis, elidente cadauera, ne cui residui spiritus quidquam inesset.* Cf. V. L.

Vs. 6. *Materiae.* Phaedrus hac voce saepe de fabulis vtitur, vt Prol. I. 1. Prol. IV. 2. L. IV. 24. 7. *abundet copia.* Vid. Epil. IV. 2.

Labori faber vt desit, non fabro labor.
Breuitati nostrae praemium vt reddas, peto,
Quod es pollicitus: exhibe vocis fidem.

h. l. a Brotierio Codices confingere dicitur, qui magno numero habeant *materia*; cum sermo sit in Nota Burmanni de loco Quintiliani II. 8. *cum alterum alterius natura miscendum arbitraretur*, vbi alios codices magno numero *materia* habere dicit.

Vs. 8. *breuitati.* MSS. Pith. Rem. et multae Editiones, etiam Brotierii et Desbillonii, habent *breuitatis*; sed Heinsius, Salmasius et Tollius emendant *breuitati*, quod plurimis placuit. *praemium.* Fide Heinsii et Brotierii in MS. Pith. pro *praemium* scriptum est, *mium*, τῷ *prae* oscitantia librarii omisso, qui lapsus, judicante Brotierio, eo erat facilior, cum initium lineae esset *trae mium.* Recentiori manu superscriptum *ni.* Inde Salmasius emendauit *nimirum*, quod languidam orationem facere videtur Burmanno, qui quam vim hic habeat non videt. Gronouius conjicit *mutuum.*

Vs. 9. *pollicitus.* Rittershus. scribi vult *policitus.* Frustra. Vide Freinshem. et Burmann.

Vs. 7. Notanda figura rhetorica, quam dicunt Ἀντιμεταβολὴν. Idem ordo et lusus verborum est in illo Cic. de Off. I. 39. *ornanda est dignitas domo, non ex domo tota quaerenda: nec domo dominus, sed domino domus honestanda,* quem locum Walchius affert.

Vs. 8. 9. De sensu horum versuum cf. Exc. XII. *breuitati nostrae. Breuitas* tropice pro libro fabularum, quarum praecipuam virtutem, breuitatem, et alibi laudat, vt Prol. II. 12. et qua forte mirifice delectabatur Eutychus. Adjunctum pro subjecto. Cl. Sattler. *Gib also meinem Werkchen den versprochnen Lohn.* Sed forte rectius *breuitas* explicanda de eo, quod etsi superessent sibi, quae scriberet, et larga fabularum scribendarum in promptu esset (Vs. 1. 6.); se tamen varias ob caussas (Vs. 2—5.) a fabulis scribendis abstinere se velle dicat. Eodem sensu ista vox capienda Epil. IV. 7. vbi vide. *praemium reddas.* Vid. Catull. LXIV. 157. Virg. Aen. II. 537. *Quod es pollicitus.* Harius Particuloni haec scripta credit, et verum, qui nomen ejus ex-

Nam vita morti propior est quotidie:
Et hoc minus perueniet ad me muneris,

Vs. 11. *perueniet.* MSS. Pith. Rem. *Et hoc minus veniet,* claudicante metro; sic tamen edidere Rigalt. Rittershus. Nevel. Fab. Freinshem. Gronov. alii. Pro quo Vrsin. Scheff. Heins. reuocant *perueniet*, quibus obsecuti alii. Guyet. Maittar. Buchner. Harius conjiciunt *deueniet*; sed *perueniet* ex mente Burmanni vsitatius, vt Ovid. I. ex Pont. III. 94. Et ita ille saepius de aliis rebus. Ita apud Jurisconsultos pecunia, hereditas et similia *peruenire* ad aliquem dicuntur, rarius *deuenire* v. Burm. Gudius parum probabili conjectura *minus vsu veniet,* quod receperunt Walch. Hoogstratan. Didot. sed vellet Burmannus hoc Latine diei ostendisset, pro, hoc minus vtendi muneris erit facultas, quo magis differatur. Si quis *veniet* retinendum contendat, e conjectura Burmanni poterit legere, *Et hoc minus tui ad me veniet muneris.* Sic edidit Cuningham, et ita jam olim Faber legi posse putabat, qui etiam conjiciebat: *et hoc minus et minus ad me veniet muneris,* vt dicunt *magis magisque, minus minusque,* suffragante Daneto.

---

primebat, excidisse. Aliter sentit Burmannus. Vid. Exc. XII. ad hosce versus. *exhibe vocis fidem.* Praesta ipso opere, quod voce ac sermone promisisti. Ita *exhibere fidem* vsurpauit Col. XI. C. 1. n. 7. *inspiciendus erit villicus, an etiam domino fidem ac beneuolentiam exhibeat.* Scheffer. Paullo alio modo Ovid. Met. VII. 323. *promissaque postquam exhibuere fidem.* *Burm.* Vocis fides exhibatur, quando fit, quod promissum fuit. Cic. Off. I. 7. *credamus, quia fiat quod dictum est, appellatam fidem.* *Desbill.* Cl. Lange haec refert ad causse patronum, qui forte pollicitus erat Phaedro defensionem contra accusatores, et firmandae sententiae suae ait inseruire vs. 32. Sed parum sibi constans est vir doctus, vt a Nota ejus ad vs. 24. sq. liquido apparet. Compara interpretationem hujus loci in Exc. XII.

Vs. 10. *Vita.* Intellige vitam Phaedri. *quotidie.* Secunda producenda syllaba, vt L. II. IV. 8.

Vs. 11. *perueniet.* Eodem sensu. Suet. Aug. CI. *nec plus perventurum ad heredes suos professus est;* qui locus Scheffero debetur. Sattler.

Quo plus consumet temporis dilatio.
Si cito rem perages, vsus fiet longior:
Fruar diutius, si celerius cepero.
Languentis aeui dum sunt aliquae reliquiae,

Vs. 13. *Si c. r. p.* Nevelet. edidit: *Et c. r. p.*

Vs. 14. *celerius.* Guyetus, qui eredebat secundam in *diutius* produeendam, pro *celerius* reseribit *citius*, vt versus staret; sed secunda in *diutius* brevis facit tribrachyn. Vid. L. I. F. II. *Burm.* *cepero.* Vulgo legitur *coepero*, sc. frui; sed placuit admittere conjecturam Ritterahusii *cepero*, quam probat Burmannus, et quam receperunt Rigalt. Danet. Freinshem. Lalletuma Brot. Bipont. Jakob.

Vs. 12 — 14. *temporis.* Cum Scheffero hanc vocem refero ad praecedens *plus*, vt ponatur, vt supra *minus muneris.* Sensus: quo diutius munus differtur. Male enim jungitur *temporis dilatio.* Bene Sattler. *und immer weniger wird des Geschenks Genufs, je länger es hir ausgeschoben wird.* Cf. Martial. VI. 30.

Vs. 13. *Si cito rem perages.* Si cito effeceris, vt ego reus absoluar et dimittar, longiorem tanti muneris vsum mihi suppeditabis. cf. Excurs. XII.

Vs. 14. *cepero*, pro, accepero sc. munus. Laudat Burm. Ovid. II. Met. 694. *nitidam cape praemia vaccam.* Ita alibi saepius. v. V. L. Cum vs. 13. et 14. eamdem diuersis verbis sententiam exhibeant, Phaedrus obseruante Desbillonio, breuitati, quam paullo ante venditat, male consuluisse videtur.

Vs. 15. Quod vitae, nunc a noxiorum insolentiis pressae et moerore confectae, pars aliqua superest, i. e. quoad tali vita quodammodo frui licet. Cl. Sattler. *So lange noch des schwachen Lebens Ueberrest vorhanden. Languentis aeui.* Vis Epitheti notanda. *Aeuum* pro vita. Hor. II. Sat. VI. 97. τὸ *languens* autem non intelligendum de senectute et infirmitate corporis, vt saepe e. c. apud Ovid. ex Pont. I. IV. 5. coll. L. III. F. II. 9. Vide enim versum sq. et quae notata sunt in Exc. cit. coll. Vit. Phaedri. *reliquiae.* Val. Max. L. VI. C. 2. 10. dixit *robustas senectutis reliquias* v. Gud. Id. Val. Max. L. V. C. 6. 5. Ext. *Aristoteles supremae vitae reliquias vix custodiens.*

Auxilio locus est: olim senio debilem
Frustra adjuuare bonitas nitetur tua;
Cum jam desierit esse beneficio vtilis,
Et mors vicina flagitabit debitum.

Vs. 18. MSS. Pith. Rem. fidè Neveleti et Brotierii habeat: *cum jam desideret esse beneficio vtilius.* Corrupte. Pro quo Pithoeus et multi alii, hnic obsecuti, etiam Burmannus et Bipontini reposuerunt, *cum jam desierit esse beneficium vtile,* optimo sensu. Quae lectio cum nimium a veteri scriptura recedere videretur, Gudius ad MSS. lectionem vtique accommodatius legi vult: *cum jam desierit esse beneficio vtilis,* hoc sensu: Cum jam Phaedrus senio debilis desierit esse tuo beneficio vtilis, vt vtilis capiatur actiue, qui vti beneficio possit. Apte tuetur Gudius hanc lectionem loco Martialis L. II. Ep. 90. in quo est, *nec inutilis annis,* i. e. dum annis meis vti possum. Eamdem receperunt Richter. J. F. Gronov. Hoogstratan. Lallemant. Mascrier. Philipp. Brotier. Desbillon. Et placet Schirachio V. D. Clav. P. I. p. 393. quibus ego accedo. Displicet tamen aliis, forte frustra existimantibus, non bene Latine dici hominem alicui rei vtilem. Propterea Desbillonius verba Phaedri aliter explicat, referens τὸ *vtilis* ad vocem bonitatis, vt sensus sit: cum jam tua bonitas beneficio, collato videlicet, vtilis mihi esse desierit. Heinsius: *desierit esse beneficio locus,* e conjectura.

Vs. 19. *flagitabit.* Ita libri scripti et editi. Bentlejus et, teste Tollio, etiam Ouveringius, *flagitarit* conjiciunt, quod

---

Vs. 16. *olim.* Postquam aliquando senio fuero confectus. Haec vox enim futurum tempus notat. Vid. Tursell. p. m. 330. Virg. Aen. I. 289. et infra IV. XI. 8.

Vs. 18. Cum jam senio debilis non amplius vti poterit beneficio tuo. Cf. V. L. *Schw.* Senectus enim facit beneficium inutile, quia senex, licet accipiat, non potest diu vti, sed mors vicina non relinquet beneficio locum. *Burmann.*

Vs. 19. *Mors vicina*, propinqua, de tempore. Cic. Verr. L. I. C. 18. *Latona vicina ad pariendum* — *flagitabit debitum*, i. e. vitam, quam omnes ei debemus, cum tantum ad tempus data sit vtenda. Hor. A. P. 63. *debemur morti nos no-*

Stultum admouere tibi preces existimo,
Procliuis vltro cum sit misericordia.

praecessit *desierit*; sed Burmannus et Harius tuentur *flagitabit*, quia si admittatur emendatio Bentleji, Phaedrus diceret, cum jam mortuus fuero, quod non patitur vox *vicina*. Ad haec ista diuersitas temporum et modorum saepe studio et elegantiae caussa adhibetur ab optimis scriptoribus, de quo consules Notas Burmanni, memorantis praeter alia locum Ter. Andr. IV. I. 25. 26. vt omittam, ipsam rem h. l. postulare diuersitatem temporum. Post hunc versum Rigaltius mallet ponere vs. 26. et 27. sed post vs. 27. fingit lacunam. Frustra; bene enim cohaerent omnia.

Vs. 20. Varietatem lectionis habes in Exc. XII. ad h. v.

Vs. 21. *sit.* Suspicatur Schefferus, Phaedrum scripsisse, *procliuis cum sis misericordiae*, vt Silius L. XIII. 585. dixit, *sceleri procliuis egestas. Schw.* Non opus est, mutare in *sis*, cum Phaedrus more suo *misericordiam procliuem* dixerit, pro viro procliui per misericordiam in benignitatem, vt modo, *bonitas nitetur tua* et sexcentis aliis locis. Johnsonius ejecit *sis*, vel *sit*; sed videat, qui versus sine eo stare possit. *Burmann.*

---

straque. Senec. ad Polyb. 29. *dedit natura fratri tuo vitam, dedit et tibi, quae suo jure vsa a quo voluit, debitum suum citius exegit.* Vnde, *naturae debitum complesse*, pro, mortuum esse. Cf. Gronov. *Pedo* in Eleg. de morte Drusi, quem citat Rittershus. V. 369. sq. de vita canit: *data est sine fenore nobis mutua, nec certa persoluenda die.*

Vs. 20. 21. Stultum puto, tibi molestum esse precibus, cum, vel me non rogante (*vltro*), propensus sis ad misericordiam. *preces admouere. Ill. de Schirach.* Clav. P. I. p. 7. explicat, ab inuito obtinere studere; quae interpretatio propter vs. 21. rejicienda est. cf. Not. ad L. I. F. XIX. 6. *procliuis.* Proprie est inclinatus, pronus, vt ait Donatus; vt si clino descendas. Contrarium *accliuis*; sed longe frequentior est translatio, vbi facilitatem ad aliquid agendum notat, et idem quod *propensus.* Ter. Andr. I. I. 50. *ingenium procliue ad libidinem.* Cf. Gesneri Thes. L. L.

Saepe impetrauit veniam confessus reus:
Quanto innocenti justius debet dari?
Tuae sunt partes, fuerunt aliorum prius;

Vs. 24. sq. Vid. Excurs. XII. ad hos versus.

Vs. 22. *Confessus.* Rittershusius: sic dicitur, qui delictum suum aperte fatetur, nec dissimulat. (Etiam Desbillonius ita capit). Sed hic passiuo sensu is innuitur, qui manifesto talis est, de quo nemo dubitat, quin reus sit. Quomodo et apud Ciceronem ideo *confessa res* et *manifesta* conjunguntur. Ovid. II. ex Pont. II. 56. *non est confessi caussa tuenda rei.* Scheff. Recte hic Schefferus: sic se Ovidius *confessum reum* vocat II. ex Pont. VI. 8. non quod in judicio confessus esset culpam; sed quod manifestus reus erat, sibi delicti conscius, et ab omnibus pro reo conuicto habitus: numquam enim accusatus fuit, sed ab Augusto relegatus sine accusatione et judicio. Sic *confessus amor* apud Petron. CXXVII. pro legitimo et manifesto, quem dissimulare, vt furta sua nolebat Jupiter. *cum se confesso junxit amori Jupiter*, i. e. eum coit cum Junone sua. *Burmann.* qui plura in hanc rem notat. Ita Cic. Verr. III. 56. jungit *manifesta et confessa res.* Itaque non inepte per *reum confessum* intelligas reum manifestum quemcunque, qui cogitur crimen suum confiteri. Ceteroquin hic versus inuenitur in Gnomis Ethico - politicis, a Grutero 1610. editis, vbi vide p. 95. coll. p. 625. el. Sattler. hunc versum reddidit: *Verzeihung wird oft der gestandnen Schuld zu Theil. veniam.* Cf. L. I. F. XXII. 5. vbi vide.

Vs. 23. *debet dari* sc. venia. *Quanto Justius.* Vid. Epil. IV. 8. Totum hunc locum paullo obscuriorem explicaui in Exc. XII. ad quem lectorem ablegamus.

Vs. 24. *Tuae sunt partes.* Haec referenda ad judicium, cui praeerat Eutychus. v. Exc. cit. Hanc elegantem locutionem, petitam a Scenicis, quorum cuique sunt partes datae, multis exemplis illustrat Gudius. Vide etiam ad L. III. F. XVIII. 10. *fuerunt aliorum prius* intellige *partes.* Jam ante Eutychum alii judices muneri suo erant perfuncti, qui caussam Phaedri, nescio quo casu, reliquerant injudicatam. Hisce successit Eutychus, *tuae sunt partes — prius*, pro, antea, olim. Catull. IV. 25. LI. 15.

Dein simili gyro venient aliorum vices.
Decerne quod religio, quod patitur fides,
Et gratulari me fac judicio tuo.

Vs. 26. *potitur.* Bentlejus legit *poscit*, inuitis Hario et Burmanno, quos vide.

Vs. 27. Libri scripti hic mirum in modum interpolati sunt; cf. V. L. ad vs. 24. in Exc. XII. Notante Neveleto in

---

Vs. 25. Sensus: Deinde alii judices istud officium suscipient, qui eadem quae tu obituri sunt munera, suo quisque loco, tempore et ordine (*simili gyro*). Admodum verissimile est, annuas hic munerum vices, a magistratibus obeundas, intelligi, vt jam olim conjecit Desbillonius post Burmannum. Sed Phaedrus metuens, ne coram diuersis iisdemque injustis judicibus caussam dicere cogatur, enixe petit ab Eutycho, vt tandem aliquando in caussa sua judicet et decernat, quod religio, quod patitur fides. Alii hosce versus aliter intelligunt, de quo vid. Excurs. XII. ad vs. 24. sq. *vices.* Vid. ad Prol. III. 14.

Vs. 26. Sensus: Fer sententiam, quam salua religione, salua fide boni judicis ferre potes. *Religio*, vt L. III. F. XIII. 8. *Fides*, vt L. IV. F. XIII. 8. *Decresse* verbum judiciale, apud Liv. L. III. C. XLVII. *decresse vindicias secundum seruitutem. Gronov. fides, religio* et mox *decerne* ostendunt, ad judicem esse sermonem, qui *decernere* centies apud ICtos dicitur, et illi respondet mox *judicio tuo. Burmann.* Cl. Settler. *was redliche Gewissenhaftigkeit erlaubt.* — *patitur.* Burmannus laudat Cic. IX. ad Att. XV. *quod scribis asperius me, quam mei patiantur mores, de Dionysio scripsisse.* L. II. de Or. 1. *quantum ineuntis aetatis meae patiebatur pudor.*

Vs. 27. *Fac me gratulari*, gaudere, *judicio tuo*, fauorabili tua in caussa sententia, vt *judicio* sit ablatiuus. Nam si *gratulor* absolute sine casu personae ponatur, notat laetum esse re aliqua. v. Burm. qui de vsu hujus verbi non pauca profert, notans praeter alia locum Veget. de Art. Veterin. I. 56. *neque serui de damno domini cogitant, quod eidem contingere gratulantur.* cf. L. V. VII. 29. et ad L. IV. XII. 4. *judicio tuo.* Hic, opinor, de judicio agitur, non circa fabellas, sed circa fortunam Phaedri proferendo. *Desbill.* Hoogstratanus *judicio* datiuum esse

Excedit animus, quem proposuit, terminum;
Sed difficulter continetur spiritus,
Integritatis qui sincerae conscius,

Cod. Pith. scriptum erat; *gratulari me facere judicio tuo*, additumque a docta manu (an forte Rigaltii? v. Not. Gud.); *f. patere*; sed in MSS. Pith. et Rem. *et gratulari me tacere judicio tuo.* Vid. Brotier. *Fatere* inueniri in MS. Pith. notat Heinsius; *tatare* Gudius. Hic faciebat inde *patere*, vt et Heinsius, licet diuerso emendent modo: Gudius, *gratari me patere*; Heinsius, *me gratulari patere*. cf. Burmann qui cum *patitur* modo praecedat, conjicit, *me da judicio*; Cuninghamus vero legendum existimat: *Et g. dato mi judicio tuo.* Lectio quam dedi, auctorem habet Pithoeum, quem sequuntur plurimi.

Vs. 30. *sincerae.* Schefferus conjicit *sincere*; Heinsius *sibi verae.* Sed bene Burmannus obseruat: Si talia deberent mutari, quantus non licentiae campus aperiretur. Cf. Not.

---

ait, hoc sensu: ac me gratias agere judicio tuo; quod displicet.

Vs. 28. Ego longius profecto, quam constitueram, sum progressus, i. e. fines, quos mihi ipse praescripseram, in sermone meo transsilio. Cl. Lange: *ich bin weitläuftiger geworden, als ich wollte.* — *animus* personaliter capiendum, pro, *ego*, vt alibi. Plaut. Amph. V. I. 6. *animo male est*, pro, mihi.

Vs. 29 — 31. Sensus: Difficulter continet se homo, seu modum in verbis tenere difficile est homini, qui, conscius integritatis suae, affligitur a malis et superbis hominibus. cf. Prol. III. 40. *spiritus.* Fortasse simpliciter h. l. ponitur pro persona. Ita Vellej. L. II. C. 123. de Augusto, *subrefectus primo conspectu allaquioque carissimi sibi spiritus* (Tiberii). Plaut. IV. IV. 128. *contineri quin complectar, non queo*, i. e. non queo me continere. Aliter cl. Tzschucke, qui ad vocem *spiritus* notat: „differt hic ab animo et videtur esse ingenii vis, impetus, cui recte tribuit *continetur.*" Schefferus eleganter dici vult *spiritus* in respectu ad illam vehementiam commotionis ob injuriam acceptam. *Integritatis sincerae.* Ejusmodi Epitheta, quae abundare videntur, non culpanda sunt, cum sollemnia sint non poëtis modo, sed etiam aliis. Vid. ad Prol. I. 7. Prol. II. 4. L. II. IV. 5. Huc referenda *mitis clementia* Justini L. XXXVIII. 9.

A noxiorum premitur insolentiis.
Qui sint, requires: apparebunt tempore.
Ego, quondam legi quam puer sententiam,
Palam mutire plebejo piaculum est,

Vs. 32. *requires.* Rittershus. Vrsin. Freinshem. Bentlej. Cuningham. Didot. ediderunt *requiris.* Sed vulgatum *requires* locum suum tuari potest. Simili in re Cic. Arch. 6. *quaeres a nobis Grati.* Et C. 7. *quaeret quispiam, quid?*

Vs. 34. *mutire.* MS. Pith. corrupte *mutture.* — *piaculum.* Libri scripti Phaedri et pleraeque Editiones habent *periculum.* Sed vera lectio *piaculum*, quemadmodum jam olim Feber vo-

---

demens furor Propertii L. I. XIII. 20. at alie multa, quae coaceruauit Burmann. ad h. l. Itaque correctione Heinsii non eret opus. Vid. V. L. *noxiorum*, eorum, qui nocere possunt. Ovid. L. V. Trist. X. 22. *noxia tela.* Claudian. in Ruffin. I. 67. *noxia venena.* Adde L. II. F. I. 4. *insolentiis.* Pluralis rarior. Forte hic ed intendendum. *Tzschuck.* Satia fuerat scribere, *insolentiis*, sine praepositione. Similiter tamen homo apud Ovid. Fast. V. 709 sq. *trajectus ab ense*, et Trist. L. II. v. 421. *defensus ab armis*, memorantur. Quemadmodum autem Phaedrus *insolentias*, ita Cicero *laetitias*, *praesentias*, *audacias*, pluraliter extulit. *Desbillon.* Sejanum hisce versibus notari, est sententia Rittershusii, qui laudat praeter alios Prol. III. 45. sq. Sed hoc vix credibile, cum Liber III. Phaedri videtur scriptus esse extincto jam Sejano. cf. supra Vita Phaedri. Varumtamen, qui sint noxii, de quibus Phaedrus queritur, equidem fateor me nescire.

Vs. 32. *Qui sint requires.* Quaeres, quinam illi noxii sint, qui mihi tam male velint. *apparebunt tempore.* Pro, *in tempore*, vt plena locutione dixit Ter. Heaut. II. II. 123. *in tempore ad eam veni*, et saepe alibi. Flor. III. 3. *Marius in tempore aggressus est.* Ovid. vt noster IV. Ep. 109. *tempore abest.* *Burm.* Hisce adde Cic. Off. III. 14. *ad coenam tempore venit* et Voss. de Constr. C. 66. p. 593. Verta: *sie werden schon noch zur rechten Zeit zum Vorschein kommen.* Sattler. *mit der Zeit*, vt Graeci dicunt χρόνῳ, i. e. tandem, de quo v. Rittersh.

Vs. 34. Sententia, quam hic Phaedrus memorat, desumta est ex Ennii *Telepho*, memorata etiam Festo V. *mutire.*

Dum sanitas constabit, pulchre meminero.

lebat legi. Ita enim legitur cum in Codd. MSS. tum in Editt. vulgatis *Festi*. Vid. Not. ad vs. 34. Alii vero tribuunt τὸ *periculum* Phaedro, aut textum Festi mutanti, aut memoriae vitio ita citanti; alii librario. Hisce recte accedit Burmannus, quia alias saepe itidem aberrarunt librariorum manus, et pro *piaculo*, *periculum*, notiorem vocem obtruserunt. Vid. Heinsium ad Ovid. XV. Met. 155. et Burm. ad II. Met. 565. Desbillonius tamen e Codd. MSS. Phaedri cum Schessero, qui vulgatum tuetur, et multis aliis edidit *periculum*, addens: „Haec ipsa lectionis varietas nouum est testimonium, quo illud, quod jam demonstrauimus, has esse Phaedri fabellas, confirmatur: auctor enim si esset recens, versum Ennii retulisset, qualis in omnibus Festi exemplaribus exhibetur."

Vs. 35. *sanitas*. Heinsius *sana mens*, e conjectura non necessaria. Vid. Not. *meminero*. Alii, vt Nevelet. *memini*. Sed Rittershusius monet, versum postulare, vt legatur *meminero*, vt est in Excerptis Rigaltii. cf. Not. Heinsii. Buchnerus mallet *meminerim*; at Freinshemius obseruat, potuisse et scribi *rememini*, vt *commemini* apud Ciceronem. Sic quoque conjicit Salmasius, teste Gudio. Fide hujus viri docti in MS. Rem. erat *memin*.

Sensus ex interpretatione Gronouii: liberam vocem mittere in propatulo homini humili res est, magno luenda. *Schw.* *Mutire* est tamquam mutus signum facere, seu strepitum, siue submissa et imperfecta voce fabulari, aut vnum tantum verbum dicere. *Gesner.* in Thes. L. L. Ita contra *clam mussare* dixit Liv. XXXIII. 31. Pers. I. Sat. 119. *Men' mutire nefas? nec clam, nec cum scrobe.* *Burm.* Ter. Andr. III. II. 25. *itaque herele nihil jam mutire audeo.* Nostri *muehsen*, *munkeln*.

Vs. 35. *dum sanitas constabit*, intellige mentis; dum sana mente ero praeditus. *Dum*, quamdiu, vt vs. 15. Cic. pro Rosc. Am. 32. *dum hominum genus erit, qui accuset eo non deerit.* Vid. Tursell. p. m. 285. *sanitas*. Absolute, vt apud Sen. Controv. XII. *dementia res est, sanitati contraria.* Cic. L. XII. Div. Ep. 10. *quibus ad sanitatem redeundi potestas facta est,* pro, ad bonam mentem. Plene apud eumdem Tusc. III. 5. *ita fit vt sapientia sanitas sit animi.* Cf. Scheff *pulcre*. Vid. L. IV. XIX. 6. IV. XX. 2.

PHAEDRI

AUGUSTI LIBERTI


FABULARUM AESOPIARUM

LIBER QUARTUS.

P H A E D R I

FABULARUM AESOPIARUM

LIBER QUARTUS.



Idem Prometheus, auctor vulgi fictilis.

Phaedr. IV. XIV. 6.

P H A E D R I

AUGUSTI LIBERTI

FABULARUM AESOPIARUM

LIBER QUARTUS.

PROLOGUS AD PARTICULONEM. *)

Cum destinassem, terminum operi statuere,
In hoc, vt aliis esset materiae satis,

*) Perperam hic Prologus in Codd. MSS. in Librum V. fuit conjectus, cum ad quartum pertineat. Vid. ad vs. 14. Itaque jam olim Pithoeus, videns in Codice suo vs. 14. scriptum esse, *quartum libellum*, cum ad calcem Libri IV. rejecit. Sed cl. Brotier. rectius Libro IV. praeposuit, qui cum Bipontinis, cl. Langio, Didoto, in Editione stereotypa obsecutus sum.

Vs. 1. *terminum operi statuere.* In MSS. est, *terminum operis habere*, quod quia leges carminis respuunt. Meursius emendauit, *operis habere terminum.* Sic vulgo legitur, etiam

---

Vs. 1—3. Cum constituissem, opusculo fabularum finem addere, eo quidem consilio, vt alii, qui idem argumentum tractare vellent, haberent, quod scriberent, tacite consilium meum mutaui. *Terminum statuere.* Hanc locutionem vsurpauit Liuius, et *finem statuere* dixit Ter. Hec. I. II. 21. *Scheff. In hoc.* Saepe ita locuti Veteres pro, ideo, hoc fine. Burmannus laudat praeter alia Hygin. F. 40. *in hoc Daedalus exsul cum venisset*, vbi vide Munckeri Notas. Vell. Pat. II. 41. *in hoc scilicet, ne suspectus his foret.* Sic alibi. At cl. Tzschuck. explicat *sic*, in hoc libro, addens, nescio an recte: „*si in hoc est ideo*, Phaedrus aetatem suam videtur carpere. Sed respicit superiora.“ *materiae.* Vid. ad Prol. I. 1. coll.

Consilium tacito corde damnaui *meum.*

in Editione Burmanni et Bipontina: pro quo Salmasius reposuit ad oram libri, *terminum operi tradere.* Alii, vt Rittershus. et Barth. Adv. XXX. 22. et Ablegm. Crit. II. 23. conjiciunt, *terminum operi huic*, vel *huic addere*; Cuninghamus, *operi terminum figere*; sed Bentlejus, Johnson. Maittar. Walch. post Gud. Gronov. Schefferum, Tollium, *terminum operi statuere*: quam lectionem isti viri docti vel probant, vel in textum recepere. Secutus Desbillonius, cui *habere* in vetere scriptura non multum differre videtur a *statuere*; lectio vero *operis habere terminum*, a multis Criticis recepta, hoc sensu locutio insolita et vix Latina putanda, maxime cum *destinassem* praecesserit. Agit quidem Burmannus caussam vulgati, et multis credibile facere studet, *terminum habere* Latinum esse, quod non nego; at non ea significatione, qua hic legitur, pro finire, finem facere. In exemplis enim, a viro docto adductis, vt Ouid. I. Fast. vs. vlt. V. Fast. 602. aliis, *terminum habere* est finiri. Alia res esset, si Phaedrus scripsisset, *opus habere terminum.* Ant. Aemilius in ora Codicis notauerat, *cum destinassem habere hunc operis terminum.* v. Burm. Nonnullos *facere terminum* legere, testantur Walch. et Hoogstrat. quod praeferrem, nisi metrum respueret. Burmannus miratur, neminem reperisse, *terminum operi ponere.*

Vs. 3. *meum.* Haec vox deest in libris scriptis, nec non in Editt. Pith. Rittershus. et Neveleti. Eamdem excogitauerunt Pithoeus, Rittershus. et Salmasius ad oram libri. V. Brotier. coll. Barth. Ablegm. crit. L. II. C. 23. et Not. Gud. Gronov. et Burm. *prius* conjiciunt; vid. locum Ter. ad vs. 3. cit. Bentlejus *statim*, quod Burmanno non est verisimile; non enim probari potest, non intercessisse interuallum aliquod antequam mutaret sententiam; melius postquam jam destinasset, mutasse deberet credi.

L. IV. XXIV. 7. Epil. III. 6. *tacito corde.* Tacite; locutio singularis! Supra Epil. II 18. dixit *corde durato*, si tamen haec sunt a manu Phaedri. vid. ad l. c. L. IV. XIV. 13. *semisomno corde. damnaui.* cl. Sattler. *ich habe aufgegeben.* Curt. III. VIII. 2. *si id consilium damnaret*, quod Ter. Andr. IV. IV. 12. expressit, *repudio consilium, quod primum intenderam.*

Nam si quis talis etiam est tituli *appetens*,

Vs. 4. *tituli appetens.* Locus mendosus! In MSS. Pith. Rem. legitur: *Nam si quis talis etiam est tituli* .... Sed eum versus ita esset vltimo pede minor, Freinshemius emendauit *tituli*

Vs. 4—8. Omnis hic locus ita explicandus est: quomodo diuinare ille poterit, quaenam argumenta tractare eo consilio noluerim, vt illa ipsa cupiat memoriae tradere? (Non poterit diuinare, quas ego fabulas in homines, aliis hoc tempore molestos, jam compositas, suppresserim. *Heusinger.*) Gallice, *à dessein de lui faire naître l'envie de les transmettre à la posterité.* Quomodo istud diuinare poterit, enm quisque propria excogitandi quidlibet facultate polleat, et colore item proprio, siue propria res excogitatas exprimendi ratione vtatur? Nimirum Phaedrus multis jam exemplis, vt ipse Prol. III. 50. loquitur, *vitam hominum sui temporis et mores ostenderat*: dixerat L. III. Ep. 1. multa superesse, quae scriberet; et ab his abstinere se velle significauerat: at nunc propositum suum repudiat hac de caussa, quod vereatur, ne si quis ipsius vestigiis insistere velit, argumenta ille vel non excogitet, quae tractanda essent, vel male exsequuntur. Mens auctoris in hoc loco non omnibus obuia est. Caue, ne argumenta, quae hactenus ille se omisisse dicit, de Aesopicis generatim intelligas fabulis, quas componere praeterea potuisset; sed ea refer ad Apologos dumtaxat, qui mores corruptos Romanorum ostenderent, vitamque nefariam optimatum quorumdam carperent: opus, vt ipse magno suo malo expertus est, periculosae aleae plenissimum. *Desbillon.* Hisce adde notata in Exc. XIII. ad vs. 5.

Vs. 4. *talis tituli appetens*, similis gloriae, nempe e fabellis scribendis, cupidus. *Tituli* vocantur honorificae illae appellationes et laudes in inscriptionibus operum publicorum e. c. statuarum cet. Quae quia continebant ornamenta et honores ejus, cujus imagini erant subscriptae, inde *titulus* pro laude et gloria. Vide quae laudat Gronovius, loca, Flor. L. IV. C. 10. *Sed immensa vanitas hominis, dum titulorum cupidine Araxem et Euphratem sub imaginibus suis legi concupiscit*; Liv. XXVIII. 41. init. XXXI. 15. fin. Quibus adde Juv. Sat. X. 143. *laudis tituli que cupido.* Liv. IV. 34. *naualis victoriae vanum titulum appetiuere.* Et sic alibi.

Quo pacto diuinabit, quidnam omiserim,
Vt illud ipsum cupiat famae tradere:

appetens. Sic et Ant. Aemilius in ora codicis sui castigauit, teste Burmanno; quae lectio multis recte placuit, recepta a Koebero, Richtero, Desbillonio, aliis. Et enim est ad sensum apta, eidemque fauet locus Livii IV. 34. in Notis laudatus, cui adde Ovid. I. Art. 692. Permulti vero cum Rigaltio legere maluerunt, *tituli artifex*, quod non habet sensum commodum, cum sic *titulus* capiendum sit pro inscriptione. V. Desbillon. Edidere tamen, praeter Burmannum, Danetus, Brindlej. Lallem. Brotier. Didot. alii, *tituli artifex.* Alii tentant alia, de quo v. Exc. XIII. ad h. v. Locus hic mutilus absque integriore Codice scripto ita plene restitui vix potest, vt amplius dubitationi, non sit locus. Hinc Pithoeus, Rittershus. Nevel. alii, quod sanari posse diffidebant, intactum reliquere. *est.* Lege *erit*; alioqui versus non stabit, nisi τὸ *m* sustineat syllabam. *Faber.* Cui accedit Guyet.

Vs. 5. *diuinabit.* MSS. Pith. Rem. et Edit. Vet. vt Rittersh. Nevel. habent *damnabit*, errore manifesto librarii. Lectionem *diuinabit* primus exhibuit Rigaltius in Edit. II. ann. 1617. Qui quia non indicauit, vnde hanc eruisset, multi frustra putauerunt, eam esse Cod. Rem. lectionem. v. Brot. coll. Desbillon. Multi tamen perperam retinent *damnabit.* Meursius e. c. legi vult *q. p. damnabit qued quidquam emiserim.* Sic etiam Vrsinus, nisi quod pro *qued*, *si* legat. Barth. Adv. XXX. 22. et Ablegm. Crit. II. 23. *que pacte damnabit, quicquam omiserim* (omissa vocula *si*) *Vt illum et illum cupiam famae tradere.* Fide Burmanni Ant. Aemilius in ora codicis sui legebat: *Quo pacto damnabit, quod quicquam emiserim, Qued illum cupiam famae tradere*, vel, *si quicquam omiserim.* Porro, *quod alterum me cupiam famae tradere.* Frustra. De alia Heinsii conjectura lege ejusdem Not. in Edit. Burm. c. Not. Var. coll. Not. Burm. in Edit. majori.

Vs. 6. *Vt illud ipsum cupiat.* Libri scripti et Editiones ali-

---

Vs. 5. *quidnam omiserim*, quo vitia et homines hujus saeculi notari possent.

Vs. 6. *illud ipsum*, quod omisi. *Famae*, posteritati. Curt. VI. III. n. 17. *egregium hercule opus posteritati famaeque tradetis.*

Sua cuique cum sit animi cogitatio,
Colorque proprius? Ergo non leuitas mihi

quot (Rigalt. Rittersh. Nevel. Richter. Scheff. item Wasius in Senar. p. 68. Danet. Leonhard.) habent, *vt illum ipsum cupiam*, vnde sensus bonus elici nullus potest. Guyetus et Faber emendationem proposuerunt, *vt illud ipsum cupiat. Desbillon.* Optime Desbillonius. Est enim ineptum, *illum ipsum cupiam f. t.* legere, et quod volebat Schefferus, per *illum* masculino genere artificem, per *ipsum* vero quod Phaedrus omiserit intelligere; cum *illud ipsum*, *illa ipsa* de eodem non raro occurrant. Vid. Burm. Meursius legi vult: *Vt illum ipsum cuipiam famae traderem*; Vrsinus: *Aut non illum ipsum cupiam f. t.* Neveletus: *vt illum cupiam f. t.* Maittar. Didot. *Vt illud ipsum cupiam f. t.* Quae omnia vix placebunt. Harius: *vt ille id ipsum c. f. t.* Sed Burmanno propius ad *illum* videtur accedere *illud.*

Vs. 7. *Animi cogitatio.* Vid. Exc. XIII. ad h. v.

Vs. 8. *Colorque proprius.* In MSS. Pith. Rem. et Editt. nonnullis, vt Rigaltii 2. Schefferi est, *colorque prior*, metro et

---

Vs. 7. *animi cogitatio.* Dixit Phaedrus *animi cogitatio*, vt Cic. et Val. Max. I. I. 10. et IV. VII. 1. *animi judicium*, quod etiam cuique proprium de aliqua re judicium notat. Proprie *animi cogitatio* notat inuentionem, cum homo de nouo aliquo scripto producendo secum cogitat, (vt hic de fabula scribenda). *Burmann.* Bene cl. Tzschuck. *Ideengang.* At ill. de Schirach et cl. Sattler. vertunt *Denkungsart*; quemadmodum ille mox *color* reddit, *Charakter.*

Vs. 8. *colorque proprius.* Jam olim cepi pro scribendi ratione et indole, cuicunque scriptori, inprimis poëtis at oratoribus et vnicuique pictori propria. Sic quoque cepit Desbillonius, laudans locum Ciceronis Brut. C. 46. vbi *vrbanitatis color* vocatur ille, qui scriptorum Romae commorantium erat proprius. Alia exempla, quae probare possint, vocem *color* de ornamentis orationis adhiberi, vid. in Clav. *Ernesti* v. *color* coll. Notis Burm. ad Petron. C. II. Vertere possis *das Kolorit*, *die Manier.* Cl. Tzschuk. *Anstrich*, *Wendung.* Burmannus explicat dexteritatem et sollertiam, qua res sub fictis fabulis veras exprimit et quodam colore sibi proprio quasi tegit: de quo vir doctus vberius disputat. Alii aliter.

Sed certa ratio caussam scribendi dedit.

sensu repugnantibus, pro quo Rittershus. legendum proposuit *proprius*, addicente Guyeto 1 quae lectio, maxime cum *sua cogitatio* praecedat, merito placuit plurimis. Faber conjicit *colorque priuus*, i. e. peculiaris, proprius, in quam conjecturam, praeter Walchium, inclinat Burmannus. Eamdem receperunt Danet. Maittar. al. Suspicatur autem Faber, rudes librarios e *priuus* fecisse *prius*, quod quia non responderet τῷ *color*, alios rescripsisse *prior*. Contra Desbillonio vero videtur similius, librarium scripsisse per compendium *prius*, ex quo alter fecerit *prius*; demum tertium, qui soloecismum corrigere voluerit, reposuisse *prior*. Salmasius conjiciebat *colorque purior*: Ant. Aemilius in ora Codicis sui *colorque potior*: Freinshemius *calor propior*, quod explicat de enthusiasmo poëtico, suffragante Scheffero. Nam in Vett. Editt. est *color propior*.

Vs. 8. 9. *Leuitas*. Cum *leuitati* opponatur *certa ratio*, illud capiendum pro temere mutato et impulso animo (coll. vs. 3.) Sic intellexere Schefferus et Gronov. nec non Albinus, qui reddidit *legereté*. Non male Lallemant. explicat *inconstantiam*. Jungit enim Cicer. Phil. VII. 3. *inconstantiam, mobilitatem, leuitatem*. At *leuitas* Burmanno est vanitas, quasi essem tituli et gloriae appetens, vt L. V. VII. 1—3. *vanus animus* et *stulta leuitas* junguntur de glorioso tibicine. *Certa ratio*. Vertendum, *gute Gründe. Nicht Leichtsinn, sondern gute Gründe haben mich veranlaſst, von neuen die Feder su ergreifen.*

Vs. 10 — 14. Hunc locum vexatum ita interpretor. *Quare, Particulo, quoniam caperis*, delectaris, *fabulis* (*quas* rectius nomino *Aesopeas*, maxima ex parte ad Aesopi modum et exemplar fictas, *non Aesopi*, ab Aesopo inuentas, nam *ille*, Aesopus, *paucas* fabulas *ostendit*, narrauit, *ego plures dissero*, in lucem profero, narro, *vsus vetusto genere*, genere scribendi, quo vsus est Aesopus, *sed rebus nouis*, argumentis nouis, ex parte ex ipsis factis petitis); *quartum libellum* fabularum, quem tibi dedicaui, *nunc vaciue perleges*, otiose, animo vacuo a curis perlege. *Hunc* fabularum libellum *obtrectare*, parui facere, eleuare, *si volet malignitas*, maligni et inuidiosi homines, per me *licet*, *obtrectet*, *dum*, dummodo *non possit imitari*. Videamus nunc de singulis.

Quare, Particulo, quoniam caperis fabulis,
(Quas Aesopeas, non Aesopi, nomino,
Paucas ostendit ille, ego plures dissero,

Vs. 11. *Aesopeas.* In MSS. Pith. Rem. et Edit. Vet. legitur *Aesopias.* Sed vt constaret metri ratio, emendandum fuit *Aesopeas*, quod Αἰσωπέιοις λόγοις Graecorum respondet.

Vs. 12. *Paucas ostendit ille.* Fide Gudii in MS. Rem. legitur, *quasi paucas ille ostendit*; at Neveletus testatur in V. C. Pithoei inueniri, *quasi paucas tale ostendit.* Sic legi in vtroque Codice confirmat quoque Bentlejus. Sed Gudius vero simillima conjectura abjicit importunam voculam *quasi*, repetitam a librariis ex praecedentis versus initio, reponens e Cod. Rem. *paucas ostendit ille*, quod receperunt Hoogstratan. Richter. Leonhard. Bipontini, et placet Walchio. Etiam Burmannus istam particulam delendam censet, legi jubens, *qui paucas ostendit*, probante cl. *Jacobs* in Obseruatt. ad Phaedr. cit. Alio modo tamen lectiones Codd. MSS. exhibent Brotierius et Desbillonius. Ille enim in MSS. Pith. Rem. et non paucis Editionibus ait legi, *quasi paucas ostenderit*; hic vero notat ad h. l. „Pithoeus in suo Cod. MS. inuenit: *Quasi paucas ille ostendit*, vnde confecit et edidit, *Quasi paucas ostenderit.* Quam lectionem non pauci Editores admiserunt.“ Explicant autem τὸ

Vs. 10. *caperis*, delectaris. Vid. Prol. II. 6.

Vs. 11. *Aesopeas.* Vid. quae notantur ad titulum Prol. I.

Vs. 12. *paucas.* Opponuntur *paucas* et *plures*, *ostendere* et *differere* tamquam minora et maiora. *Tzschuck.* *ostendit.* Auctore Burmanno *ostendere* etiam est, docere, aliis proponere, narrare, et praecipue, vbi agitur de auctore celebri, qui primus quasi aperit et exponit publico, vt in loco Hor. I. Ep. XIX. 24. qui primum se *Latio Jambos ostendisse Parios* dicit. Ita Caes. B. G. V. 3. *quae in Treuiris gererentur ostendit.* Nep. Ages. I. *vt ostendimus supra.* Cf. L. V. F. V. 6. et quos laudat Burm. ad Val. Flacc. VII. 269. *ego plures dissero.* Hoc verbum veteres vsurpasse pro, narrare, in lucem proferre, Burmannus multis probat exemplis. Sic dixerunt, *rem*, *vitam*, *disserere.* Sall. Cat. V. *instituta majorum disserere*, vbi v. Cortius. Lege quae notamus ad Prol. III. 38. sq. coll. IV. XX. 8.

Vsus vetusto genere, sed rebus nouis);
Quartum libellum nunc vaciue perleges.

quasi, quia. Alii hunc locum legunt aliter. Cuninghamus suspicatur, poëtam scripsisse: *cum paucas ille ostenderit*; cl. Tzschuck. *quas si*, vt Phaedrus caussam afferat. Alias conjecturas suppeditabit Exc. XIII. ad vs. 14 fin. Guyeto hic versus suspectus videtur; Sanadon. vero et Philipp. eumdem abjiciunt. Perperam. *dissero*. Gudius *disseram*, e conjectura. Secuti Maittar. Hoogstrat. Richter. Leonhard.

Vs. 14. *Quartum libellum*. Ita edidi e MSS. Pith. Rem. et Editt. Vett. Rigalt. 2. Nevelet. Meursii, quibus praeter Scheffer. Schützium Crit. in Phaedr. Obs. p. 9. Danet. Didot. Guyet. Maittar. Brotierium, obsecuti Bipontini. Satis enim hanc

---

Vs. 13. *Vetusto genere*, i. e. genere scribendi, quo jam vsus est Aesopus. *In Aesops Manier*. cf. Desbillonii Addenda p. 48. Prol. II. 1. dixit, *Aesopi genus*, vbi vide; sed Prol. III. 29. *Librum exarabo tertium Aesopi stylo*. Compara Prol. III. 33. et IV. VII. 2. *rebus nouis*. Intellige fabulas, ab ipso Phaedro inuentas, ex parte ex ipsis factis petitas.

Vs. 14. *Quartum*. Gudius e Libri III. quem Phaedrus Eutycho dedicauit, Prologo, collato cum Epilogo L. IV. i. e. F. XXV. ejusdem libri (Epil. III. nostrae Edit.) probare studet, vtrumque librum, et tertium, et quartum, scriptum fuisse ad Eutychum; librum vero quintum censet pertinere ad Particulonem Sed vero est simillimum, Phaedrum dedicauisse Librum III. Eutycho; Particuloni quartum; quintum Phileto. Cum enim fabula alias XXV. Libri IV. apte conueniat ad Prologum Libri III. scriptum ad Eutychum, istam quidem, injusta de caussa ad finem L. IV. rejectam, cum viris doctis, quos alio loco nominaui, feci Epilogum Libri III. Deinde cum Prologus L. IV. errore manifesto Libro quinto esset praepositus, quemadmodum verba *quartum libellum* vs. 14. luculenter docent, is quidem prologus Libro IV. quem Phaedrus Particuloni sacrum esse voluit (Vs. 10.) erat reddendus. Alias enim L. V. Prologus esset duplex, L. IV. nullus. Ex quo intelligitur, perperam dici a Gudio Librum IV. Eutycho, quintum Particuloni fuisse dedicatum. Ab ipso enim Phaedro L. V. F. X. 10. Patronus indicatur, ad

Hunc obtrectare si volet malignitas,
Imitari dum non possit, obtrectet licet.
Mihi parta laus est, quod tu, quod similes tui,

lectionam vindicant cum librorum scriptorum auctoritas, tum locus Prol. III. 29. Neque objici potest, *quintum* potius dictu- rum fuisse Phaedrum, cum e Notis ad vs. 14. luculenter con- stet, prologum nostrum, immerito libro V. praepositum, per- tinere ad L. IV. et omnino Prologorum et Epilogorum ordi- nem in libris scriptis turbatum comparere. Sed Gudius, stre- nuus lectionis vulgatae obtrectator, inuitis membranis scriben- dum autumat, *quarum libellum*, sc. fabularum, quae proxime praecedunt. Quae emendatio a Burmanno aliisque multis re- cepta ast. Aliis, vt scabrities tollatur et partes melius cohae- reant, alias laceratae, placet *harum*, a. g. Lallem. cl. Tzschuck. cet. Alii hunnce Prologum ad L. V. referentes, legi volunt *quintum*, vt Ouvering. Vrsin. Cuningham. Bentlej. Desbillo- nius. Meursius nimis licenter hic versum excidissa clamat. *Nunc vacine perleges.* Vid. Exc. XIII. ad vs. 14.

---

quem Librum V. fabularum scripserat. *libellum.* Sunt qui legant *quarum libellum*, et in- telligant totum fabularum opus- culum. Non nego ita capi posse; vide enim Prol. I. 3. IV. VII. 3. Sed vox adjecta *quartum*, loco suo non mouen- da, docet, de libro IV. tantum esse sermonem. *Vaciue.* Vox rara, apud solum Phaedrum obuia, quae facile formatur a *vaciuus*, quod ponitur pro *va- cuus.* Ter. Heaut. I. I. 38. Sie *nocuus* et *nociuus*, de quo v. Heins. ad Ovid. Remed. 45. Sattler. *bey guter Musse.* Cf. V. L.

Vs. 15. *Obtrectare*, eleuare, parui facere. Vid. ad Epil. II. 10. *malignitas*, more suo pro malignis, inuidiosis. Ep. II. 10. dixit *liuor*; cf. L. IV. XX. 1.

Vs. 16. Gronouio poëta vi- detur alludere ad prouerbium, μωμεῖσθαι ῥᾷδιον ἢ μιμεῖσθαι.

Vs. 17 — 19. *Mihi parta laus est.* Bene cl. Sattler. *Mir ist es Ruhm genug.* Quod di- cit Phaedrus, Particulonem et alios, qui delectabantur fabu- lis, verba ipsius in chartas et codicillos transscripsisse, in- telligendum de prioribus fabu- larum libris, regnante Tiberio in vulgus aditis. Namque, vt supra conjeci, in Vita Phaedri sub finem, valde est probabile, posteriores fabularum libros non nisi post mortam Phaedri

Vestras in chartas verba transfertis mea,
Dignumque longâ judicatis memoriâ.
In litteratum plausum nec desidero.

Vs. 20. De Varietate Lectionis consules Exc. XIII. ad h. v.

---

juris factos esse publici. Itaque non credibile est, Phaedrum singulas, vt ipsi nascebantur, fabulas, recitasse inter amicos, super coenam, in circulis, aut aliis in conuentibus, quas illi, quia breuea essent, et tangerent ejus temporis mores et homines, in codicillos suos transscriberent; quaa est Burmanni sententia, cui fauere videtur cl. *Tzschucke.* cf. Exc. XIII. ad vs. 18. Certe de posterioribus fabularum libris haec non possunt intelligi. Immo vero suspicor, Particulonem et alios rei litterariae cupidos viros non pauca e L. I. et II. fabulis velut scite dicta vel imitatos esse, vel adhibuisse pro sententia et testimonio, et ipsa Phaedri verba saepe in scripta sua transtulisse; vel etiam, si haec displiceant, integras fabulas, quae praeter alias placerent, varios in vsus, in chartas, aut membranas, sua manu descripsisse, vt solent excerpere aliorum libros, quibus mirifice delectantur. *chartas.* Burmanno sunt codicilli pugillares, et quibus epistolas inscribebant, vide Mart. XIV. 10. 11. et I. Ep. 45. qui saepe epigrammata sua in breuea chartas conjecta memorat, vt II. Ep. 1. et alibi: et hinc inter munera Saturnalitia memorantur *chartae* ab eodem L. V. 18.

Vs. 20. Sensus: ab illiteratis plaudi mihi, non desidero. Nam *plausus illiteratus* est, qui impertitur ab illiteratis. Sattler. *Nach Beyfall ungelehrter Leute buhl' ich nicht.* Cf. tamen Exc. XIII. ad h. v.

FABULA I. *)

ASINUS ET GALLI.

FABULA II. adjecta.

DE MUSTELA ET MURIBUS.

Qui natus est infelix, non vitam modo
Tristem decurrit, verum post obitum quoque

*) Ab hac fabula librum IV. ordiuntur et MSS. Codices, et Editio Pithoeana. Qui Phaedrum posthac ediderunt, omnes, excepto Gabr. Brotierio, eam ad finem libri praecedentis, indicta caussa, rejecerunt. Hoc pacto prologum quidem exhibent (vid. vs. 12 — 20.), sed tam inexspectatum, tamque abrupte incipientem, vt mancum hunc esse quidam Critici judicauerint. Nihil ibi deest: at verba haec, *Joculare tibi videtur*, aliquid, quod praecesserit, reposcunt: porro illud ipsum est, quod fabula de Asino et Gallis continetur; hanc enim jocularem et ludricam esse, nemo non videt: sic igitur apte cohaerent omnia atque connectuntur. *Desbillon.* Duas illas fabulas ita esse edendas, docet ipsa rerum series, quae tota perit, si a se inuicem disjunguntur. *Brotier.* Cf. Notata ad vs. 12. et L. III. F. XIX. in fin. Haec fabula in Edit. Didoti stereotypa est secunda L. IV.

Vs. 1. *natus infelix.* Dictum volunt interpretes ex siderum dispositu in ipsa natali hora. Nam putabant veteres, tristi sidere natos semper inseqni diritatem natalis horae, ex disciplina Mathematicorum. Quo fit, vt quem Phaedrus dicit *natum infelicem*, is a Petronio appelletur *malo astro natus*; a Seneca vero Benef. IV. 4. 3. *duro fato et in poenam genitus*, et *astrosus* ex interpretatione Isidori in Gloss. sit *malo astro natus*. Plura dabit Cuperus L. II. Obs. 17. quem Burm. laudat. coll. Freinsh. et Gronov. Not.

Vs. 2. *Tristem*, propter varias calamitates laboriosam, aerumnosam. *Scheffer.* *decurrit.* Vid. Prop. II. XII. 41. Bip. Ter. Ad. V. IV. 5. sq. Cic. Quint. 31. fin.

Persequitur illum dura fati miseria.
Galli Cybebes circum in quaestus ducere

Vs. 4. *Cybebes.* Ita MSS. Pith. Rem. et non paucae Editiones. V. Desbillon. et Brotier. In multis tamen est *Cybeles*, ex emendatione Pithoei. Sed v. ad III. XVII. 4. et Drakenb. ad Sil. Ital. XVII. 8. quem Burmannus laudat. *circum in quaestus ducere.* In libris scriptis et multis Editt. Rittersh. Nevel. cet. legitur *circum quaestus dicere*, quae verba Rittersh. statuit per tmesin esse diuisa, *quaestus* vero positum esse per ellipsin, pro, *quaestus gratia*, vel *caussa*, more Graecorum. Cui acce-

---

Vs. 3. * *Persequitur illum.* Turbato subjecto turbatur loci concinnitas. *Tzschuck.* Apud Ovid. in simili re *prosequitur* legitur Her. Ep. VII. 111. sq. vbi tamen etiam quatuor Codices *persequitur*, vt fere semper illa verba cognata a librariis fuerunt inter se permutata. Petron. C. CXXXIX. *non solum me numen et implacabile fatum persequitur*, vbi *fatum implacabile* est durum, vt hic *dura fati miseria: miseria* vero hic proprie, quia vt Senec. de Clem. I. 16. dicit, *jumenta ad contumelias et miserias nata sunt.* — Burmann. *post obitum.* Cf. vs. 6 — 11. Immerito hoc loco Meursius Phaedrum notat, confutatus a Praschio et Scheffero, quos vide. Inter alia erudite obseruat Praschius: „Saeuitur vel in mortuorum corpus, vel in famam. Corpus vel excluditur tantum a sepultura, vel aliis modis inquietatur et vexatur. Omnia haec vt facere impium, sic pati graue tot bonorum sensu consensuque gentium habetur, ita vt haec altera mors videri possit."

Vs. 4. *Galli.* De Gallis, Cybebes sacerdotibus, v. Exc. XIV. *in quaestus.* Vt facerent quaestum. Proprium in hac re vocabulum. Vid. loc. Apuleji ad vs. 5. notatum. Particula vero *in* saepe vsum rei declarat Liv. I. 53. Id. XXXVIII. 14. Laudat etiam Burm. locum Apul. I. Met. *secundum quaestus profectus*; Heinsius Claudiani, in quo simili modo dicitur, *in quaestum venire.* Sattler. *um Brod sich zu verdienen. Circumducere Asinum solebant.* Circa tempus, quo celebrabantur sacra Cybeles, sacerdotes cum Deae imagine, asino imposita, obire vicos mendicantes solebant, cum tympano, illi deae sacrato, quo metu ac reuerentia dese quasi praesentis vel a nolentibus extorquerent victui necessaria. Hinc

Asinum solebant, bajulantem sarcinas.

dunt Taubmannus in Notis, margini Editionis Rittershusii, quae exstat in Bibliotheca Dresdensi, adscriptis, Maittar. Danet. Leonh. Didot. Hartmannus, Bipontini, alii. Nec desunt, qui *quaestus* captant pro locis, vbi fit quaestus, quod Latine dici vix putandum. Ita praeter alios explicant ill. de *Schirach.* Clav. P. I. 8. *quaestus*, et cl. *Gail.* Sed Heinsius et Gudius emendant, *circum in quaestus.* Gudius enim: „*τὸ in*, *inquit*, excidit per similitudinem antecedentis *m*: scilicet idem error in eodem codice L. I. F. VIII. *quoniam dignos adjuuat*, pro, *indignos*, vt rescribendum primi editores statim animaduerterunt —. Est *circum in quaestus ducere*, eleganti tmesi, pro circumducere ad quaestus faciendos Sic L. I. F. I. 10. Virg. L. I. Aen. 175. sq." Ego quidem istam Heinsii et Gudii

---

Babrius deae imaginem vocat *πένης σάκος δίψης τε.* v. Natal. Com. p. 968. Huc referendus locus Apul. L. VIII. Met. p. m. 331. *qui per plateas et oppida cymbalis et crotalis personantes*, *deamque Syriam circumferentes mendicare compellunt*, vbi de Metregyrtis agit: et mox p. 333. *circumgestantes* Deam iidem dicuntur. cf. Hartman. Minuc. Felix vero in *Octav.* p. m. 26. *mendicantes vicatim Deos ducunt*; quem locum erudite illustrauit *Ouzelius*, cujus Animadv. vid. p. 139. sq. De mendicantibus stipem Diis suis, quos hodie monachi imitantur, sacerdotibus, vide praeter Natal. Com. l. c. Cuperi Obs. III. 4. quem Burmann. citat.

Vs. 5 *bajulantem sarcinas.* Praeter Deae simulacrum et instrumenta, quibus vtebantur, asinus gerebat reliquas sarcinas, (*σκεύη*) a sacerdotibus ei impositas. Hinc dictus *dei gerulus*. Pulchre haec illustrat locus Apuleji L. VIII. p. m. 335. *stipes aereas*, *immo vero et argenteas*, *multis certatim offerentibus*, *sinu recepere patulo*: *nec non et vini cadum*, *et lactem*, *et caseos*, *et farris et siliginis aliquid*, *et nonnullis hordeum* Deae gerulo *donantibus*, *auidis animis corradentes omnia et in sacculos* huic quaestui *de industria praeparatos farcientes*, *dorso meo congerunt*, *vt duplici scilicet* sarcinae *pondere grauatus*, *et horreum simul et templum incederem.* Hinc prouerbium, *Asinus mysteria portans*, de quo vide Erasmi Adag. p. m. 393.

Is cum labore et plagis esset mortuus,
Detractâ pelle, sibi fecerunt tympana.

emendationem vnice puto veram, quae recepta est ab Hoogstratano, Richtero, Desbillonio; et placet cl. Tzschuckio, etsi nondum satisfaciat Burmanno. Alii tentant alia. Gronouius et Tollius conjiciunt, *circum coetus*, i. e. oppida, fora; Bentlejus *circum pagos*, vel *vicos*, habet enim Babrius πᾶσαν κώμην περιόντες. Quas conjecturas non sine rationibus repudiat Burmannus, cui *circum* absolute positum videtur pro, *circum vrbes*, *pagos*, et pro *quaestus* legendum *quaestum*, pro, *quaesitum*, i. e. ad quaestum; sed suae conjecturae nec ipse multum tribuit. Cf. Notas Batavi et quos ibi laudat viros doctos, quibus adde Schützii in Phaedr. Obs. p. 5. Harius posse *quaestu circumducere*, vt *mercede* saepius vsurpatum, dici existimat; sed exempla talis locutionis desiderat Burman. Brotierius edidit, *circum quaestu ducere*; Cuninghamus *circum festis ducere*; Schützius l. c. distinctionem tollit post *solebant*, et construit, *asinum, bajulantem sarcinas quaestus*, constructionis ordine mirum in modum turbato; Vrsinus legit *quaestui*, vt sit dissyllabum, quod nimis licentiosum videtur Scheffero.

Vs. 6. *Is*, Bentlej. *huic*, scil. vt conueniret τῷ *detracta*, et ne anacolythum admittatur, sed quot non loca essent corrigenda, si haec non placerent? nam saepe rectus casus initio periodi ponitur, cui sequentia non respondent. Sic apud Cic. II. N. D. 4. *ne aegri quidem, quia non omnes conualescunt, idcirco ars nulla medicina est*—. *Burmann.* qui plura dabit. Cuninghamus *cui cum* conjicit. —

Vs. 7. *detracta pelle.* Suspicatur Burm. *detracta e pelle.* Praeiuerat Rittershusius.

Vs. 7. *Tympana.* Erant ista tympana ex ligneo circulo, cui superinductum ex vna solum parte esset corium, illa plane effigie, qua exhibuit Laur. Pignor. de Servis (p. 86. sq.) *Scheffer.* Haec tympana aliquando virgula percutiebantur, aliquando manu impellebantur. Ovid. IV. Met. 29. *impulsa tympana palmis.* Hoogstratan. His et aliis instrumentis musicis errones isti vtebantur in suis mendicationibus. *Hartm.* Vid. quae vir doctus hic produxit loca Apuleji, ad vs. 4. cit. Ovid. Fast. IV. 183. sq. Alexandri ab Alex. G. D. II. C. 8.

Rogati mox a quodam, delicio suo
Quidnam fecissent? hoc locuti sunt modo:

Vs. 9. *Quidnam.* Rittershus. et Heins. legi volunt *quianam*, i. e. quare. *locuti.* Sic scripti et editi; sed Heins. Bentlej. Cuningham- *jocati*, e conjectura. Vulgatam tuetur Schefferus e L. I. V. 6. XXVII. 9. IV. IV. 6. V. IV. 14. Praeterea verba Gallorum non jocum, sed miserationem continere videntur. Vid. Burmann.

Memorat etiam Dionys. Hal. L. II. A. R. (p. 91. Ed. Sylb. Lips. 1691. f.) tibias. De hisce instrumentis musicis multa congessit Rosinus A. R. L. II. C. 4. cum quo comparabis Notam Schefferi ad h. v. Adde Catull. LXIII. 19. sqq.

Vs. 8. *Delicio suo.* Alii *rogati mox a quodam delicio suo: quidnam fecissent*, et intelligunt *delicium*, quod alii hoc sensu *delicias* et *delicatos*, *amatos pueros* vocant. Cf. Burm. ad Petron. XXVIII. et LXIII. et *delicium* vocari pueros et puellas elegantes in Inscriptionibus, erudite probat Gudius. Cui quidem interpretationi fauet locus Apul. L. VIII. quem affert Scioppius. Sic praeter Scioppium locum interpretantur Prasch. Scheffer. Dispontin. Rittershus. Heins. Rigalt. Brotier. quorum Notas inspice. Nostra vero distinctio, cujus auctor est Salmasius ad Hist. Aug. p. 491. recte placet Burmanno, Desbillonio, aliis, vt sit ordo: *quidnam fecissent delicio suo*, i. e. asino. (Sattler. *Liebling*) De asino, Gallorum *delicio*, vid. Voss. ad Catull. p. 165. Burmanno laudatum; inprimis Virg. Cop. 25. sq. *Huc Calybita venit.* (Sic enim praeter Salmas. ad Hist. Aug. T. II. p. 824. vbi vide, et God. in Not. ad Phaedr. e Codd. quibus Helmstad. addit Heyne, V. Cel. legunt et alii, intelligentes Gallum, matris deum vel deae Syriae sacra circumvehentem; de quo consulendus Heynius ad loc. Virg. cit.) *fessus jam sudat asellus; Parce illi; vestrum delicium est asinus;* (vbi Is. Voss. et Gronov. quos sequitur Burmann. ad Ovid. Fast. VI. 319. sqq. coll. Not. Scheff. ad Phaedr. legunt, *Vestae delicium.*) Non absurde tamen, obseruante Heynio, Gallorum delicium habetur asinus, cum tacita libidinis exprobratione. Fortasse illustrando loco Phaedri inseruiat Martial. I. 8. *Stellae delicium mei columba.* An vero *delicio* capias datino, an ablatiuo casu positum, pa-

Putabat, se post mortem securum fore,
Ecce aliae plagae congeruntur mortuo.

---

rum interesse credit Burmannus, qui vtrumque vsitatum nouit, sed praefert ablatiuum, et supplet per praepositionem *de*, suffragante Desbillonio. Vide, quos laudat scriptores, quibus adde loca, Desbillonio notata, Ter. Andr. IV. II. 26. Heaut. II. III. 76. Cf. quoque Plaut. Mil. II. II. 13.

Vs. 10. *Securum.* Liberum a labore et plagis.

Vs. 11. *Aliae plagae.* Facete alludit ad tympanorum impulsum. *Tzschuck.* Burmannus explicat non modo diuersas, sed grauiores illis, quas sentiebat viuens; citans Not. ad Petron. C. CVIII. p. 499. et Stat. VII. 807. vbi mors *alia* est deterior. Quae interpretatio sustentatur fabula graeca: *πληγὰς τοσάυτας λαμβάνειν, ὅσας ὀδὲ ζῶν ὑπέμεινεν*, nisi quis malit explicare simpliciter *diuersus*, s. *alius quam*, vt est Prol. III. 42. vbi vide; et Plaut. Pseud. Prol. 22. *qui quaerit alia his*, vbi tamen *alta is* legunt Bipontini. — *congeruntur mortuo.* Plagas congerere idem est quod caedere, ferire. Hinc Romulus, *qui putabat post mortem se esse securum, etiam post mortem caeditur.* De constructione verbi v. ad L. III. F. II. 3. coll. Hartm. Cl. Sattler. *Doch neue Schläge zählt man jezt dem Todten auf.*

Compara fabulam *Boulangeri, L'Ane et les Prêtres de Cybele* L. I. F. XVII. p. 29. *Camerarii* fabulam, quae inscripta est, *Asini pellis* p. m. 209. *Aesopi* F. 242. Hauptm. et Ernest. ad quam v. cl. Ernesti. Eamdem narrant *Romulus* Divion. et Vlmens. L. III. F. XVIII. *Anonymus Nilantii* F. XLVII. *Vincentius Bellovacensis*, in Spec. doctrin. L. IV. C. 118. Romulus tamen et Anonymus Nilantii pro Gallis sacerdotibus inducunt negotiatorem, qui asinum onustum fuste et flagello caedebat, vt citius veniret ad nundinas, lucri caussa. An Phaedrus, iniquior in sacerdotes, mutauerit personas, ab Aesopo traditas, an vero monachi Ordini sacro ignominiosam notam ita se demere posse crediderint, si pro Gallo negotiatorem inducerent, nescit Burmannus, sed alterutrum factum existimat. Equidem mallem posterius. Idem quod Phaedrus argumentum tractauit *Babrius*, cujus fragmentum reperias in *Natal. Com.* Mythol. p. 963. in Neveleti Not. ad Phaedrum, in Ej. Mythol. Aesop. p. 652. nec non in Tzetz. Chil. XIII. 264. v. *Tyrwhitti* Diss. de Babrio p. 37. Edit. Harles.

Joculare tibi videtur: et sane leue,

Vs. 12. 13. De Varietate Lectionis cf. Excurs. XV.

Vs. 12. *et sane leue.* Sic est in libris scriptis et non paucis Editt. quas ex parte nominaui in Notis. Sed emendauit Schefferus *leui*, quod jungit eum *calamo*; Virg. Ecl. V. 2. quam emendationem multi amplectuntur. Equidem lectionem Codd. retinendam putaui, cum *leue* apte opponatur τῷ *majus*, et commode explicari possit. Vid. Not. Rigalt. edidit *et sane beae*, i. e. recte, merito. Secuti Faber et Danetus. Bentlejus: *Et*

Vs. 12 — 20. In aliis Editionibus hic locus Libro IV. Prologi loco praeponitur; sed jam olim eumdem recte edidit Vrsinus post fabulam de *Asino* et *Gallis*, quae in ejus editione est prima Libri IV. Secutus Brotier. cum Bipontinis.

Vs. 12. sq. Joculare tibi videtur, quod paullo ante narraui (F. I.) Et re vera, cum non habeamus grauiorem materiam, de qua scribamus, res leues et paruas canimus, animi relaxandi caussa, id est componimus fabulas. *Joculare* refer ad fabulam de Asino et Gallis. Alii, qui hunc locum faciunt Prologum L. IV. subintelligunt: hoc scripturae genus; sed sic initium nimis abruptum esset. *Dum nihil habemus majus.* Hoc non debet ad alia negotia, quae occupatum Phaedrum haberent, referri, sed de grauiore materia, aut scribendi genere: *habere* enim dicitur quis, quod ingenio suo inuenit, aut potest proferre. Vid. infra L. V. F. V. 9. Ita Virg. Ecl. III. 52. et Ovid. II. Art. Am. 542. *nil istis ars mea majus habet*, nihil majus ego possum proferre, quod vos doceam. *Burmann. calamo ludimus.* Locutio poëtica, fortasse expressa e Virg. Ecl. I. 10. et V. 2. et a carmine bucolico translata ad fabulas. *Ludere* est animi relaxandi caussa cantare. Vsurpatur enim hoc verbum de omni re non graui et operosa ac de carmine tenui, vt h. l. de fabula. Vid. Heyne ad Virg. Ecl. I. 10. Hinc remissio per breue et leuius carmen dicitur *lusus* a Plin. L. VII. Ep. 9. n. 40. et Mart. L. VII. Ep. VIII. 9. 10. Bip. *leue.* Referendum ad materiam carminis, non calami, et jungendum τοῖς *calamo ludere*, pro, canere rem leuem, minutam; sicque recte opponitur τῷ *majus* Vs. 2. vbi vide. Simili modo Catull. LXIII. 22. Bip. dixit. *Tibicen vbi canit Phryx curuo graue calamo*, vbi tamen *graue* de

Dum nihil habemus majus, calamo ludimus;

sane rei dum nihil habemus majus, i. e. dum grauiore negotio non occupamur. Nam *leui calamo* non tolerare potest; neminem censet dixisse *leui calamo* eo sensu, quo *leuiore lyra*, quia *leuis* proprium et generale calami epitheton sit, quod nihil nouae significationis adjiciat. Sed v. Notas, coll. Not. Burmanni, qui erudite, vt solet, probat, vocem *leuis* hoc loco non respicere ad materiam calami, sed ad argumentum. Poscunt etiam Harius et Burm. exemplum locutionis, a Bentlejo propositae. Nam *quid est tibi rei mecum*, et similes ex Terentio locutiones, quas laudat, longe quid aliud notant, commercium scilicet, aut negotii aliquid, quod inter duos versari solet. Etiam ill. de Schirach vulgatum *leue* cum *calamo ludimus* jungit, ita tamen, vt positum sit aduerbialiter, hoc sensu: non aeria admodum tractamus, sed condendo carmine animi remissionem quaerimus. Vid. Clav. v. *joculare*. *majus*, Cod. Pith. *manus*, notante Neveleto ad marginem Edit. In eodem *manu* legi, testis est Heinsius, conjiciens *in manu*; sed sic versum vna syllaba abundantem facit, monente Burmanno; in eodem Codice *majus* inueniri, fide Brotierii supra dixi. Ista vero lectionis diuersitas in eodem Codice passim notata est.

---

sono graui capiendum. Vid. *Doering* V. C. ad Catulli l. c. Ovid. Trist. V. I. 7. *Laeta et juuenilia lusi*; *jocos* vero et *leuiora carmina* jungit Martial. VII. VIII. 9. 10. Ita etiam τὸ *leue* jungitur in aliis Editionibus, vt Freinshem. Gronov. Maittar. Hoogstrat. Leonhard. Richter. Bipont. Didot. Quod autem Phaedrus dixit *leue calamo ludere*, alii poëtae expresserunt, *canere leuiore lyra*, Ovid. X. Met. 150—152. *quaerere modos leuiore plectro*, Hor. Od. II. 1. vlt. ad quem locum cf. Cl. *Mitscherlich*. Quibus opponunt *majus et grauius plectrum*. Vid. paullo ante loca Ovidii et Horatii, quae Burmannus profert, quibus adde Hor. Od. IV. 2. 33. Nam heroica, tragica, lyrica cet. majore et grauiore plectro cani dicuntur, cum leuior lyra et lenius plectrum leuiorem materiam, remissioria argumenti carmina respiciat. Neque h. l. audiendus Bentl. Male Lallem. τὸ *leui calamo* reddit, *d'un style badin*. Simili modo Albinus. Non enim sermo est de calamo scriptorio, sed de fistula pastoritia ex calamo. Gf.

Sed diligenter intuere has nenias;
Quantam sub illis vtilitatem reperies?
Non semper ea sunt, quae videntur: decipit
Frons prima multos, rara mens intelligit,

Vs. 14. *diligenter.* Post hanc vocem Bentlejus intrudit *si.* Tollius: *Si diligenter intueare has nenias.*

Vs. 15. *sub illis.* MS. Pith. et Rem. *subtilis.* Vid. Nevel. et Gud. ad L. IV. F. IV. (V.) 38. Cuninghamus: *quantum vtilitatis r.*

Vs. 16. *Non semper ea sunt.* Quia praecessit *neniae*, quo *ea* referri nequit, Bentlej. legit, *non semper res sunt quod videntur.* Sed praeterquam quod sit γνώμη, siue generalis sententia (vt ipse agnoscit Bentlej.), quae separatim per se subsistit, et respicere etiam potest sequentem fabulam, vbi non farina erat, sed mustela; an *ea* non millies ponitur pro *eae res?* Sed ponamus, *nenias* intelligi, an illa variatio generis tam inusitata videri debet? Sic Cic. IV. ad Att. 10. cum praecessisset *res*, addit, *ne ista quidem desunt.* Burmann. in cujus Notis alia exempla reperias. *decipit.* MS. Pith. *despici*, vel *despicit.* Vid. Nevel. ad marginem Edit. et Gud. —

Burmann. ad h. l. et V. L. Desbillonio calamus Phaedri videtur fuisse de illorum genere, quos memorat Martial. L. IX. LXXIV. 9. Bip.

Vs. 14. *Nenias.* Fabulas. Vid. ad Prol. III. 10.

Vs. 16. *Non semper ea sunt, quae videntur.* Est sententia generalis, qua innuit, multa videri leuia, quae tamen sunt vtilia; contra quaedam interdum videri esse magni momenti, quae sunt leuia et exignam afferunt vtilitatem, imo noxia sunt. Haec vero sententia inprimis referenda ad fabulas Phaedri, maxime ad sequentem fabulam, vbi non farina erat, sed mustela, in qua tamen simul latet, nescio quis, sensus occultus. Vid. ad vs. 21. *Quae* et *ea* notant qualitatem et naturam rerum, vt in loco Cic. IV. ad Div. 2. *si ii sumus, qui esse debemus*, et Ovid. VII. Met. 430. sq. Scheffer. et Burm.

Vs. 17. *Frons prima* Prima species; Sattler. *der erste Anblick.* Ita Cic. ad Q. F. I. 5. *frons*, oculi *hominum persaepe mentiuntur.* Quinctil. J. O. VII. C. 1. sub fin. *dura prima fronte quaestio.* Id. Decl. CCCVI. *non*

Quod interiore condidit cura angulo.

Vs. 18. *Interiore.* MS. Gud. i. e. Pith. et priores Editt. vt Rittershus. Meursii, Vrsin. habent *inferiore.* Emendatio *interiore* est ab Rittershusio. *Cura.* Meursius: *quod interiore condidit cor angulo.* Frustra. Heinsius sine necessitate: *quod interiore conditur curae angulo.* Bentlejus: *quid interiore condat natura angulo.* At bene Burmannus: „non agitur, *inquit*, hic de occultis, quae natura tegit populo et vulgo minus perspicaci, sed de mente humana, siue homine, qui saepe aliud prae se fert, aliud conditum habet, vt fabella de mustela docet,

---

ita me prima frons caussae callidissima optionis simulatione decepit, qui locus Gronovio debetur. Equidem nolim cum Burmanno et Schulzio τὸ *prima frons* intelligere de titulo et indice libelli, et primis verbis, vt Ovid. Trist. I. VI. 33. — *rara mens.* Vel potest explicari *raro*; vel rari, pauci homines; vt ponatur singularis loco pluralis, quemadmodum Ovid. III. Art. 261. *rara tamen facies menda caret.* Ita Burm. intelligens ad voc. *mens* lectoris, vt L. V. F. V. 25. vbi *spectatorum* suppleri debet; vel, quod malim, *rara mens* est perspicax, exquisita, qualis solet esse rara, vt dicunt *ingenium rarissimum*, et *iuuenis rarissime* Ovid. II. Pont. III. 55. Praeclare Sattler. *der geübte Geist.*

Vs. 18. *Cura.* Explicandum omnino industria, studium. Sed cum hac sententia generali potissimum respiciat fabulas, non inepte capit Burmannus de studio et auctoris consilio, quo sub inuolucris fictarum fabularum rerum sensum tegit. Vid. quae notantur ad Epil. II. 10. *interiore angulo. Interior angulus*, quem *recessum* vocat Val. Max. VII. II. ext. 9. et Quinctilianus (J. C. I. 4. iuit. *plus habet in recessu, quam in fronte promittit*), est occultior et minus expositus sensus. Metaphoram desumtam puto ab aedificiis, quae fronte prima saepe aliud ostendunt, praesertim vbi merces venales exponuntur (Vid. ad Ovid. Nuc. 139.) quam quod interior domi angulus habet repositum. Et ita *angulus* in domo Ovidii I. Trist. III. 24. *Burm.* Notanda interpretatio cl. Sattleri: *Nicht immer sind sie* (die Fabeln), *was sie scheinen; denn es täuscht der erste Anblick viele; der geübte Geist sieht, was die Absicht in dem innersten versteckt.*

Hoc ne locutus sine mercede existimer,
Fabellam adjiciam de mustelâ et muribus.
Mustela, cum, annis et senectâ debilis,
Mures veloces non valeret assequi,
Inuoluit se farinâ, et obscuro loco

quae sub farinae specie omnes mures decipiebat, praeter vnum veterem et rerum peritum. Hic vero, aliquot jam muribus captis et enecatis, vnus modo mus callidissimus aciebat, sub farina latere hostem, vt recte haec Johnsonius explicat."

Vs. 20. *Fabellam.* Philipp. edidit *fabulam. adjiciam.* Rittershusius at Heinsius *adiciam.*

Vs. 19. sq. *Sine mercede.* Ne temere, sine fructu haec dixisse videar, fabellam adjiciam de mustela et muribus, quae probare possit veritatem dictorum. Hanc interpretationem suadet nexus, id quod etiam vidit cl. *Tzschucke*, notans ad h. l. „nexus postulat: vt probem dicta. *Merces* est fabula, quae fidem compensat quasi." Alii Interpretes aliter, de quo vid. Excurs. XV. ad h. v.

Vs. 21. *Mustela.* Guyetus Tiberium Capreis sedentem intelligit. Vix puto. Sed de exploratore quodam at emissario Tiberii, vel Sejani, caperem, qui negligenter et quasi nihil mali moliens, versans Romae, exitio multis incautis erat: nam *nemini delatorum fidem abrogatam* sub Tiberio, narrat Sueton. C. 61. *Burmann.* Cum Phaedrus fabulis suis aetatis suae mores in vniuersum notauerit; quid opus est, tot fabulas cum Burmanno ad Tiberium Sejanumue referre? Deinde non est credibile, Phaedrum delatores sub Tiberio hac fabula tetigisse, cum probabile sit, Librum IV. fabularum scriptum esse regnante Claudio. Vide Vitam Phaedri. *Annis et senecta debilis.* Compara L. I. F. XXI. 3. Epil. III. 16.

Vs. 22. *Valeret*, posset. Virg. Ecl. IX. 38. *si valeam meminisse.* Servius: *valeam*, si possim. *Hartmann.* Melius quam *posset. Tzschuck. Valere* pro posse cum infinitiuo poëtis proprium esse, docet *Jani* in Prol. de elocutionis poëticae natura. p. 8.

Vs. 23. *Inuoluit se farina.* Eleganter pro voluit se in farina, vt haec vndique adhaereret corpori, et sic tota farina videretur.

Abjecit negligenter. Mus, escam putans,
Assiluit, et compressus occubuit neci:
Alter similiter periit, deinde et tertius.

Vs. 25. *Et compressus.* Sic optime MSS. Pith. Rem. et Vet. Editt. At Rittershus. Richter. Bentlej. Cuningham. Harius emendauere *comprensus*, quod displicet. Etsi enim *compressus* et *comprensus* in MSS. saepe permutantur, quia *n* in *comprensus* saepe negligitur, aut linea superducta notatur, vt erudite monstrat Burmannus; etsi sensus *comprensus* fert, atque alio loco L. I. XXII. 1. Phaedrus sic loquitur: tamen *compressus* exquisitior lectio videtur. Vid. Notas. Nil igitur muta inuitis libris scriptis. Tollius tuetur *compressus* ex antiqua ratione scribendi; sic *cessam* pro *censam* affirmat legi in MSS. Cic. pro Arch. Burmannus mallet cum Heinsio *at compressus*, vel *comprensus*. Vid. Syllog Epp. Burm. T. V. p. 8. *At* recepere Walch. Lallem. Brotier. *neci.* Bentlej. edidit *nece.*

Vs. 26. sq. Lectio quam dedi vs. 26. est Bentlejana, cui et obsequuntur Cuninghamus et Bipontini. Legitur enim in

---

Vs. 24. *Abjecit.* Repetendum *se* e vs. praec. Verbum autem *abjicere* proprie vsurpatur de iis, quae quasi vilia et contemta neglectius habentur. Exempla hujus loquendi formulae, qua Phaedrus exquisite vtitur, congesserunt Burm. et Hartm. Vid. e. c. Nep. Hann. 9. Cic. Verr. II. 35. *haec et alia Scipio non negligenter abjecerat*, de statuis aeneis, a Verre ablatis. *Escam.* *Esca* pro cibo, item *adsilire* vs. sq. rarius apud oratores legi, neque igitur vulgaria esse, obseruat *Jani* l. c. Vid. L. I. XXVIII. 4. III. XII. 2. et alibi apud Phaedrum. *putans.* Vid. L. I. IV. 4. *adsiluit.* Apte; escam enim putabat.

Vs. 25. *Compressus.* Proprie et exquisite mus a mustela vel ore, vel vnguibus *compressus* dicitur. Ita Cic. Harusp. 25. *jam ista serpens — compressa atque illisa morietur.* Id. de N. D. II. 48. *tum admonita a squilla pinna morsu comprimit conchas.* Supra L. I. F. IX. 3. dixit *oppressum ab aquila leporem.* — *occubuit neci.* *Occumbere* dandi et accusandi casum adsciscit; sed datiuo junctum fere poëtarum est. De vtroque cl. Hartm. affert exempla, laudans Voss. de Constr. C. XXXIV. (p. m. 413. Edit. Amstel. 1695. f.) et Nolten. Lex. Antib. p. 1614. *Occumbere neci* dixit Ovid. Met. XV. 499. *morti.* Virg. II. Aen. 62.

Aliquot secutis, venit et retorridus,

MSS. Pith. et Rem. *deinde perit et tertius*, v. Brot. Ex quo efficitur, immerito castigari Bentlejnm a Burmanno. Romnlus etiam Divion. habet: *Alter similiter capitur, deinde et tertius.* Editiones Pith. Rittershus. Neveleti hunc locum ita exhibent: *A. s. d. perit, et tertius. Aliquot venit seculis rete territus.* Ineptam lectionem *rete territus*, quam dedit Pithoeus e Codice suo, Rigaltius in Edit. ann. 1617. correxit, reponens *retorridus*, fultus auctoritate Cod. Rem. V. Desbillon. Alii varie emendant. Sunt enim, qui legant *reterritus*, quód caret auctoritate. V. Burm. Meursius: *A. s. d. p. at t. Alios venit secutus recte territus. Quia* cet. *Recte territus* merito languidum et absonum videtur Burmanno. Praschius: *Alter similiter, deinde venit et tertius, Qui saepe l. e. m. e.* vt vs. 16. expungatur. Vrsinus: *A. s. d. perit, et tertius. Aliquot venit sepultis recte territus.* Heinsius: *Alter similiter deinde perit, et tertius.* Burmannus mallet legere: *Alter similiter periit, et mox tertius;* edidit tamen: *Alter similiter, deinde periit tertius.* Tollius: *Alter similiter periit, perit et tertius Aliquot necatis v. e. r.* Alii aliter; sed piget omnes omnium conjecturas proferre.

Vs. 27. Cum aliquot essent secuti priores, illos sc. qui fuernnt compressi, et illi quoque periissent, venit et vnus, sed retorridus. *Burm. Retorridus.* Epitheton ornans, cujus colorem nota. Est autem macer, contractus, rugosus, et ex aetate, et quia saepe laqueos et muscipula effugerat, longo vsu astutus, callidus. Sic plurimi capiunt interpretes. Apud Romulum Div. et Vlmens. est *major annis et cautus mus.* Proprie autem vox *retorridus* capitur de plantis et fructibus siccis. Laudant Varronis R. R. I. 9. 5. *prata retorrida*, quorum gramina nimio solis aestu exarnerunt; deinde significat, in rugss senio contractus, macer. Col. de R. R. XI. C. 87. *retorrida frons oleae*, cujus folia corrugata sunt; Cic. I. Agrar. 34. *macie torridus.* Tum vsurpatur de sene, vsu exercitato. Huc referendus locus Gell. XV. 30. *qui ab alio genere vitae detriti et* retorridi *ad litterarum disciplinas serius adeunt*, vbi *retorridi* sunt in senium vergentes, et longo vsu exercitati. Eodem modo, quo Phaedrus dixit *mus retorridus*, putant Catullum dixisse L. IV. IV. 5. *senem recoctum*, et Hor. Sat. II.

Qui saepe laqueos et muscipula effugerat:
Proculque insidias cernens hostis callidi,
Sic valeas, inquit, vt farina es, quae jaces.

V. 55. *scribam recoctum*, pro vafro, astuto. De quo plura disputant cl. *Döring* ad loc. Catull. cit. et Hartm. ad Phaedrum. Lege quae de voce *retorridus* notant Scheff. Burm. et cl. Schneider. ad Col. III. XI. 6. coll. Salmas. ad Lamprid. Alex. Sev. C. 59. Displicet Gronovius, cui *retorridus* est durus, incultus, non tener et delicatus eoque cautus.

Vs. 28. *Laqueos.* Laquei sunt fila linea, seu setae equinae, quibus et ferae quadrupedes et aues capi solent. Hor. Epod. II. Od. 35. *pauidum leporem, et aduenam laqueo gruem captat.* Hartmann. qui etiam memorat Pallad. Mart. C. 9. et Dec. C. 6. *muscipula.* Alibi se non legisse fatetur Faber, sed tamen apud Varr. R. R. I. 8. inueniri, testatur Burm. Sed dubium est in loco Varronis, vtrum a *muscipula* formatum sit, an a *muscipulum.* Ego vtrumque puto dici posse, quemadmodum *decipula* et *decipulum* et supra aranea, et *araneum. Laqueos et muscipula.* Simpliciter pro muscipulis. Nam muscipulum erat laquei genus ad capiendos mures, sed ornate singulatim poëta attingit muscipula et laqueos, per ἓν διὰ δυοῖν. Vid. Jani l. c. p. 8.

Vs. 29. *Hostis callidi.* Eleganter pro nomine mustelae repetendo. Saepius enim vidimus, delectari Phaedrum grata in appellandis animalibus varietate.

Vs. 30. *Sic valeas, vt farina es.* Ironia inest verbis, cujus vis est, vt contrarium ejus quod dicitur, intelligatur, hoc sensu: nihil negotii tecum esse volo, tu non es farina. Egregie cl. Sattler. *Sein Diener Herr Mehlklumpe! lieg er nur.* vberius hic locus illustratus est in Excurs. XV. ad h. v. *quae jaces.* De mustela, quae abjecerat se et immobilis latebat sub farina. Laudat Hartmanus L. I. F. II. 16. *hoc mersum limo cum jaceret diutius*; sed vide ad h. l.

Compara *Aesopi* F. XXVIII. Hauptm. et Ernest. *Romuli* Divion. et Vlmens. L. IV. F. II. *Fontanii* L. III. F. 18. *Camerarii* F. de Mustela p. m. 245. Cum in hac fabula desit Epimythium, Brotierius aut a Phaedro, aut a librariis censet esse omissum, addens de suo hoc: *Plerumque diffide, vt sit tibi securitas.* Sed cum vs. 16 — 18. lectori esse possint loco promythii, tali interpolatione non erat opus. Praestat enim locum relinquere sine epimythio, quam isto modo interpolare.

FABULA III.

VULPES ET VUA. *)

Fame coacta vulpis altâ in vineâ
Vuam appetebat, summis saliens viribus.

---

*) Vulpes appetere vuas et iis libenter vesci, patet ex *Nicandr.* Alexipharm. 185. Πωτέρην ὅτε βότρυν ἐσίνατο κηκὰς ἀλώπηξ. *Oppian.* Cyneg. III. 458. de vulpe, agens dicit, εὖτε, Γύμναὶ δ' ἡμερίδες περὶ πέτρυσιν ἰνδάλλωνται. *cum vites nudae sunt vuis*, i. e. hyeme, *tunc vulpes auibus et catulis leporum insidiari*; sed et ipsa sacra scriptura hoc docet: nam Cant. II. 15. vulpes perdere vineas dicitur. Et hoc egregie, etiam ex hac fabula, illustrat *Bochart.* in Hierozoic. P. I. L. III. C. 13. et in terra, quae cubilia praebet vuis, Varro I. de R. R. 8. 5. etiam vulpibus eam et hominibus saepe communem fieri notat. Et hinc quoque ex Galeno docet Mercurial. L. II. Var. Lect. 7. Graecos venatores maxime vulpes autumno quaesiuisse, quia vuis nutritae carnem gratiorem praebent. *Burmann.*

Vs. 1. *Fame coacta vulpis.* Haec ipsa verba retinuit Romulus Divion. *alta in vinea. Vinea* sc. arbor ponitur pro vite. Ita enim capi posse, non pauca exempla probant in Gesneri Thes. L. L. et Schelleri Lex. *Alta* est sublimis et ad perticas ligata. Apte laudat Schefferus Varr. I. de R. R. C. 8. 1. *multae species vineae, aliae enim humiles et sine ridicis, vt in Hispania, aliae sublimes, vt quae appellantur jugatae.* Ovid. Met. XIII. 800. dixit *vites altas*, vbi male in MSS. est *albas*, teste Burmanno. *Vineae altius positae* occurrunt apud Col. IV. 22. 7. At si quis suspicari velit, Phaedrum scripsisse *altam*, et retulisse ad vuam, *alta vua est*, quae in alto pendet; v. Scheffer. Sed prior ratio praeferenda. Habet enim et jam Romulus Divion. *alta in vinea.*

Vs. 2. *Vuam.* Docte de hac voce disputat. V. cl. *Rutgerus Ouwens* Noct. Hagan. L. I. C. 7. p. 53. sqq. Cui *vua* est tota illa acinorum collectio, qui ex pluribus scopionibus demittuntur. Cic. de Sen. C. 15. *Ineunte vere in iis* (sarmentis), *quae*

Quam tangere vt non potuit, discedens ait:
Nondum matura est, nolo acerbam sumere.
Qui, facere quae non possunt, verbis eleuant,
Adscribere hoc debebunt exemplum sibi.

---

relicta sunt, exsistit tamquam ad articulos sarmentorum ea, quae gemma dicitur: a qua oriens vua sese ostendit, non vnus acinus, sed tota vnius scopionis acinorum collectio. Hanc esse primam et propriam veramque vocis significationem, multis argumentis docet. Probat enim Passeratius ad Prop. IV. II. 13. racemos esse partem vuae et ex Ovid. Met. III. 666. et ex Virg. G. II 60. Quam Passeratii sententiam sustentat cl. *Ouwens*, loco Ovid. Trist. IV. El. VI. 9. et Col. Lib. de Arbor. C. 9. *vuae in quibus varii generis ac saporis colorisque reperiuntur acini,* vbi *acini* idem, quod in superiore loco Ovidii *racemi.* Quibus locis addit Ovid. Met. III. 484. Vulpis autem non id egisse putanda est, vt vnum racemum inde diuelleret, quo sane famem domare non poterat, sed totam vuam cupiebat, hac comesa plures petitura. Vnde Aesopi fabula 156. Hauptman. βότρυας in plurali memorat; Romulus vero Vlmensis habet: *Vulpes cum racemos vuarum plenos ac maturescentes prospiceret. Summis saliens viribus.* Nota colorem huius loquendi formulae. *Totis viribus* dixit L. I. F. XI. 7.

Vs. 3. *Tangere.* L. I. IV. 7. in re simili *attingere.*

Vs. 4. *Acerbam.* Immaturam et nondum percoctam. Proprie de pomis et fructibus gustatu asperis, vt apud Cic. de Sen. C. 15. *vua peracerba gustatu;* Romulus Divion. vero jungit *acerbam et immaturam.* Hinc sumta metaphora, *Virginem acerbam*, i. e. nondum maturam, dixit Varro ap. Non. 4. 41. *Virgo de conuiuio abdicatur ideo, quod majores nostri virginis acerbae aures Veneris vocabulis imbui noluerunt.* Hinc etiam *funus acerbum* est immaturum. Laudat Gronov. Plaut. Amph. I. I. 35. et Virg. Aen. VI. 429.

Vs. 5. *Eleuant.* Leuia et vilia esse dicunt, contemnunt. *Scheff.* Germanice dicas, *herabwürdigen, verächtlich sprechen von etwas.* Vide, quae notantur ad L. III. X. 7. *facere,* praestare, efficere.

Vs. 6. *Adscribere.* Sibi dictum putare. Verbum ex re numularia desumtum. Proprie

est in tabulis scribere, vt debitum. Scripto ergo consignata, vt debita possent iure peti, dicuntur *adscripta*. Vide Notas Burmanni. Hinc *sibi adscribere* notat, fateri, sibi deberi, tamquam ex tabulis et certa formula, attribuere, *auf sich ziehn*. Laudant locum Plinii II. N. L. VII. 26. *Oppida victoriae suae adscripsit*, et Cic. I. Inv. 49. *hoc incommodum Scipioni adscribendum videtur*. Schefferus explicat, accipere velut ex debito et suum facere. Solebant enim creditores solutam sibi apud mensarium summam iubere transscribi in suas tabulas. *Exemplum*. Pro fabula occurrit et alibi, vt L. I. F. III. 3. Prol. II. 1. Hunc versum compara cum L. I. VII. 3. et V. IX. 5. Apparet, notari hac fabula eos, qui Phaedri fabulas verbis eleuabant, etsi ipsi non possent componere fabulas.

Eamdem fabulam narrant: *Aesopus* F. 156. Hauptm. et Ernest. *Ignatius Diaconus*, vulgo Gabrias F. 18. *Romulus* Divion. et Vlmens. L. IV. 1. quos vide infra; ille enim ad scripturam Phaedri accedit propius; *Vincentius Bellovacensis* in Spec. doctrin. L. IV. C. 123. Comparabis etiam *Lessingii* L. II. F. 2. *Fontanii* L. III. F. 11. Adde cl. *Jacobs* in *Nachtr. zu Sulzer*. T. VI. P. I. p. 77. Camerarium p. m. 173.

FABULA IV.

EQUUS ET APER.

Equus sedare solitus quo fuerat sitim,
Dum sese Aper volutat, turbauit vadum.
Hinc orta lis est. Sonipes, iratus fero,

Vs. 1. 2. Constructio paullo turbatior; non tamen propterea hi versus transponendi, quod volunt Ouveringius et Walchius. *sedare.* Vide, quae de vau hujus verbi erudite obseruant Hartman. et Ciof. ad Ovid. III. Met. 415. quem Burmann. laudat. *Sitim sedare* dixit, praeter alios, Ouid. l. c. pro quo Virg. Ecl. V. 47. *sitim restinguere*, Cic. *sitim explere.* Ovid. IV. Trist. VIII. 26. *leuare sitim*, dixere. Cf. L. II. F. V. 18. *quo.* Referendum ad *vadum*, vt saepe solet relatiuum substantiuo praeponi. Vid. Prol. I. 1. it. V. VI. 7. Et alibi. *volutat.* Proprie de sue. Adducunt Interpretes loc. Col. VII. 10. 6. *nec vlla re magis gaudet, quam riuis atque coenoso lacu volutari*, et Plin. L. VIII. 51. itidem de suibus, *volutatio in luto generi grata. turbauit vadum.* Hartm. explicat, turbulentam fecit aquam, vt *vadum* omnino denotet aquam. Non male. Haec vox anim poëtia non raro est quoduis flumen, licet minime *vadum.* Cf. Barthii Adv. XIV. 12. et ad Claudian. Epith. Honor. et Mar. 142. Sed h. l. aqua concipienda est breuis et exigua, vt lutum ab imo tollere ac dissipare volutando se aper facile posset, quod jam olim notauit Desbillon. Compara supra I. II. 14. et mox F. IX. 12.

Vs. 3. *Hinc orta lis est.* Caussam litis non addidit Ignatius, vulgo Gabrias; simpliciter dicit, ἤριζεν ἵππος ἀγριωτάτῳ κάπρῳ. sed aliam, quam Phaedrus commemorat Stesichorus; aliam Horatius, de quo vide notata in fine fabulae. *Sonipes.* Ornate pro equo, per metonymiam. Vid. ad L. I. VI. 6. et I. I. 6. Praeiuisse videtur Virg. Aen. IV. 135. et IX. 600. Cl. Sattler. vertit *Lautfuſs. fera.* Synecdochice, pro apro. cf. Not. ad L. I. XII. 9.

Auxilium petiit hominis; quem dorso leuans,
Rediit ad hostem. Jactis hunc telis eques
Postquam interfecit, sic locutus traditur:

Vs. 5. In libris scriptis legitur: *Redit ad hostem laetus, jactis hunc telis eques.* Vid. Not. Rigalt. et Bentleji, *Schwabe.* Quia in Codice Pithoei fuit *laetus jactis*, quarum alterutra vox redundat, et quia *laetor* sequitur, prior abjecta fuit a viris doctis (Gronopio et aliis). Bentlejus vtramque retinere volens, corrigit, vt a Gudio aliqua parte diuersum proderet, *it in hostem laetus, jactis hunc* cet. hac quidem specie *in* pro *ad* restituens, *quia in hostem ire* est animo hostili, ad nocendum, sed *ad hostem* etiam *redit*, qui in gratiam rediturus est. Sed cum Ter. Andr. I. V. 17. dixerit, *itur ad me*, et Donatus explicet, notare hoc, *vt ad hostem*, et Plauti loco confirmet; et Hecyr. IV. I. 6. *credo ipsum ad me exire*, Donatus, *quasi litigaturum* explicet, nihili est haec obseruatio: *ad* enim *contra*, *aduersus* est, vt Guyetus docet. Vid. supra ad L. I. XXI. 5. Quare *in* et *ad* saepe eamdem vim habent, et vt recte Harius, ex serie narrationis apparet satis vis harum praepositionum, et ideo admodum temerariae sunt ejusmodi correctiones —. Vid. et Torrent. ad Hor. Epod. IX. 17. et Passerat. ad Prop. p. 422. Muncker. ad Hygin. F. 91. Nec *rediit* mutandum, nam antea turbato vado discesserat; nunc redit eodem animo, quo antea in aprum erat affectus. Sed nunc auxilio subnixus hominis infesta mente redit, vt L. III. F. II. 19. *illis reuertor hostis. Burmannus.* Rittershusii, Rigaltii 2. Fabri, Freinshem. et Daneti Editt. habent: *Rediit ad hostem laetus. hunc telis eques*, sed recte Gronov. et Burm. tuentur *jactis.* cf. Not. et paullo ante Not. Burmanni. Gudius emendat: *Petit auxilium hominis, quem dorso leuans redit. Ad hostem laetus: jactis hunc telis eques*, quae quidem lectio non sine caussa displicet Hoogstratano, Cuningham. *Adit hostem laetus tunc telis eques.*

Vs. 4. *Auxilium petiit hominis.* Hor. in eadem re L. I. Ep. X. 36. *implorauit opes hominis. dorso leuans*, quem sc. hominem cum e terra in dorsum recepisset. Lege quae de verbo *leuare* obseruat Hartman.

Vs. 5. *jactis telis.* Recte J. F. Gronov. haec vindicat. Ita Ovid. I. A. A. 210. et VIII. Met. 389. *Burm.* Adde Virg. Aen. X. 264.

Laetor, tulisse auxilium me precibus tuis;
Nam praedam cepi, et didici, quam sis vtilis.
Atque ita coëgit frenos inuitum pati.
Tum moestus ille: Paruae vindictam rei
Dum quaero demens, seruitutem reperi.
Haec iracundos admonebit fabula,
Impune potius laedi, quam dedi alteri.

Vs. 7. Cuninghamus temeraria conjectura: *Laetor tulisse auxilium me praesens tibi.*

Vs. 13. Cuninghamus: *Impune malle laedi, q. d. a.* e conjectura arbitraria, vt passim solet.

Vs. 7. *Precibus tuis.* Tibi precanti. Abstractum loco concreti, vt saepe. Eodem modo Senec. Hippol. 8. dixit *resistere precibus*, pro, resistere precanti, quem locum produxit Gesner. in Thes. L. L. et Ovid. VIII. 73. *repugnare precibus*, i. e. precanti. Burmannus explicat, ad preces tuas.

Vs. 9. *Atque ita.* Vid. ad L. I. I. 13. et Jani A. P. p. 343. *Frenos pati. Freni* et *frena*, vtrumque genus reperitur; sed *freni* carere singulari, docent Charisius et Diomedes apud Voss. de Anal. L. I. (C. 42. p. 187.) Serv. Aen. XII. 568. *frenum*, inquit, singulari numero raro lectum est. At *frenum* singulari numero occurrit apud Phaedrum ipsum L. I. F. II. 3. et Hor. L. I. Ep. X. 36. *frenos pati* est Horatii *frenum recipere. Hartman.* Eodem sensu Stat. Silv. I. II. 28. dixit *frenn momordit*, pro, vincula matrimonii admisit.

Vs. 10. 11. *Ille*, equus. *Paruae rei.* Intellige turbationem vadi. Ignatius: δι ἐχθρὰν τινὲς καὶ ἐις δυλέιαν ἑαυτὰς ἐμβαλλυσιν. Cl Sattler. *Wegen einer Kleinigkeit Nach Rache thöricht dürstend, fand ich Sklaverey.*

Vs. 12. 13. Stesichorus haec ita expressit: Ὀυτω δὲ καὶ υμεῖς ὁρᾶτε μὴ τὺς πολεμίυς βυλόμενοι τιμωρήσασθαι, ταὐτὸ παθητε τῷ ἵππῳ. Sensus: vt potius laedi nos patiamur, ita, vt illatas injurias non vlciscamur, quam vt alteri eique potentiori nos dedamus. *potius.* Elliptice, pro, *potius esse*, i. e. melius, laedi *impune*, nulla sequente poena laesionem eam, elabente reo. *Scheff.* Gudius

subaudit *velle potius*, i. e. *malle laedi*, sed prior ratio praestat. *Laedi, quam dedi.* Ἀνταναχλασις vocatur, quae elegantia non caret, si sit rara in scriptis, et tamquam ἥδυσμα et in tempore adhibeatur. cf. Rittershus.

Hanc fabulam narrauit olim *Stesichorus* Himerensibus, Phalarim, tyrannum illum immanitate nobilem, ducem aduersus hostes eligere eidemque custodes corporis dare volentibus, quemadmodum intelligi potest ex Aristotelis Rhet. L. II. C. 39. Graece etiam legitur in Edit. Aesopi Hauptm. p. 250. in Maittar. Edit. Phaedri, et in Not. Rittershusii. Eamdem e Graeca lingua germanice versam videas in Cl. *Weinzierl* Edit. Phaedri p. 250. Idem argumentum tractauit *Horatius* I. Ep. X. 34. sqq. aliter tamen Stesichorus et Horatius fabulam narrant, aliter Phaedrus, sed in vniuersum res eadem est. Stesichorus et Horatius apri quidem partes dant ceruo; sed apud illum equus solus tenebat pratum, cujus pabulum ceruus corrumpebat; hic ceruum, pugna meliorem, equum communibus herbis pepulisse commemorat. Eamdem fabulam narrant *Ignatius Diaconus*, vulgo Gabrias, F. 23. et *Nicephorus Basilaces*, editus a Leone Allatio inter Excerpta Rhetorum p. 127. Legitur quoque Nicephori Basilacis fabula in Edit. Aesopi Hauptm. p. 251. Idem ille apro substituit ceruum, et multus est in hac fabula celebratissima ornanda. Inseruit eam quoque carmini suo de Lite *Michael Hospitalius*, de quo v. Burmann. Eamdem sed non integram habet *Romulus Nilantii* App. IV. 9. qui etiam apri partes dedit ceruo. At integram exhibent fabulam memoratam cum *Romulus Diuionensis*, tum *Vlmensis* L. IV. F. 9. Adde *Camerarii* Fab. de Equo et Ceruo, p. m. 175. *Fontanii* L. IV. F. 13.

FABULA V.

P O E T A.

Plus esse in vno saepe, quam in turbâ, boni,
Narratione posteris tradam breui.

Vs. 1. *quam in turba.* Scheff. malit *quam turba*; sed nil temere mutandum, maxime cum non inuenusta sit illa praepositionis repetitio, etsi non raro negligi soleat pro arbitrio scribentis. Vid. Burmann.

Vs. 2. *breui.* Gud. vult *graui*, quia fabula non breuis sit; at viri docti recte vulgatam retinendam existimat. Vix enim potuit breuius et concinnius a Phaedro narrari ista historia. Vid. infra Notas coll. Praef. Richteri.

Vs. 1. Illustrandae Latinitati hujus loci inseruiunt illa Democriti apud Senec. Ep. VII. *vnus mihi pro populo est.* et Nep. Epam. 10. *ex quo intelligi potest, vnum hominem pluris, quam ciuitatem, fuisse. turba.* v. Vs. 29. Cl. Sattler. *Ein einziger sieht oft besser, als ein ganzer Schwarm.*

Vs. 2. *posteris.* Cf. Prol. IV. 6. et Prol. III. 32. Fortasse ex hoc loco aliquid accedit roboris conjecturae, ad Prol. III. 27. propositae. *tradam.* Ad narrationes refertur. Liv. VIII. 10. *ejus pugnae memoriam posteris tradiderunt* —. *Narratione breui.* Quia res factas commemorat, ideo vocat *narrationem*; etsi etiam L. I. XII. 2. et L. V. II. 14. *narrationem* dixerit pro fabula; sed appellat *breuem*, quia nihil habet superfluum. Sic non repetit in initio ab origine, multa de testatore, ejus familia, loco, vbi habitabat cet. narrans; sed solo τῷ *quidam* eum designat; deinde non exspatiatur in responsis ICtorum referendis, qui consulti fuere vs. 13. non etiam prosequitur euentum; sed sententia Aesopi prolata finit narrationem, breuem sane et elegantem. Haec e Notis Burmanni excerpsi. Haec narratio referenda ad ea, quae dixerat Prol. II. 8 — 10.

Quidam decedens tres reliquit filias;
Vnam formosam, et oculis venantem viros;
At alteram lanificam et frugi, rusticam;

Vs. 5. In MSS. Pith. Rem. et Editt. Vett. Nevel. Rigalt. Fab. recte legitur, *Lanificam et frugi, rusticam*; pro quo Heinsius reposuit *lanificam, frugi et rusticam*, quod placuit Maittar. Hoogstrat. Burmanno, Bentlejo, Bipontinis multisque aliis, lectione Codicum sine caussa neglecta. Nec desunt, qui jungant, *frugi rusticam*, quemadmodum dicitur *frugi homo*. Ita praeter alios, Prasch. Freinshem. et Desbillonius, qui legit: *At alteram lanificam*, et *frugi rusticam*. Brotierius distinguit, *At alteram, lanificam et frugi, rusticam*, vt cum Burmanno construendum sit, *rusticam, quae erat lanifica et frugi*. Nonnullae denique editiones distinguunt, *At alteram lanificam et frugi, rusticam*. Ita Vrsinus; nil simplicius hac distinctione. Lallemant edidit; *At alteram lanificam, et frugi et rusticam.*

Vs. 3. *decedens*, moriens. Absolute, vt Nep. Att. 2. Interdum additur *vita*. Vid. Brisson. de Verb. Signif. p. m. 401. *reliquit*. Proprie. Ter. Heaut. III. III. 41. Nep. Epam. 10. Plura habet Schefferus.

Vs. 4. *oculis venantem viros*. Erudite h. l. illustrauit Hartm. Lepide et eleganter dictum de puella, quae oculorum lasciuis ictibus insidias struebat viris, et eos ad se alliciebat. Nam verbum *venari* in re amatoria vsurpant veteres pro, captare, insidiari, dolos s. laqueos tendere, quod Plaut. Mil. IV. I. 43. expressit, *oculis venaturam facere*; Propertius vero I. I. 1. *ocellis capere*. In eadem re Graecum θηρᾶσθαι legitur, apud Xenoph. Mem. Socr. L. I. C. 2. de Alcibiade: διὰ κάλλος ὑπὸ πολλῶν καὶ σεμνῶν γυναικῶν θηρώμενος. Ad quem loc. v. *Ernesti* et *Ruhnken* in Edit. Zeun. Vid. etiam exempla a Burmanno adducta. Oculi autem formosorum sunt quasi tela, quae adspicientes feriunt. Anacr. XVI. 4—7. ad quem loc. v. Fischer. Notandus porro locus Ovid. Medicam. Fac. 27. *nec quo venentur amores refert.* Adde loc. Hor. quem Desbillon. affert, L. I. Ep. I. 78. *Sunt qui crustis et pomis viduas venentur auaras*, et quae Barthius notauit Adv. XLIII. 21. et XXXVI. 8.

Vs. 5. sq. *Lanificam*, lanae artem exercentem. Lanam enim facere honestissimarum puellarum et matronarum occupatio

Deuotam vino tertiam, et turpissimam.
Harum autem matrem fecit heredem Senex,

---

erat. Ter. And. I. I. 48. Ovid. II. Fast. 742. Vid. Barth. Adv. IV. 12. et Gronov. vs. 43. dixit *lanae dedita*, quod etiam legitur apud Liv. I. 57. de Lucretia. *frugi.* Lege, quae de hac voce erudite obseruat Perizon. ad Sanct. Min. C. 4. p. m. 616—618. it. Not. Hartman. Adhibetur h. l. absolute, quasi esset adiectiuum. Vertendum *brav*; quemadmodum jungunt *bonus* et *frugi*, *probus* et *frugi*. Ita el. Sattler. *rusticam*, quae ruri solebat telae et lanae operam dare, ex interpretatione Burmanni. „Nam veteres maxime in rure familiam ancillarum lanificarum habere solebant, quarum curam haec filia frugi videtur suscepisse, et hinc postea mater lanificae agellos, villam et omne rusticum instrumentum seposuisse narratur: et hinc construerem *rusticam, quae erat lanifica et frugi.* Sic in Leg. XII. §. 5. et 6. et L. XVI. D. de Instr. et Instr. Leg. *Lanificae, quae familiam rusticam vestiunt*, memorantur. Vide Col. XII. 3. Eodem sensu infra L. IV. XXIII. 9. *formica rustica* dicitur, quia rure vitam agebat; et Hor. II. Sat. VI. 80. *Rusticus vrbanum murem mus paupere fertur Accepisse cauo*, quem postea *agrestem* vocat vs. 107. et ita agrestes vrbanis opponi vidimus supra III. II. — Similis fere est titulus apud Spon. Misc. Erud. Antiq. bis positus p. 151. et 223. et apud Fabret. p. 252. et ante ambos in Catalect. Pith. *Hic sita est Amymone Marci, Optima et pulcherrima, Lanifica, Pia, pudica, frugi, casta, domisedo.*" *Burmann.* Alii aliter. Scheffe-rus opponit rusticam illi venanti viros oculis, et intelligit rudem et agrestem, negligentem artes illas, quibus studeat aliae puellae placere; Praschius laboriosam, conjungens *frugi rusticam.* Desbillon. *τὸ frugi rusticam* explicat vtilem et bonam rusticam, laudans Cic. Tusc. III. 8. At Schirachio V. D. *rustica* est a delicata vita atque voluptatibus aliena et labori reique rusticae dedita. V. Clav. v. *rusticus.*

Vs. 6. *deuotam*, deditam. Eodem modo Sueton. Cal. 30. *Equestrem ordinem, vt scenae arenaeque deuotum, assidue proscidit*, i. e. nimis studiosum spectaculorum scenicorum et gladiatorum. Vid. *Ernesti* ad h. l. Alia affert Schefferus. *turpissimam* sc. facie, L. III. IV. 7. quam infra vs. 41. vocat *deformem.*

Sub conditione, totam vt fortunam tribus
Aequaliter distribuat, sed tali modo:
Ne data possideant, aut fruantur; tum, simul
Habere res desierint, quas acceperint,
Centena matri conferant sestertia.

Vs. 12. *matri conferant.* Heinsius *vt conferant*, quia praecessit *ne*; sed vid. Not. ad L. I. III. 2.

Vs. 8. *fortunam.* Rarius est, singulari numero dici *fortunam* pro bonis, opibus, non tamen sine exemplo. Ovid. V. Trist. II. 57. *Nec mea concessa est aliis fortuna*; Nep. Att. 21. Bene Sattler. *Verlassenschaft.* Vid. etiam Scheffero atque Burmanno notata.

Vs. 9. *distribuat.* Alias *distribuerat* in hoc nexu Tzschuck.

Vs. 10. *data.* Burmannus distinguit *destinata* (V. 27.), heredi a defuncto relinquuntur et *data*, cum hereditate adita ea possidere incipit. Vnde ICt. in L. XLIX. §. vlt. de Legat. III. distinguit inter *attributa* et *destinata*.. Sed hic nec proprietatem, nec vsum fructum patrimonii testator vult dari. *fruantur.* Hoc verbum cum accusatiuo inueniri, notum, et probat Schefferus. Adde Phaedri III. VII. 26. et Ter. Heaut. II. IV. 21. nisi malis h. l. Zeugma esse. *tum*, tunc. Referendum ad *conferant* vs. 12. *simul.* Simulac, vt saepe.

Vs. 12. *conferant.* Conferre est, portionem suam cum altero dare, contribuere, *zusammenschiessen.* Plin. IV. Ep. 13. 5. *quantulum est ergo, collata pecunia, conducere praeceptores?* Et mox: *ego — paratus sum, pro republica nostra, quasi pro filia, vel parente, tertiam partem ejus, quod conferre vobis placebit, dare —*. *Centena sestertia.* Hoc est, centum singulae conferant, quae valent 2500 scutatos monetae italicae, vel 5000 Imper. Vide Gronov. de Sestert. *Scheffer.* Male Albinus: *elles donneroient cent sesterces à leur mere.* Sed *centena* distributionem, et singulas centum sestertia matri numerare jussas, a patre testatore significat. *Petrus Titius*, qui post Gronouium scripsit, in Commentatione sua nummaria docet, centena, vel centum sestertia summam esse 5125 Thalerorum. *Kohl.* Comment. crit. p. 103. cui ego accedo. Hisce adde Not. Leonhardi.

Athenas rumor implet. Mater sedula
Juris peritos consulit, nemo expedit,
Quo pacto non possideant, quod fuerit datum,
Fructumue capiant: deinde, quae tulerint nihil,

Vs. 15. *Quo pacto non possideant.* MS. Pith. *quo pacto si non.* Vid. Nevel. ad marginem Edit. et Gud. *fuerit.* Ita legunt plurimi Editores vt vs. 45. e. c. Rigalt. 2. Fab. Nevelet. Vrsin. Gronov. Hoogstratan. Bentlej. Cuningham. Brot. Desbillon. Didot. al. Sed Burm. edidit *fuerat*, quod etiam retinent Bipontini.

Vs. 16. *deinde quae tulerint nihil.* Bentlej. *deinde quae habuerint nihil*, indignante Burmanno.

Vs. 13. *Athenas rumor implet.* Eleganter ad exprimendum magnitudinem ejus, propter raritatem casus. Sic Ovid. Met. XII. 617. *quae gloria compleat orbem. Scheffer.* Cl. Sattler. haec vertit: *ganz Athen sprach nur davon. sedula.* Epitheton suaue, quod matrem illam officiosam, de interpretatione testamenti auxiam et (fere vt *nutrix* illa *sedula* apud Hor. Art. 116. de qua cf. Schiraehii Clav. v. *sedulus*) cursitantem, praeclare exprimit. Est enim *sedulus*, qui ex animo et bona fide *sedolo*, i. e. sine dolo, instanterque intentus est alicui rei. Vid. Gesner. in Thes. L. L.

Vs. 14. *consulit.* Proprie de Jureconsultis, vt saepe apud Ciceronem; vid. de Leg. I. 4. pro Quint. 16. et alibi. *expedit*, explicare poterat. Vid. quae notamus ad L. III. XIV. 6. *Expedire litem* saepe occurrit apud ICtos, de quo legendus Brisson. de V. S. p. m. 619.

Vs. 16. *Fructumue capiant.* Repetit negationem ex praecedenti versu Schefferus, vt mallet *fructum nec*; sed nihil opus: post negatiuam enim particulam disjunctiua particula *ve* saepe, non semper, sequitur, vt ostendimus ad Ovid. Met. III. 492. Id. Ep. II. 89. sq. vbi *fessaue*, pro, *nec fessa. Burmann.* Sensus est: nullus explicare jurisperitus potest, quomodo possit fieri, vt quod datum fuerit ex testamento, id neque possideant, neque fructum ex eo capiant: at neque possidebunt, neque fruentur, si statim alienauerint, et illud est, quod voluerat pater. Item qua ratione euenturum sit, vt quae nihil proprium consecutae

Quânam ratione conferant pecuniam.
Postquam consumta est temporis longi mora,
Nec testamenti potuit sensus colligi,
Fidem aduocauit, jure neglecto, parens.

---

hereditate fuerint, matri pecuniam conferant: at conferre poterunt, si bonis, quae hereditate venerint, diuenditis pecuniam conficiant. *Desbillon.* *tulerint.* De hoc loco videndi Burm. et Hartm. *tulerint* idem quod acceperint (Vs. 11.). Ita F. XVII. 30. *hoc feretis praemium.* Plin. V. Ep. 13. *tuli quod petebam*, i. e. consecutus sum. Hoc sensu etiam vtuntur ICti, quando aliquis hereditate, vel ex testamento quid consequitur. Exempla dat Brisson. de V. S. v. *ferre.* Ita Graeci vsurpant φέρειν δῶρα, docente Casaub. ad Athen. XI. 8. et ἀποφέρεσθαι. Theocrit. Idyll. I. 3.

Vs. 18. 19. In prosa dicas: longissimum tempus consumtum est; sed exquisitius dixit, longi temporis mora. Vsurpant autem verbum *consumere* in hac re, Caes. B. G. L. V. C. 11. *in his rebus dies circiter X. consumit.* Lege Davis. ad Hirt. B. Alex. C. 47. vbi laudat etiam hunc Phaedri locum; it. Burm. ad Ovid. II. Am. X. 27.

Vs. 19. *sensus.* Optime dicitur de sententia verborum, vel scripturae. Locis, a Cellario allatis, Cur. post p. 88. adde Ovid. III. ex Pont. IX. 34. et 43. et. V. Fast. 484. quae loca Burmanno debentur. *colligi*, intelligi. Optime ad plurium consilia et responsa. *Tzschuck.*

Vs. 20. Hic locus e Jurisprudentia Romana erudite illustratus est a J. C. E. *Wineken*, in peculiari Prol. memorata supra in Notit. Litter. de Phaedro, cujus Excerpta dedi cum in Excursu XVI. tum in hac Nota. Nempe mater trium filiarum in testamento *heres* scripta fuisse putanda est *fiduciaria* (V. 7.). Heres enim, in testamento nuncupatus rogatusque a testatore, vt alteri hereditatem restitueret, *heres* dicebatur *fiduciarius*; is vero, cui fiduciarius heres hereditatem vel totam, vt hic (Vs. 8. sq), vel partem ejus restituere debebat, *fideicommissarius* erat *heres*, ejusque hereditas *fideicommissaria* appellata. Sed officium illud, restituendi hereditatem, heredi fiduciario a testatore impositum, in foro olim Romano dicebatur *fides*, quemadmodum facile potest veterum comprobari auctorita-

Seponit moechae vestem, mundum muliebrem,

---

tibus. Illud ipsum enim *fidei alterius committere*, quod legimus in juris libris, veluti de fidecommissariis hereditatibus, de inofficioso testamento cet. et inscriptionibus apud Brisson. de Form. L. VII. C. 157. quid est aliud, quam officium restituendi imponere heredi fiduciario? cf. *Conradi* in Diss. de pacto fiduciae. Cum igitur altera testamenti pars (Vs. 10—12.) obscura esset atque ambigua, de ejus interpretatione mater consulit Jureconsultos. Qui cum hujus sensum non possent colligere, neglexit interpretationem testamenti, a Jureconsultis faciendam, (*neglecto jure*) *aduocauit*, in consilium adhibuit, *fidem*, seu officium heredis fiduciariae, vt quod huic consentaneum esset, id in diuidenda filiabus hereditate obseruaret. Istud enim non aegre intelligebat, institutam se heredem fiduciariam ideoque hereditatem a se filiabus esse restituendam. Sicque fecit; seponit enim moechae vestem, mundum muliebrem cet. Vid. vs. 21 — 26. et sic satis fecit officio heredis fiduciariae, obsecuta testamenti parti, quae minime erat obscura, *totam vt fortunam tribus aequaliter distribuat*. Ita enim volebat senex decedens. Contra alteram testamenti partem (Vs. 10—13.) pro non scripta habuit, plane vt jubent leges et ICti, si in testamento scripta sint, quae non intelligantur. Plura dabit Excurs. ad h. v. *aduocauit*. De hoc verbo forensi, quod hic vsurpatur pro *consulere*, in consilium adhibere, vid. Excurs. cit. *jure*. Lege doctam *Winekenii* de hac voce disputationem in Exc. cit.

Vs. 21. *Vestem*. Capiendum pro omni vestimentorum, a patre relictorum, copia. Ita Curt. L. V. C. 6. *vestis ingens modus*; Cic. Phil. II. 27. *pretiosa vestis, multa et lauta supellex*. *mundum muliebrem*. *Mundus*, κόσμος, dicitur ornatus muliebris, quo mulier fit *mundior*. Varr. de L. L. IV. 29. Complectitur specula, matulas, armillas, annulos, gemmas, vnguenta, vasa vnguentaria, et si qua similia dici possunt, veluti *lauatio*, riscus. Cf. Vlpian. D. de auro, argento, mundo L. 25. §. 10. *Seponit*. Hic versus et senarius Jambus, et simul Hexameter spondeis quinque constans est. Vid. Barth. Adv. XVI. 14. *Burmann*. Destinat, cf. vs. 27. Non inepte vertunt, *aussetzen*.

Lauationem argenteam, eunuchos, glabros:

Vs. 22. *Lauationem argenteam.* Praeter Vlpianum, not. praec. cit. etiam *Paulus* D. LXXXIV. Tit. II. L. 32. §. 7. argentum balneare mundo muliebri contineri dicit. Verumtamen quid sit *lauatio argentea*, de eo quidem non vna est Interpretum sententia. Rigelt. Hoogstrat. Gronov. Leonhard. Hartman. intelligunt vas ingens lotioni destinatum, s. aeriam lauatoriam, adducto testimonio Vlp. cit. Laudent etiam Sidon. Apoll. IV. Ep. 8. qui locus nil probat, Plin. L. XXXIII. 12. *argento feminae lauentur, et nisi argentea solia fastidians* cet. it. Cic. L. IX. Ep. 5. *ante te certiorem faciam, vt lauatio parata sit;* vbi tamen *lauatio* capi potest pro ipso balneo et supellectile balneari omni, quo referendi gutti, vrceoli, strigiles et alia ejusmodi. Ita enim non pauci Interpretes recte intelligunt Phaedri locum vt Scheffer. de Schirach. Tzschuck. al. Cui significationi fauet, praeter locum Ciceronis cit. Inscriptio apud Gruter. p. 181. n. 2. fortasse etiam locus Vlpiani cit. Atque etiam facile de tali apparatu intelligi potest, cum etiam *vestem* poëta dicat de omni vestimentorum copia, et Phaedrus jungat lauationis vasa et Eunuchos, quorum cura pertinebat ad balneas; Vid. mox. At Desbillonius egi censet de pelui balneari; quia, si de balneo ipso intelligatur, pretio facultates, de quibus in testamento sermo est, superaret. *eunuchos.* Eunuchorum cura ad balneas pertinebat; erant praefecti balneis muliebribus lautioribus: nam lauationis vasa et eunuchos Phaedrus conjungit. Ael. Lamprid. Alex. Sev. 22. *cum Heliogabalus mancipium eunuchorum fuisset, ad certum numerum eos redegit; nec quidquam in palatio curare voluit, nisi balneas feminarum.* Videntur quoque eunuchi diuitum feminarum deliciae fuisse. Ter. Eun. I. II. 87 sq. Lectu digna super his habet Lindenbrog. ad Eun. IV. III. cf. Brisson. de V. S. *Hartman.* Non pauca de Eunuchis, mulierculariun deliciis, congessit Rigaltius. *glabros.* Rectissime et ingeniose, vt solebat, Gudius. *Eunuchos a glabris* distinxit. *Glabri*, l. e. quibus nulli in ore, aut aliis corporis partibus pili erant, maxime in deliciis erant luxuriosis. Senec. de Brev. Vit. C. XII. *quanta celeritate, signo dato, glabri ad ministeria discurrunt?* Gloss. ἁβρὸς, *glaber, delicatus, molliculus:* et ita Glossae Petronii C. XXXII. *molles*, explicant,

Lanificae agellos, pecora, villam, operarios,
Boues, jumenta, et instrumentum rusticum:

---

qui barbam non habent. Hi et *leues*, i. e. sine barba et pilis vocantur: vid. ad Ovid. III. Fast. 745. et de mollibus viris, qui toto corpore evellunt pilos. Ovid. III. Art. 437. Hine puto Gallicum Interpretem vertisse mala, *les Eunuques delicats et effeminez. Burmann.* Isti *glabri* vocantur a Cicerone Tusc. V. 21. *pueri delitati*, vbi nonnulli legunt *delecti*, coll. Gruter. Inscr. p. 661. n. 9. a Snetonio in Aug. C. 83. *pueri minuti, quos facie et garrulitate amabiles* vndique conquirebat Augustus; at Glossar. Philox. ψιλὸς, ὁ λεῖος, *glaber, laeuis.* Vid. erudita Gudii de glabris disputatio. Ceterum male distinguunt nonnulli, *eunuchos glabros.*

Vs. 24. *Jumentà.* Cum *jumenta* distinguat a bobus, hacee appellstiona h. l. equi, asini, muli et mulae continentur. Vid. Brisson. do V. S. h. v. Itaque Scheffero non est accedendum, intelligenti equos, quos ita saepe a bobus distingui, exempla doeent, a Burmanno atque Scheffero congesta, hic taman praeter equos non inepte et asinos, mulos et mulas intelligas. Sed τὸ *pecora* vs. 23. capiendnm pro pecoribus minoribus, qualia sunt ones, et alia stercorandi caussa parata. *instrumentum rusticum*, supellex rustica omnis. Jureconsulti Romani appellant *instrumentum fundi*, intelligentes ea, quae fruetus quaerendi, cogendi, conseruandi gratia parata sunt. Vid. D. de Instruct. vel Instrum. leg. L. 8. init. et de eod. L. 12. init. Ex his vero, quae ad instrumentum fundi pertinent, memorat Phaedrus pecora, operarios, boues, jumenta (Vs. 23. sq.) quae quidem omnia frnetus quaerendi caussa parata esse dicuntur ab Vlpiano l. c. Operarii enim non sunt alii, quam *homines qui agrum colunt, et qui eos exercent praepositiue sunt his, quorum in numero sunt villici atque monitores*, quibus addit Vlpianus vasa vtilia enltnrae, quae sunt aratra, ligones, falces. cf. Schmid de Jurisprud. Phaedri. p. 15. In Cod. Rem. ad verba, *instrumentum rusticum*, antiqua manu scriptum erat: *vt caccabum, cribrum, vallos* et similis vtensilia de quibus v. Gud. Graeci dicunt, γεωργικαὶ παρασκέυαι.

Potrici plenam antiquis apothecam cadis,
Domum politam, et delicatos hortulos.

Vs. 26. Huno versum Rigaltius ponit post vs. 22. improbantibus Meursio et Prasehio, quos vide. Sed et alio modo res potest expediri. Nam si vs. 34 et 35. eum vs. 25 et 26. compares, vix dubitandum, domum politam, hortos et vina vetera ad partem potricis, non moechae pertinuisse.

Vs. 25. *Potrici.* Vid. vs. 6. *apothecam.* Est repositorium majus in superiori aedium parte, vbi reponebatur vinum. Videtur differre a *cella*, quod est minus, ad vsum seil. quotidianum. Vid. Gesner in Thes. L. L. h. v. Col. I. VI. 20. *Apothecae recte superponentur his locis, vnde plerumque fumus exoritur: quoniam vina celerius vetustescunt, quae fumi quodam tenore praecocem* (cl. *Schneider* e MSS. *praecoquem* edidit) *maturitatem trahunt.* Cui loco adde Plin. L. XIV. 4 *tantum pecuniarum, detinent vini apothecae*; it. Cio. Phil. II. 27. *apothecae totae hominibus nequissimis condonabantur*, i. e. vina, quae apothecas implerent. Cf. Dispontin. *antiquis cadis.* Sunt cadi veteris vini, vt vocat Plaut. Poen. I. II. 47. et Stich. III. I. 24. V. 35. dixit *vetera vina.* Vinum enim, in amphoris, vel cadis conditum, commendabat vetustas, et ex vetustate statuebatur eorum pretium. Hine notis et titulis, s. pittaciis signabantur, quibus indicabatur, quo consule vinum conditum et vbi natum esset, vt ita eognosci posset et patria et aetas, de quo vberius disseruit Hartman. ad h. l. Praeclare hanc in rem Hor. IV. Od. XI. 1. 2. *Est mihi nonum superantis annum Plenus Albani cadus*, ad quem locum v. *Jani.* Magnitudinem cadi ostendit Alexander ab Alex. D. G. II. 20. p. 444. Edit. Leid. ann. 1673. 8. maj. et IV. 17. p. 1096. l. c. vbi v. Tiraquellus.

Vs. 26. *Demum politam.* Mox eamdem domum vocat *luxuriae domum* (Vs. 44.) et *domum et ornamenta* (Vs. 34.) de eadem; *Nonio* vero interprete *polita* dicuntur omnia exculta et ad nitorem deducta. Hisce positis, *domum politam* explicare possis omni apparatu idoneo instructissimam, non tantum supellectile necessaria, sed iis etiam, quae ad delectationem, cultum et magnificentiam pertinent. Sie Varro R. R. I. 2. 10. habet *regie polita aedificia.* Plin. L. II. Ep. 17. *oubiculum politissimum.* Equi-

Sic destinata dare cum vellet singulis,
Et approbaret populus, qui illas nouerat,
Aesopus mediâ subito in turbâ constitit:
O si maneret condito sensus patri,

---

dem verterem, *ein geschmackvolles, prächtiges Haus.* Alii aliter. Schefferus intelligit perfectam absolutamque omni ratione, quia, *Festo* auctore, omnes perfectiones antiqui *politiones* appellabant. Cui interpretationi fauet Prol. I. 2. coll. L. IV. XX. 8. Burmannus, quem sequitur Heusinger, malit vrbanam, opere albario, vel tectorio politam: nam supra villam et agellos lanificae destinauerat, hic potrici in vrbe aedes politas. Quod etsi vir doctus erudite illustrauit; etsi domum istam opere albario exornatam fuisse, neutiquam negauerim; dubito tamen, an haec interpretatio vim τοῦ *politus* exhauriat. *delicatos hortulos.* Exquisite pro suauibus, amoenis, nitidis; vs. 34. appellat *venustos*; Graece ἁπαλοὶ κῆποι. Eodem modo Cic. Verr. V. 40. dixit *delicotum littus*, i. e. amoenum, jucundum; Martial. L. VII. 17. *ruris bibliotheca delicati, vicinam videt vndè lector vrbem.* Senec. Hippol. I. II. 210. *domûs delicata.* Omne quod pretiosum, molle, nitidum, ad pompam et ostentationem compositum est, *delicatum* vocari, docuit Cuperus L. I. Obs. C. 3. p. 22. sq. teste Burmanno. Cl. Sattler. *die niedlichen (reizenden) Lustgärtchen all.*

Vs. 27. *destinata.* Vid. ad vs. 10.

Vs. 29. *subito.* Opinione celerius. Saepe vtitur Phaedrus hac voce de improuiso euentu. Vid. L. I. II. 14. L. II. VII. 7. Et sic alibi. *constitit*, restitit. Post hoc verbum ex more Phaedri supplendum: *Et sic locutus est.* v. *Jani* A. P. p. 194.

Vs. 30. Sensus: si pater sepultus nunc sentire posset; *wenn der Vater im Grabe das wissen sollte*; Cl. Sattler. *wenn der Vater aus dem Grabe wiederkäm.* *maneret.* Superesset; ex imitatione Virg. Aen. II. 22, IV. 343. *condito.* Sepulto. Cicero de Leg. II. 22. ad haec verba Ennii de Scipione mortuo: *Hic est ille situs: Vere,* inquit, *nam siti dicuntur ii, qui conditi sunt.* *Desbillon.* Plerumque hac notione *sepulcro, terra, humo*, solet vel addi, vel subintelligi, quod Lexica docent. Multa de hoc verbo coaceruauit Hartman. *Sensus.* Dubitabant veteres, an inferis vl-

Quam grauiter ferret, quod voluntatem suam
Interpretari non potuissent Attici!
Rogatus deinde, soluit errorem omnium.
Domum et ornamenta, cum venustis hortulis,
Et vina vetera date lanificae rusticae:
Vestem, vniones, pedisequos, et cetera

Vs. 32. *potuissent.* Bentlej. et Cuningham. *potuerint.*

---

lus rerum humanarum sensus esset. Hinc variis hanc in rem formulis vtebantur. Cic. L. IV. Ep. 5. *quodsi quis inferis sensus*, ad quem locum v. Corte. Senec. ad Polyb. C. 27. *si nullus defuncti sensus superest.* Multas alias ejusmodi formulas congessit Rittershus.

Vs. 31. *voluntatem.* Testamentum. Hoc sensu Plin. L. II. Ep. 16. *quamdam legem mihi dixi, vt defunctorum voluntates — tuerer.*

Vs. 33. *Rogatus* sententiam suam. *soluit errorem omnium.* Cum sensus testamenti ita esset impeditus, vt nemo *expedire* posset (Vs. 14.), eleganter nunc dicit *soluit errorem*, quasi nodum, vt dixit supra III. X. 41. *ipsos error implicuisset criminis*, ad quem locum notauimus, *errorem*, non raro de ambiguitate, incertitudine atque obscuritate capi a priscis scriptoribus. Burmanno teste, Ovidius Met. II. 59. haec ita expressit: *hunc animis errorem detrahe nostris*; Livius vero L. XL. C. 55. *homo vnus omnium, qui nodum hujus erroris exsoluere possit.*

Vs. 34. *Domum et ornamenta*, domum ornatam, vt Cic. dixit *vitam* et *fortunam* pro vita fortunata, per ἓν διὰ δυοῖν. Vid. vs. 26. vbi jungit *domum politam* et *delicatos hortulos*, coll. vs. 44. Male igitur Dispontinus *ornamenta* explicat, mundum muliebrem. Distinguunt etiam ICti mundum muliebrem ab ornamentis. Potest enim mulier esse munda, nec tamen ornata. Vid. locum Vlpiani ad vs. 36. cit. *venustis hortulis.* Vs. 26. dixit *delicatos hortulos.* Nota varietatem in hisce omnibus.

Vs. 35. *Vina vetera.* cf. vs. 25. *date.* Mox jucunda varietate *assignate*, *donate.*

Vs. 36. *Vestem.* Vid. ad vs. 21. *uniones.* Μαργαρῖται. Referuntur ab Vlp. L. XXXIV. D. Tit. II. 25. §. 9. sq. ad *ornamenta muliebria*, quae sunt inaures, armillae, annuli et

Illi assignate, vitam quae luxu trahit:
Agros, vites, et pecora cum pastoribus
Donate moechae. Nulla poterit perpeti,

Vs. 38. *Agros, vites.* MSS. Pith. Rem. Editt. Rittershus. Nevelet. corrupte habent *agros vtiles*; vnde Pithoeus emendauit *vites*. Postea Gudius correxit *villas*, quod receperunt Richter. Hoogstrat. Leonh. Lallemant. sed vs. 23. *villam* singulari numero dixit, et plures fuisse, non est verosimile. Vid. vs. 12. Neque etiam objici potest a Gudio ne verbulo quidem vs. 23.sq. memorasse *vites*, cum vs. 36. et memoret *vniones*, *pedisequas*, quos vs. 20. sq. omisit. Facile quidem fuit, *villam* facere, sed quia tunc versus laboraret, copulam adhuc intrusit Bentlejus: *agros et villam et pecora cum pastoribus*, improbante Hario. cf. Burmannus, qui legendum proponit *agellos, villam et pecora*; Heinsius vero *agros auitos*.

---

omnia, quae parantur corporis ornandi caussa. Per *vniones* formosos et molles glabros intelligit ill. de *Schirach* Clav. P. F. p. 384. Hoc sensu legi apud Martial. L. VIII. 81. (coll. XII. 49) male etiam contendit Barth. ad Theb. L. III. vs. 263. cf. Gesner in Th. L. L. v. *vnio* —. *pedisequos.* Bene monuit Hoogstratanus, *pedisequos* scribendum, ne versui vis inferatur, et ita in lapide apud Gruterum D. C. 8. *vernae pedisequo* et MCXII. 10. et in Bellorii Monim. T. XII. Gronov. Thes. A. G. p. 37. *Burm.* Pedisequi inter luxus muliebris instrumenta nominantur Plaut. Aul. III. V. 27. Ter. Andr. I. I. 96. vid. Desbillon.

Vs. 37. *Assignate.* Proprie ad agros pertinet, vt *assignare agros colonis*; Cic. III. Leg. Agr. C. 3. deinde et de aliis pro dare, attribuere. Vid. ad vs. 35. et V. II. 14. *vitam quae luxu trahit.* Vitam ducit luxuriosam. Intelligenda potrix. Alias verbum *trahere* dicitur de vita molesta et graui. Vid. ad L. III. VII. 12. Sed hic ignauiam et inertiam signare videtur cl. Tzschuckio. Luxum etiam et ignauiam jungit Sallust. Jug. II.

Vs. 38. *pecora.* Vid. ad vs 24.

Vs. 39. *moechae.* Vid. ad vs. 4. Sattler. *Buhlerin. perpeti.* Ferre, sustinere; eleganter ad signandam difficultatem faciendi ejus quod ingenio repugnat. *Scheff.* cui ego non dubito ac-

Vt moribus quid teneat alienum suis.
Deformis cultum vendet, vt vinum paret;

Vs. 41. *vt vinum paret.* Ite legitur in MS. Pith. et Editt. Rittershns. Nevelet. Fab. Rigalt. 2. Vrsin. Msittar. Lallemant. Leonhard. Cuninghsm. Brindl. Philipp. Petsch. Didot. Quod quia aliis propter *paret*, vs. sq. repetitum, incommodum videtur, veria tentant. J. F. Gronov. rescribi jussit, *vinum petat*, firmsns conjecturam suam loco Suet. Cland. 40. *descripsitque abundantiam veterum tabernarum, vnde solitus esset vinum olim et ipse petere.* Quae emendatio facilis plurimis editoribus placuit, maxime cum *parare* et *petere* etiam alias confundi soleant a librariis, et *paret* e vs. sq. hnc tractum videatur; de quo vberius disputat Burm. ad Calpurn. Fl. Declam. XXV. Sed

---

cedere. Sed Prasch. et Gronov. capiunt, pro, sibi temperare, se continere, adducto loco Ter. Heaut. IV. IV. 13. sq. *non possum pati, quin tibi caput demulceam*, i. e. non contineo me, non possum non tibi demulcere capnt. Cf. Gronov. ad Senec. Thyest. 470.

Vs. 40. *Teneat.* *Tenere* hic pro *possidere* et *habere*, vt supra dixit, debet snmi. Exempla apud Ciceronem, ICtos et alios obuia. Vid. L. XV. D. de his quee vt indignis auf. et L. XVIII. de acceptil. Vis eutem major in hoc verbo, quod notat non amittere possessionem, sed seruare date, non vendere. Senec. Consol. ad Polyb. 28. de opibus, *numquam bene tuentur*; et de Const. Sapient. 6. *teneo, habeo, quidquid mei habui.* Burmann. *alienum suis moribus.* Sine *a*, vt et Cic. saepe. *Tzschuck.* Exempla congessit Burm. ad Quinct. J. O. L. VI. C. 3. p. 537. Regitur ablatiuus e subintellecta preepositione *a*. Vid. Voss. de Constr. C. 14. Interdum tamen *alienum* etiam cum datiuo copulatur. Vid. locnm Quinct. cit. Sattler. *was ihrer Neigung widerspricht.*

Vs. 41. *deformis.* V. 6. *turpissima —. cultum.* Intellige vestes et reliqunm ornatum mnliebrem; vs. 36. coll. vs. 42. Hartman. laudat Senec. Troad. 883. *depone cultus squalidos, festos cape.* Adde Liv. XXXIV. 7. *Munditiae et ornatus et cultus haec feminarum insignia sunt.* Et sic alibi. *paret*, comparet, emat. Cat. R. R. I. *praedium cum parare cogitabis.* Cic. Att. XII. 19. *cogito trans Tiberim hortos aliquos parare.*

Agros abjiciet moecha, vt ornatum paret;
At illa gaudens pecore, et lanae dedita,
Quâcumque summâ tradet luxuriae domum.

non inepte vulgatam lectionem tuetur Desbillonius e Ter. Andr. I. I. 94. sq. vbi duo versus in easdem voces, *praeter ceteras*, exeunt, neque vllus propterea Criticus Terent. emendare tentauit. Idem vir doctus memorat etiam locum Hor. L. II. Sat. III. 215, *Huic vestem, vt gnatae, paret ancillas, paret aurum*, recte quaerens: quare ergo *ancillas paret*, *aurum paret*; vel *vinum paret*, *ornatum paret* scribi impune non possit? Itaque, cum etiam deformis melius vinum *parare* et sic domi in penu possidere, (cf. vs. 25.) quam vinum venale e taberna subinde petere mihi videretur, non dubitaui, Desbillonii accedere sententiae et vulgatae inhaerere, obsecutus praecepto, textum, non ipsum auctorem esse corrigendum. Alii conjiciunt alia. Bentlejus, *vt vinum bibat*; Harius, violentiori remedio vsus, *vetera et vina emat*; Gudius praeter alia, h. l. praetermittenda, *vt vinum impetret*, vel, *vt vinum comparet*. De quibus omnibus fusius disputare, nec vacat, nec volupe est; sed adeant Notas Burm. quorum interest.

Vs. 42. *ornatum paret*. Cuninghamus, *ornatus emat*, e conjectura arbitraria.

Vs. 44. *Luxuriae domum*. Heinsius olim conjecerat, *tradet licituris* (in Advers. a Burmanno editis *licituro*), quod nisi a

---

Vs. 42. 43. *Abjiciet*, vilissimo pretio, vt rem contemtam, vendet. Nostri *verschleudern*. Laudant Interp. Plaut. Most. III. III. 2. sq. Ter. Ad. IV. VII. 26. Cic. L. XIV. Ep. 2. 8. vbi v. Corte: cf. et Gronov. III. Obs. 21. p. 622. et Not. Burm. *ornatum*. Vid. quae notantur ad vs. 41. et 36. *lanae dedita*. Vid. ad vs. 5.

Vs. 44. *Quacumque summa*. Sattler. *um jeden Preis* —. *Luxuriae domum*. Recte Schefferus explicat ad luxum instructam, et luxui velut consecratam. *Luxuriam* pro luxu dixit Cic. pro Mur. 36. *Odit populus Rom. priuatam luxuriam: publicam magnificentiam diligit*; quem locum produxit Desbillon. in Addend. p. LVIII. Latinitatem vero hujus locutionis optime vindicat Burmannus. Eadem enim, vt Phaedrus, forma Cic. V. Verr. 37. dixit *luxuriae castra*, et Sil. VI. 479. *Carthaginem fraudum domum*. Quibus

Sic nulla possidebit, quod fuerit datum,
Et dictam matri conferent pecuniam,
Ex pretio rerum, quas vendiderint singulae.

litterarum ductu nimis recederet, non rejecturus fuisset Graeuius, qui censebat, Phaedrum scripsisse, *luxuriem domus*, putans, vestem, vniones, pedisequos a Phaedro *luxuriem domus* vocari. Vid. Ep. 280. in Syll. Epp. Burmann. T. IV. p. 562. coll. l. c. T. III. p. 469. Sed Heinsius sententiam mutasse videtur, cum Ep. 284. ad Graev. Syll. Epp. T. IV. p. 564. scribat: „*luxuriae domum* non temere sollicitarim. Sic *naturae vox*, pro, natura; *onus naturae*. *Luxuriae domus* igitur, quae luxu abundat; *luxuriae pretia* in Cul. vs. 59.“ Alia exempla vid. l. c. De conjectura Harii, *luxuriam et domum*, quam nihil nouae significationis aut elegantiae addere Burmannus testatur, v. Notas huj. viri docti.

Vs. 46. *Et dictam.* Teste Heinsio MS. Pith. habet *edictam*. Vid. etiam Nevel. ad marginem Editionis.

Vs. 47. *Ex pretio.* Cuningham. *e pretio.*

---

addendus locus Cic. ex II. Agraria 35. *Capuae, in domicilium superbiae atque in sedibus luxuriae* collocasset, et Nep. Ages. VII. de ejus domo, *quam qui intrarat, nullum signum libidinis, nullum luxuriae videre poterat.* Ita Curt. L. III. C. XI. 20. *ingens auri argentique pondus, non belli, sed luxuriae apparatum.* Quae docent omnia *luxuriam* proprie vsurpari de nimio et profuso sumtu, nec dariter dici *luxuriae domum* pro domo luxuriosa, quod contendit cl. Tzschucke. *Luxuriae domum* autem supra vocat *politam*, s. *domum et ornamenta*, i. e. domum ornatam. Gudius, quem sequuntur et alii, male cepit *luxuriae* in datiuo, vt sit, *tradet domum luxuriae*, i. e. luxuriosis hominibus luxui deditis, vt inuidia pro inuidiosis hominibus: quod, obseruante Burmanno, durissimum, neque semper verum est.

Vs. 46. *dictam.* Praescriptam, destinatam testamento. Ter. Heaut. VI. I. 64 69. *quid dotis dicam te dixisse filio?* Ita et in testamento *legem dicere.* testatorem, ICti testantur L. 14. qui testam facere posset L. 114. §. 14. de legat. 1. Ita *dicta hora, dictum tempus* apud Phaedrum et alios. *Burmann.*

Ita quod multorum fugit imprudentiam,
Vnius hominis reperit solertia.

Vs. 48. Quod multi imprudentes nesciuerunt. *Fugisse* nos dicitur, quod ignoramus, aut obliti sumus. Cic. pro Leg. Manil. 10. Id. L. VII. Att. 18. *Gronov.*

Hanc fabulam narrat *Fontanius* L. II. F. 20.

FABULA VI.

PUGNA MURIUM ET MUSTELARUM.

Cum victi Mures Mustelarum exercitu
(Historia quorum in tabernis pingitur)

Vs. 1. *Exercitu.* Corrigebat Bentlejus, cui Harius assentit, *exercitum*, et conjungebat cum *fugerent*, quia nullo exemplo dici putabat *victos exercitu*, cum dicendum foret *victos ab exercitu.* Sed vindicat hanc locutionem Burmannus, praeter alia laudans Ovid. v. Fast. 562. Tibull. I. VII. (VIII.) 4. Bentlejo obsecutus est Sanadon. v. Brotier.

Vs. 2. In MS. Pith. est, *Historia querum in t. p.* fide Gudii. Sed hunc versum vt insititium temere delent Guyetus, Harius, Philipp. Rob. *Prevost.* quia *m* in *querum* elidi nolebant. Heinsius, Bentlej. Bipont. Jördens. subueniunt infar-

Vs. 2. Hujusmodi facies monstrosas et ridiculas, qualis hic est pugna murium et mustelarum, olim in tabernis ac diuersoriis publicis prostare, et haberi in parietibus aut foribus depictas, moris erat. De quo erudite disseruit Salmas. de Vsur. p. 350. Ita Fuluii, Rutubae et Placidejani proelia in taberna carbone, aut rubrica picta fuisse, apparet ex Hor. II. Sat. VII. 96. sqq. Ad hunc morem refert Burmannus Epigram. in Anthol. L. II. C. XII. p. 202. (Anal. Brunk. T. II. p. 341. CXV.) vnde obseruante eodem, colligere licet, has picturas in parietibus fuisse; de quibus earumdemque argumentis etiam consulendus Bronkhusius ad Prop. II. V. 26. Adde Scheffer. de arte pingendi §. 5. „Quoniam, *inquit*, tam vehementer a picturis commouentur homines, hinc opinor factum, vt et in tabernis mercatores proponerent, sed rariores et prodigiosiores, vt allicerent praetereuntes, et sic simul mercium suarum facerent emtores.“ *Tabernam* h. l. non inepte intelligas de oenopolio, quo sensu legitur apud Suet. Cal. 40. *descriptitque abundantiam veterum tabernarum, vnde solitus esset vinum olim et ipse petere.* Cf. tamen quae obseruat Salm. de Vsur. p. 351.

Fugerent, et artos circum trepidarent cauos;
Aegre recepti, tamen euaserunt necem.
Duces eorum, qui capitibus cornua

ciendo *et*, quod valet *etiam*, vt legatur, *quorum et in tabernis*. Sed ejusmodi elisiones apud Phaedrum obuiae, vt I. IV. 4. IV. IX. 2. v. Gud. Hinc Burmannus lectionem MS. recte retinet. Neveletus mallet legere: *historia nunc quorum in tabernis pingitur*; edidit tamen, *historia quorum in t. p.* Salmasius de vsur. p. 350. *historia eorum vt in tabernis pingitur*; Heinsius: *historia quorum haec* cet. Non pauci legunt: *quorum in tabernis historia depingitur.* Ita Rigalt. 2. Faber, alii. Petschius, *historia quorum in tabernis depingitur.* Etiam cl. *Jakob* parenthesis vs. 2. vehementer displicat; sed ejusmodi parentheses non temere abjiciendas esse, docet Censor doctus in A. L. Z. 1785. II. p. 281. sq.

Vs. 5. *Duces eorum.* Iterum fulciendam sententiam credi-

Vs. 3. *trepidarent.* Vltro citroque pauidi concursarent, festinantes intrare. Nota colorem verbi. Vid. ad II. V. 2. Apte laudat Gudius Auct. de B. A. 82. *animaduertit hostes circa vallum trepidare atque vltro citroque pauidos concursare*; Desbillonius vero Ter. Hec. III. I. 35. *trepidari sentio et cursari.* Cepit Rigaltius pro *expauescere*, inuitis Fabro atque Scheffero. *artos cauos.* Hor. L. I. Ep. VII. 32. *macra cauum repetes artum.* Vid. ad II. IV. 17. *artus* sine *c* legi in optimis MSS. affirmant Broukhus. ad Tibull. I. V. 53. Drakenb. ad Sil. VII. 280. et multi alii, quos laudat Drakenb. l. c.

Vs. 4. *Aegre*, cum summa difficultate et labore, *mit Angst und Noth. recepti* sc. canis, vt Virg. Aen. II. 187. dixit *recipi portis*. Notanda significatio media, pro, aegre se recipientes; v. *Wakefield* ad Lucret. IV. 761. *euaserunt necem.* Cf. L. I. XXII. 2. I. II. 25. L. II. VIII. 2. et ad L. IV. IX. 11.

Vs. 5. *Duces.* Poterat abesse, et fere respuunt ista poëtae. *Tzschuck.* Auctor Galeomyomachiae habet στρατηγοί, μύαρχοι. *Cornua.* Graeca fabula: κέρατα κατασκευάσαντες ἑαυτοῖς συνῆψαν. Intelligendae galeae cornutae, quas duces murium aptauerant capitibus suis. Solebant enim reges, heroes et duces in bello olim galeis militaribus praefigere animalium cornua. Ita Herodotus L. VII.

Suis ligarant, vt conspicuum in proelio

derunt Heinsius et Bentlejus contra morem Phaedri; qui legunt *duces ad horum*, quasi illa pronomina *hic*, *is*, *iste*, samper

---

p. 542. sq. Wessel. Thraces narrat aereas habuisse galeas, et desuper bouis aures et cornua; Diodorus vero L. V. C. 30. p. 353. Wessel. Gallis in more positum fuisse commemorat, vt aereas haberent galeas cum magnis appendicibus, quibus vel cornua affixa, vel auium, aut quadrupedum facies adjunctae, Vid. Spanhem. de Vs. et Praest. Numism. Diss. V. p. 366. sqq. Ed. II. qui etiam laudat hircina Pyrrhi regis cornua, quibus agnitus legitur apud Plutarchum, aeque ac nummum Antigoni, Macedoniae regis, cujus caput ornatum cornibus hircinis prominentibus, et clypeo inclusum. Maxime huc referendus locus Livii L. XXVII. 33. vbi de Philippo, Macedoniae rege, qui bellum gessit cum Romanis, haec narrantur: *Expeditione ea, qua cum populatoribus agri ad Sicyonem pugnauit, in arborem illatus impetu equi, ad eminentem ramum* cornu alterum galeae *praefregit*. Qui locus, coll. Veget. L. II. 16. docet, veteres, vt terrorem injicerent hostibus, galeis, quas in proeliis induerent, eddidisse cornua. Praeterea vero ejusmodi galearum ornamentis vtebantur, vt vel patriam suam et originem et memoranda majorum facta exprimerent, vel (vt hoc loco, coll. Veget. L. II. C. 13. et 16.) conspicuum in proelio haberent signum, quod sequerentur milites; id quod Drakenb. ed Sil. Ital. XV. 682. exemplis Hiarbae et regum Macedonum post Alexandrum M. qui Jouis Ammonis filius haberi volebat, et aliorum, erudite comprobat. Ita apud Sil. Ital. XV. 682. occurrit *casside cornigerâ dependens infula;* huic enim galeae pro insigni in cono cornua arietina addita erant, vt Nabis, qui ad Jouis Ammonis templum habitabat, ajusque dei sacerdos erat, eo originem et patriam indicaret. Ipse enim Jupiter Ammon arietina cornua habuisse fingitur, quod galeam, his cornibus ornatam, in bello gestare solitus fuerit, teste Diod. Sic. L. III. C. 72. p. 242. Wessel. Cf. Drekenb. ad loc. Sil. cit. Videndae etiam Notae cl. *Ruperti* ad Sil. Ital. I. 415. et qui ibi laudantur. Ceteroquin Rob. *Prevost*, Gallus, hunc locnm Phaedri capit de cornibus cristae, quae Graeci λόφυς appellant, de quibus videndus *Heyne* ad Virg. Aen. XII. 89.

Vs. 6. *ligarant*, alligarant.

Haberent signum, quod sequerentur, milites,
Haesere in portis, suntque capti ab hostibus;
Quos immolatos victor auidis dentibus

liceret commutare, quotiescunque libido corrigendi inuadit Criticos: neque etiam cum Walchio (et Sautoroco) capi debet, ac si dixisset, duces eorum quod attinet; sed *duces eorum, qui* cet. *haesere et capti sunt*, plana sententia et constructione. *Burmann.* Denetus edidit: *Duces eorum, vt qui c. c. s. l.* sed Tollius legi vult, *Horum ductores.*

Conspicuum signum. Non tesseram, vt putat Rittershusius, sed notam, qua duces a gregariis secernerent. Sic enim solebant, vt docet Veget. II. C. 13. *antiqui centuriones bellicosos loricatos, transsumptis cassidum cristis, vt facilius noscerentur, singulas jusserunt gubernare centurias.* Et C. 16. *centuriones habebant galeas ferreas, sed transuersis et argentatis cristis, vt facilius agnoscerentur.* Inde insigniti milites hi tales apud Varronem. Neque nouum, quod de cornibus noster habet. De Pyrrho rege Plutarchus: *agnitus fuit ab eximia crista et a cornibus hircinis.* De Nabide Silius L. XV. 682. *Casside cornigera dependens infula.* Locum sic, nec aliter accipiendum, vel id arguit, quia subditur, *quod sequerentur milites.* Nam tesseram non sequuntur, sed obseruant, vt a suis hostes dignoscantur. *Scheffer.* Cf. Not. ad vs. 5.

Vs. 8. *Haesere in portis.* In ipso aditu retenti sunt, nec potuerunt ingredi. Graeca fabula: μὴ δυνάμενοι εἰσελθεῖν διὰ τὰ κέρατα.

Vs. 9. *Immolatos auidis dentibus.* Proprie hostiae immolari dicuntur, quos mola salsa, antequam caederentur, spersas esse constat. Sed quia hanc spersionem mactatio statim sequebatur, *immolare* etiam dictum est pro mactare, trucidare. v. Gronov. Simili modo Virg. Aen. XII. 949. dixit: *Pallas te hoc volnere immolat,* i. e. trucidat; nisi malis cum Heynio h. l. explicare, te immolat, non sibi, sed inferis. Non desunt tamen, qui *dentibus* putent esse datiui casus et *immolare* capiant, pro, sacrificare. Ita Desbillonius post Gerikium, qui locum vertit: *der Sieger opferte sie seinen giergen Zähnen:* quod durum videtur. Graeca fabula simpliciter: ἀναλαμβανόμενοι κατησθίοντο. Locutio Phaedri Burmanno, nescio an recte, singularis videtur.

Capacis alui mersit tartareo specu.
Quemcunque populum tristis euentus premit,
Periclitatur magnitudo principum,

Vs. 11. Heinsius pro *premit*, vt insolentiori, legendum proponit *premat*, quam conjecturam amplectitur Tollius, qui etiam rescribit *quicunque*. Sed v. Not. ad h. v. Lallemant. *cumcunque populum tristis euentus premit.*

Vs. 10. Deuorauit. *Schw.* Hic et praecedens versus grandioris spiritus sunt et majestatis tragicae; cujus generis versus cum humiliori characteri intermiscentur, nulla res est, quae ad ridiculum faciat magis. *Faber.* Tragicae grauitatis verba, vt recte Faber, ridiculi caussa interserta: est enim poëtica exaggeratio. Ita Virg. Aen. IX. 700. *reddit specus* (vulnus hians) *atri vulneris vndam* (sanguinem ebullientem in vndarum morem. Vid. Heyne ad loc. Virg. cit. coll. Sil. Ital. quem Burm. laudat VI. 276.) Ita Lycophron vs. 154. (p. 30. Edit. Bas. apud Oporin.) de Cerere, mandente Pelopis humerum, dixit, ἐτύμβευσε τάφῳ, *condidit sepulcro*, pro ventre; vbi Tzetz. συμβολικῶς τάφον pro γαστέρα positum annotat. Et hoc quoque Latini poëtae imitati. Attius in Atreo in fragmentis, a Vossio collectis, p. 106. et apud Ciceronem I. de Off. 28. *Natis sepulchro est ipse parens.* Et Ovid. VI. Met. 665. *seque vocat bustum miserabile nati.* *Mersit* etiam elegans in hac re et efficax verbum, vt idem poëta L. XV. 105 — *auidam demersit in aluum:* et in Ibide vs. 387. — *demersit vastam Polyphemus in aluum.* Burmann. Hunc locum imitatur Prudentius Hymn. VII. Cath. 114. *exceptus inde beluinis dentibus,* (al. *faucibus*). *Alui capacis viuus hauritur specu. Gud.* Similem locutionem habet Plaut. Curc. I. II. 29. *effunde hoc in barathrum.* Egregie h. l. interpretatus est Sattler. *der sie mit begiergem Zahn Als Sieger niederwürgte, und sie dann hinab in seines weiten Bauches finstre Höhle schlang.*

Vs. 11. *Quemcunque populum.* Id est, sub rege viuentem, siue in republica liberum. Nihil ergo muta. Vid. ad Val. Flacc. III. 642. et V. 240. De ipsa re v. L. I. XV. 1. 2. *Burm.* Sattler. *Kömmt ins Gedräng ein Volk.*

Vs. 12. Compara L. II. F. VII. 14. I. XXX. 1.

Minuta plebes facili praesidio latet.

Vs. 13. *plebes.* Vid. ad L. I. VIII. init. Ita auctor Lib. de B. A. L. 5. habet *plebes et multitudo.* Ita saepe Livius et alii. *minuta.* Est humilis, sordida, vt Petron. XLIV. *populus minutus laborat.* Burm. *facili praesidio latet.* Eleganter et poëtice dictum, pro, *facile latet praesidio*, h. e. facile inuenit receptaculum tutum, vbi delitescat. Vid. ad L. II. VIII. 4. Sattler. *Die Niedrigen finden leichter Sicherheit und Schutz. facili.* Obuio, minimi laboris, qui vt mures in cauis, ita in casis suis et tuguriis paratum et tutum habent receptaculum. Juven. X. 15. sqq. et quae ibi plura in hanc rem. Vid. ad L. II. F. VI. 13. (vbi tamen legendum puto, *facile vescatur cibo*, non *facili*). *Burmann.*

Compara *Aesopi* fabulam 243. Hauptm. et Ernest. *Fontanii* L. IV. 6. Simile argumentum tractauit Anonymus Auctor Dramatis, quod inscriptum est Γαλεωμυομαχία, edit. graece cum *Abbani Torini* Interpretatione Latina, Antverp. 1547. 8. graece, cura *Kesselhudii*, Helmstad. 1670. 4. nec non graece et latine in Casp. *Dornauii* Amphitheatro Sapientiae Socrat. jocoserise, Hanov. 1619. fol. Idem recudi curavit Cl. *Ilgen* c. Hymn. Homer. Hal. 1796. 8. maj. Auctorem hujus Poëmatis, ex imitatione Batrachomyomachiae nati, sed ea multo inferioris, esse *Theodorum Prodromum*, docet *Villoison*, V. Cel. quem nascentem placido lumine viderunt Musae, in Anecdot. Gr. Vol. II. p. 243. Cf. Praef. Cl. *Ilgen* ad Hymn. Homer. p. XXXV.

FABULA VII.

POETA.

Tu, qui, nasutè, scripta destringis mea,
Et hoc jocorum legere fastidis genus,
Paruâ libellum sustine patientiâ,

Vs. 1. *Nasute*. Bentlej. *nasutus*; qua emendatione non est opus, cum hi casus promiscue poni soleant. Vid. quos laudat Burmannus. *destringis*. Recte sic legunt Rittershus. et Heinsius. Nevelet. Rigalt. 2. Guyet. Danet. Santoroc. Petsch. *distringis*. Vid. V. L. ad L. I. F. XXIX. 2.

Vs. 3. *parua libellum*. Teste Rigaltio in vet. Cod. erat, *Par libellum*, pro quo Rittersh. Rigalt. Salmas. mallent *paruum libellum*. Frustra, cum *parua* probum sit. Vid. Not. Neveletus

---

Vs. 1. Construendum: tu, nasute, qui cet. relatiuo posito ante nomen, quo referri debuit, vt L. I. IV. 6. L. IV. IV. 1. Epil. III. 33. L. V. V. 6. Ita solere alios multis docuit Cort. ad Sall. Jug. XLI. 4. *Burm. Nasute*. Non est aduerbium, vt Rittershus. sed vocatiuus, vt eodem modo L. III. XI. 6. L. III. XV. 2. L. IV. XI. 7. Nasutus Scheffero est, qui sagacius aliis se putat hominum errores vitiaque odorari; sed Burmannus intelligit derisorem, qui naso adunco suspendit homines, rejiciens interpretationem Schefferi, quam tamen praeferendam arbitror, vt nasutus sit delicatus et fastidiosus reprahensor, qui putat se solum sapere. Simili modo Martial. L. XIII. 2. ad suarum, quas ipse vocat, nugarum contemptorem, *Nasutus sis vsque licet, sis deniqae nasus*, quem locum Desbillonio debeo. Praeclare Sattler. *du Krittler. destringis*. Carpis. Vid. ad L. I. XXIX. 2.

Vs. 2. *Hoc jocorum genus*. Has fabulas. Vid. ad Prol. III. 33.

Vs. 3. *Parua*. Breui. Eodem sensu Ter. Andr. I. I. 83. dixit *parua consuetudo*; Lucret. V. 107. *paruum tempus*; Lucan. IV. 476. *nox parua*. V. Burmann. *sustine*. Fer, tolera, admitte. Vid. ad III. VIII. 7.

Seueritatem frontis dum placo tuae,
Et in cothurnis prodit Aesopus nouis.

edidit *parum libellum sustine*, vt sit locutio pronerbialis, pro, judicium inhibe, improbantibus Scheffero atque Burmanno. Bentlejo parum felici conjectura placet, *parua labellum sustine*. Cum enim in fastidio, contemptu, offensa labium inferius exporrigi soleat, Phaedrum velle contendit: tu qui fastidis hoc genus jocorum, sustine parum per labellum; omitte fastidium et seueritatem. Laudat vero Pers. Sat. III. 81. sq. Juvenal. XIV. 324. Sed insolentissima locutio *sustinere labellum* non admittenda est, judicantibus Hario et Burmanno.

Vs. 5. *Et in cothurnis*. Meursius *en*, quod Gudius et Hein-

---

Vs. 4. 5. Notat detractores et fastidiosos fabularum suarum reprehensores, qui humile fabularum Aesopiarum genus prae sublimioribus tragicorum fabulis contemnere videbantur. Ad quos confutandos recitat nouo atque Aesopi fabulis inusitato dicendi genere, eodemque sublimiori, versus Ennii, ex Medea Euripidis translatos: „ex quibus intelligi posse statuit, vel tragoediam continere falso dicta et fabulas; per consequens fabulas Aesopias prae fabulis, tragico dramati sollemnibus, immerito eleuari. Hoc sensu capiendam esse istam Phaedri Apologiam, ceteroquin parum subtilem, docet cl. *Jacobs* in Obseruatt. cit. coll. Ej. Lat. Fabulist. in *Zusätzen zu Sulzer*. T. VI. p. 57. Aliter tamen sed male cepit Burmannus: „Sine dubio, *inquit*, hic nasutus stylum Phaedri, vt humilem et plebejum deriserat: ideo nunc specimen vult dare facultatis suae, et simul irraducit illos poëtas, qui fabulas prioris aeui carmine condentes, vulgatissima et centies repetita obtrudebant populo: vnde incipit, quasi oestro concitatus, ab expeditione Argonautica, vnde Euripides Medeam, et ejus exemplo Ennius inceperant.“ *Seueritatem frontis dum placo*, donec frontem tuam contractam et corrugatam exporrigo. Martial. XI. 2. *triste supercilium durique seuera Catonis frons*. *Gronov.* Cl. Sattler. *Bis ich die Furchen deiner Stirn geglättet hab.*

Vs. 5. *Et in cothurnis nouis*. Nouo (Aesopo ejusque fabulis) insolito dicendi genere et sublimiori, quo tragoedia cothurnata vtitur, et Phaedrus deinceps jocose superbit. *Tzschuck.* Voce *cothurnus* pro sublimiori stylo vtitur Virgil. Ecl. VIII. 10.

Vtinam nec vmquam Pelii nemoris jugo
Pinus bipenni concidisset Thessala!

aius recipiendum consuerunt: nec mihi displicet, quia est quasi derisori satisfacientis cum derisione. *Burmann.* Meursii *en* repudiat Schefferus.

Vs. 6. *nec vmquam.* MS. Pith. *ne vmquam.* v. Gud. Ita ediderunt Nevel. Vrsin. Richter. et tuetur Tollius. *Pelii nemoris jugo.* In MSS. Pith. Rem. et non paucis Editt. vt Rittersh. Nevel Rigalt. Vrsin. al. legitur *Pelei*, sed recte Heinsius *Pelii*; qui etiam conjicit *Pelii in nemoris*, quia sic Ennius ex Euripide, *Vtinam ne in nemore Pelio.* Cuninghamus secutus Heinsium, dedit *Pelii in n. j.*

Vs. 6. 7. Simulat, se scripturum tragoediam, et joco hoc velut exordium facit, quomodo Ennius in translatione Euripidis Medeae. *Scheff.* Sensus: Vtinam Thessala pinus in silua montis Pelii caesa numquam bipenni fuisset. Imitatur his et sqq. versibus Ennium in Medea, ex Euripide translata, cujus versus non vno loco affert Cicero. Vid. Ej. Inv. I. 49. Ad Her. L. II. C. 22. de N. D. III. 30. de Fat. 15. pro Coel. 8. *Nec vmquam*; numquam. *Nec* pro *non* saepius occurrit, e. g. apud Cic. pro Quint. C. 4. *Pelii nemoris jugo.* Pelium nemus silua fuit in monte Pelio. In hoc Thessaliae monte ex arbore pinu, quae ibi frequens reperiebatur, Argo fabricata fuit, vt testatur Diodorus Siculus Libr. IV. p. 285. T. I. Wess. de Jasone loquens: καὶ πρῶτον μὲν περὶ τὸ Πήλιον ναυπηγήσασθαι τὸ σκάφος, πολὺ τῷ μεγέθει καὶ τῇ λοιπῇ κατασκευῇ τὴν τότε συνήθειαν ὑπερβάλλον. Quam ob rem ab Apollonio Rhodio L. I. 386. Πηλιὰς Ἀργὼ appellatur; Statius vero L. V. Theb. 336. vocat *Peliam pinum*; Prop. L. III. XXI. 12. *Peliacam trabem*, et Ovid. Ep. XII. 8. *Peliadem arborem.* Cf. Dispontin. *Thessala pinus.* Ita dicitur Ovidio Ep. XVIII. 158. vbi v. Heinsii Notas. Recte castigat Gallicum interpretem (Albinum), qui dederat *la forest de Pelée* ejus censor (Faber) *Burm.* Pinus montis Pelii etiam laudant Catull. LXIV. 1. Bipont. Ovid. Fast. V. 381. sq. *Bipenni.* Gloss. *Securis Amazonica.* Gud.

Nec ad professae mortis audacem viam
Fabricasset Argus opere Palladio ratem.

Vs. 8. 9. *Professae mortis*, manifestae, apertae, quam subituros se profitebantur, quam ipsi praeuidebant. Sic loquitur ob certitudinem periculi, cum nauigatione conjuncti. Laudant Interp. praeter locum Juuen. Sat. XII. 57. sqq. Senec. Ep. LXVII. *quaedam vota aperta sunt et professa*; Ovid. Am. III. XIV. 6. *solaque famosam culpa professa facit*; Senec. Med. II. I. 154. *professa produnt* (Gronov. *perdunt*) *odia vindictae locum*. Multis de vsu hujus vocis disputat Burm. Vid. etiam Graev. ad Cic. Verr. III. 56. coll. Clav. Schirach. v. *professus*. Verba autem deponentia cum significatione passiua a poëtis poni, vt plurimum tamen participia perfecta sic vsurpari, docet *Jani* in A. P. p. 101. *audacem viam mortis*. Elegantissime. Sic et alii poëtae, quorum loca congessit non pauca Broukhus. ad Tibull. I. XI. 3. *Schw.* Expressit hic Ovidium, qui de Daedalo II. Art. 22. *Audacem pennis reperit ille etiam*. Et multi sunt poëtae, vbi nauigationes detestari volunt, in increpanda Argonautarum audacia. Vid. Ovid. III. Am. II. et hic Commentatores. et hinc *improba Argo*. Senec. Med. 340. *Burmann*. *Argus*. Lubricator istius nauis, qua vectus est Jason in Colchidem, ad vellus aureum deportandum. *Dispont.* Vid. Val. Flacc. L. I. 93. Hygin. F. 14. *Scheffer*. De eo v. Heyne ad Apollod. I. 9. 16. p. 176. Not. *Opere Palladio*. Opera, labore Palladis. Vid. quae de voce *opere* disputat Burm. memorans locum Cic. Or. ad Quir. post red. 2. *quam* (rempublicam) *aliquando omnes vnius opere seruatam judicauerunt*, vbi vulgo legitur *opera*, sed Graevius restituit *opere*. Vt enim Pallas *mille dea est operum*. Ovid. III. Fast. 833. ita et fabricae magistram fecerunt. Hinc *arte Palladis aedificare equum* dixit Virg. Aen. II. 15. Inprimis nauis *Argo* ejus auspiciis fabricata erat. Apollon. Argon. I. 18. Apollod. Bibl. L. I. C. 9. 16. ad quem loc. v. Notas Heynii p. 176. Val. Fl. I. 93. cf. Gronov. Claudianus quoque canit, de Bell. Get. 16. *ipsam secandis Argois trabibus sudasse Mineruam*, et apud Ovid. III. Trist. X. 7. nauis haec *cura pugnacis Mineruae facta* dicitur. *ratem*. Nauem. Etiam Ovid. l. c. appellat *ratem*; adde Hor. IV. Od. VIII. 32.

Inhospitalis prima quae Ponti sinus

Vs. 10. *Sinus inhospitalis Ponti.* Ponti Euxini, quem propter feritatem accolarum adjacentium, proprie appellat *inhospitalem*. Sattler. *ungastfreundlich.* Nam olim Axenus (ἄξεινος vel ἄξενος) dictus est. Vid. Diod. Sic. L. IV. T. I. p. 285. Wessel. Plin. H. N. VI. Praef. *Pontus antea ab inhospitali feritate Axenos appellatus.* Vid. etiam locum Luciani in Toxari (T. II. Opp. p. 510. Reitz.) quem Faber affert; quibus adde Ovid. Trist. III. XI. 7. IV. IV. 55. sq. Postea coloniis Graecorum eo deductis, et mollitis accolarum moribus, εὔξεινος, εὔξενος dictus; Ovid. Trist. III. XIII. 27. sq. Etiam Hor. I. Od. XXII. 6. Caucasum appellat *inhospitalem*, vbi v. *Jani. Prima patefecit.* Etsi pro certo affirmari potest, ante expeditionem Argonauticam jamjam fuisse naues, cum tot coloniae in insulas jam essent ductae, earumque incolae non raro in continentem trajicerent, scaphis et ratibus temere fabricatis vtentes, v. Burm. ad Val. Fl. II. 285. etsi credibile est, Minoem, longe vetustiorem Jasone, primam exstruxisse classem, v. ad. vs. 18. sqq. haec res tamen non impediit poëtas, quo minus affirmarent Jasonem primum rate mare transiisse. Vid. praeter Euripidem, Lucan. III. 193. Martial. VII. 19. Bip. alios, quos memorant *Muncker.* et *van Staveren* ad Hygin. F. 14. An Argo prima nauis armata et ad bellicas expeditiones et longinqua itinera parata fuit? Quae est Burmanni sententia, ad loc. Val. Fl. cit. An igitur naues Minois, quibus piratas mari expulit, non fuerunt armatae? An Argo, quod mihi probabile videtur, prima Pontum *Euxinum* aperuit? An, quod conjicit Burm. ad loc. Val. Fl. cit. *prima* dicta est, quia arte Palladia, i. e. noua et inusitata ante esset exstructa? An Argo, etsi non prima, tamen prima nauis *longa* fuit, cum Plin. H. N. VII. 56. dicat: *longa naue Jasonem primum nauigasse, Philostephanus auctor est?* cf. Prasehius et Aug. v. *Staveren* ad loc. Hygini cit. Multa de his rebus disputari possent hoc loco, in quibus et historici inter se dissident, v. Freinsh. et Fabri Notas ad vs. 18. it. Scheff. de Milit. naval L. I. C. 1. et L. II. C. 1. sed disputatione vberiori commode supersedere licet, cum Phaedrus, judicante ill. de *Schirach.* Clav. P. I. p. 225. sq. optime tum demum intelligatur, si id

Patefecit, in perniciem Grajûm et Barbarûm.
Namque et superbi luget Aeetae domus,
Et regna Peliae scelere Medeae jacent:
Quae, saeuum ingenium variis inuoluens modis,

Vs. 12. *Aeetae domus.* MS. Pith. *aetate domus.* Vid. Nevelet. ad marginem.

Vs. 14. *inuoluens modis.* Heinsius malebat *euoluens dolis*, contra mentem, vt Burmannus probat, poëtae, qui saeuitiam abdidisse et dissimulasse variis modis (*inuoluens*) Medeam di-

---

quod narranit, dubium fuerit relictum. Nam docet hic locus coll. vs. 18. sq. Phaedri aetate rem incertam fuisse atque ambiguam, quemadmodum ante Trojana tempora vix quidquam est in historia graeca satis certum. Cf. Not. ad vs. 17. sqq.

Vs. 11. *Patefecit.* Aperuit, vt Liv. L. XLII. 52. *Gronov.* Simili modo Caes. B. G. VII. 8. *patefacere vias*, et III. 1. ibid. *patefacere iter. in perniciem Grajûm.* Vid. vs. 15. *barbarûm.* cf. vs. 14.

Vs. 12. *superbi.* Nobilis, potentis. *Luget Aeetae domus.* Aeetes, Colchorum rex, luget aureum vellus, quo Jason Medeae ope potitus erat; luget Medeam filiam profugam; luget Absyrtum filium, a Medea interfectum. Sattler. *in Trauer sank des mächtigen Aeetes Haus.*

Vs. 13. Nota est Peliae, Thessaliae regis, fabula, quem dum filiae, quae mox *Peliades* dicuntur, a Medea persuasae, student ad juuentutem reuocare, lebeti feruenti impositum interfecerunt. Vides, quare dicat *scelere Medeae.* Fusius rem tractant Hygin. F. 24. Ovid. VII. Met. 297. sqq. Apollodor. Bibl. I. 9. 27. *jacent.* Victa, euersa sunt. Ovid. VIII. Met. 114. *reuertar in patriam? superata jacet.* Burmann. Sic Hor. I. Od. 37. 25. et alii.

Vs. 14. *Saeuum ingenium.* Animi saeuitiam; nam *ingenium* pro pectore, moribus poni, probant exempla in Clav. Schirach. P. I. p. 181. *inuoluens*, tegens. Eleganter de versatili simulatore. Vid. Tzschuck. Bene cl. Sattler. *sie verstand die Kunst, schlau zu verlarven ihre Grausamkeit.* Inter vitia animi Sen. L. I. N. Q. Praef. ponit *in alienam voluntatem sermonem compositum et cor inuolutum*; qui locus Burmanno debetur.

Illic per artus fratris explicuit fugam;
Hîc caede patris Peliadum infecit manus.
Quid tibi videtur? Hoc quoque insulsum est, ais,

cere voluit, et specie semper quadam celasse, cujus contrarium est *euoluere*, quo sensu Cic. II. Or. C. 86. init. teste Burmanno. In Ep. VI. ad Schefferum Heinsius *inuoluens dolis* corrigit. Vid. Syll. Epp. Burm. T. V. p. 8. quod rectius videtur Burmanno, quia *doli et modi* facile potuere commutari. *Euoluens* Heinsii placebat quoque Guyeto. Cuninghamius violenta conjectura emendabat, *quae saeua variis ingenia voluens modis.*

Vs. 15. 16. *Illic* in Ponto, apud Tomos, (qui locus inde nomen accepit, Ovid. Trist. III. IX. 33. sq.) *per artus fratris* Absyrti, quos diuulsos per agros dissipat, *explicuit fugam*, expediuit, sibi liberam et tutam fecit. Nempe cum Medea fugeret, insequebatur eam cum Jasone pater Aeetes; imminenti ergo, et jam capturo, per membra dissecti fratris objecit partes, vt, dum singula colligit, ipsa interea tempus haberet elabendi. Cf. Scheffer. Eleganter autem verbum *explicare* vsurpatur de re difficili atque ardua, ex qua non nisi consilio et prudentia elabi licet. Memorat Burmannus locum Flori L. I. C. 17. *Fabius Maximus periculosissimum bellum periculo explicauit*; Schefferus Ciceronis, *Siciliam vndique cinctam periculis celeritate consilii explicauit.* Cf. etiam locus Liv. I. 30. extr. *nec fuga explicari poterat sine magna caede.* Non poenitebit hunc Phaedri locum comparasse cum Ovid. III. Trist. IX. et Cic. pro Leg. Man. C. 9.

Vs. 16. *Hic* in Thessalia. *Patris Peliadum.* Vid. ad vs. 13. *infecit caede manus.* Effecit, vt Peliades caede patris sui manus pollucrent. Commode Gronov. memorat Sueton. Tib. 59. *Nec semel infectas adspice caede manus.*

Vs. 17. sqq. *Quid tibi videtur?* ridet aduersarium. *Tzschuck.* Vid. loca, Burmanno laudata Ter. Andr. II. I. 17. et Eun. II. II. 42. Sensus: *quia Minos*, rex Cretae, *longe vetustior* Jasone, (παλαίτατος ὧν ἀκοῇ ἴσμεν Thuc. I. 4.) *classe perdomuit Aegea freta*, mare Aegeum (ναυτικὸν ἐκτήσατο, καὶ τῆς νῦν ἑλληνικῆς θαλάσσης ἐπιπλεῖστον ἐκράτησε Thuc. I. 4.) efficitur inde, nauem Argonautarum non primam fuisse (Vs. 10.), quae Pontum patefaceret,

Falsoque dictum; longe quia vetustior
Aegea Minos classe perdomuit freta,
Justoque vindicauit exemplo impetum.

Vs. 20. Hic versus Gnyeto frustra suspectus videtur. Cum in Cod. Pith. et Edit. Neveleti sit *imperium*, Heinsius conjicit,

---

adeoque insulsum esse felsoque dictum, i. e. contra rationem temporum, quod paullo ante narratum est. Scilicet Minos II. Lycasti filius, (Diodor. L. IV. p. 304. T. I. Wessel. coll. Meursii *Creta* L. III. C. II. sub fin.) Cretae rex, classe comparata, Caras aliasque gentes, piratica infemes, mari expulisse et maris Aegei insules, quas Cycledae appellant, sub suam potestatem redegisse traditur. (Vid. Thuc. I. 4. et qui ad h. l. laudantur in Edit. Duckeri; it. priscos scriptores, quos memorat Meursius in *Creta* L. III. C. 3.) Id quod fectum credunt circa annum MCCCCVI. ante C. N. et CXX. circiter annis ente expeditionem Argonanticam, quem referunt ad ann. MCCLXXXV. a. C. N. etsi alii assignent anno MCCXXIV. a. C. N. et XL ann. ante Trojam captam. Sunt tamen, qui locum Phaedri intelligant de eodem Minöe II. Cretae rege, qui primum eedificauerit classem, qua Athenas profectus sit, vindicaturus injuriam, per caedem Androgei filii factam sibi ab Atheniensibus: (de quo bello, praeter Diod. Sic l. c. consulendus Meursius de Reg. Athen. L. III. C. 2. coll. Ej. (ret. L. III. C. 3. p. m. 131.) In hac sententia sunt post Gronouium, qui profert locum Ovid. Met. VII. 456. sqq. Hoogstratanus, Lallemant, Philippus, de Schiraeh Clsv. P. I. p. 225. sq. Quibus accedit Albinus, Interpres gallicns; sed non videt Schefferus, qua ratione injuria, ab Atheniensibus illata, vocari possit *impetus*. Itaque huic viro docto nec non Burmanno videtur vero esse similius, hoc loco agi de piratis. Notum enim est, olim piraticam non modo fuisse celeberrimam, sed et honestam habitam, vt et latrocinia, quae justo bello mutauit Minos. Quae firmantur loco Thucydidis cit. vbi de Minöe haec memoriae prodita sunt: τῶν κυκλάδων νήσων ἦρξέ τε καὶ οἰκιστὴς πρῶτος τῶν πλείστων ἐγένετο, Κᾶρας ἐξελάσας καὶ τὺς ἑαυτῦ παῖδας ἡγεμόνας ἐγκαταστήσας τό τε ληστικὸν, ὡς εἰκὸς, καθήρει ἐκ τῆς θαλάσσης ἐφ᾽ ὅσον ἠδύνατο.

Vs. 20. Minos purgando maria a piratis et eos puniendo

Quid ergo possum facere tibi, lector Cato,

justique vindicauit exemplum imperi, quasi dicat, acqnisiuit sibi laudem justi imperii, pro exemplo justi principis est habitus. Sic *vindicare laudem*, *honorem* apud Paterculum saepe, vt L. II. C. 121. v. Not. Heinsii. Quae emendatio, quam secntus est Bentlejus, Hario durior locutio videtur. Idem Heinsius in Advers. p. 645. legit, *justique vindicauit exemplo imperi*. At cl. *Jakob* legi vult *imperium*, vt subintelligatur *maris*, et *justo exemplo* explicetur *juste;* propterea notatus a viro docto in A. L. Z. 1785. II. p. 281. sq. *Impetum* enim commodum habet sensum, et *vindicauit impetum* bene respondet τοῖς *freta domuit*. Cuninghamus arbitraria conjectura legendum proponit, *imperium justum sic exemplo vindicans*.

Vs. 21. *Quid ergo*. Bentlej. *quid ego ergo*, recte castigatus a Burmanno, cum anapaestum non scabrum modo, sed eli-

---

impetum illnm, i. e. injustam rationem praedandi, vltus fuit. *Burmann*. *vindicauit*, puniuit. Cf. L. IV. XVII. 26. *Exemplo*. Capiendum cnm Scheffero pro poena, supplicio. Docet enim Donatus ad Ter. Eun. V. V. 4. *graues poenae, quae possunt ceteris documento esse*, exempla *dicuntur*. Huc refer etiam loc. Ter. Phorm. IV. IV. 6. sq. quem Desbillonius affert, et Gell. VI. 14. *impetum*. Recte interpretantur Scheffer. Johnson. Desbillon. de incursionibns piratarum, vt ex more Phaedri *impetus* ponatur pro impetentibus, sicut L. I. V. 11. et I. XIII. 12. Non praeterennda est cl. Tzschuck. ad h. l. obseruatio. „Possis, *inquit*, forte rectius, ad primam nauigationem longiorem referre, ita, vt sit explicatio τοῦ *perdomuit*, cum accommodatione ad Argo, i. e. primus satis graui exemplo probauit, tuitus est, nauigandi impetum. Tum vero Phaedrus eam nauigationem falso tribui Argo, innuit.“ Addantur cl. Lange Prolegg. ad Phaedr. p. 27.

Vs. 21. *Cato*, Censor, morosa seueritate notus, qnae deinde in prouerbium abiit, vt *Cato* dicatur pro tetrico et moroso censore. Ita non raro Martialis, vt L. X. Ep. 19. 21. Bip. *Tunc me vel rigidi legant Catones*. L. I. 1. *Cur in theatrum, Cato seuere, venisti?* Petronius vero, *quid me spectatis constricta fronte Catones*. Plura habet Rittershusius. Cl. Sattler. praeclare, *Sauertopf* —. *Quid tibi possum facere?* Ita saepe

Si nec fabellae te juuant, nec fabulae?
Noli molestus esse omnino litteris,
Majorem exhibeant ne tibi molestiam.
Hoc illis dictum est, qui stultitia nauseant,

sione durissima intolerabilem auribus poëticis obtrudat, et sine vllo necessitate illud *ego* inserat. *Lector Cato.* MS. Pith. teste Heinsio, *Lector Cate*; in eodem tamen Codice *lecte reato* inueniri, testatur Neveletus. Salmasius, *Quid ergo possum facere dic lector Cato.*

Vs. 24. *majorem.* Neveletus edidit *majorum*, vt jungatur *litteris majorum.* Sic legi volebat Salmasius. *exhibeant.* Gud. mallet *exhibeam.*

Vs. 25. *Qui stultitia nauseant.* In Editione Pithoei principe legitur, *si qui stultitiam nauseant*, quod Desbillonio oscitantia Pithoei, vel potius typographi, factum videtur, cum Neveletus ad fidem Cod. Pith. 1610. ediderit, *qui stultitiam nauseant*: nec aliter Vrsinus et Rittershus. hic tamen repudiato τῷ *si* legi jubet, *qui stultitia nauseant.* Quae conjectura deinde non paucis recte placuit, vt Scheffero, Salmasio, Gronouio, Hario, Bipontinis, al. accedit enim prope ad scripturam anti-

---

veteres. Eodem modo Cic. Att. VII. 3. *quid faciam tibi?* Adde Hor. I. Sat. I. 61. sqq. *Was soll ich mit dir machen?* sed cl. Sattler. *wie kann ichs recht dir machen?*

Vs. 22. *Fabellae.* Intellige fabulas Aesopias. *Fabulae.* Capiendum pro sublimioribus tragoediae fabulis, quarum specimen proponit vs. 6. sqq. Pro hac interpretatione etiam pugnat vs. 5. Itaque vocem *fabulae* male intelligunt de carmine quouis majori et subliminiori. Cf. A. L. Z. 1785 II. 281. sqq.

Vs. 23. *Litteris.* Litteratis, poëtis. Non pauci enim de vindicta capiunt, qua poëtae vti aduersus inimicos solent. Ita Prasch. et Hoogstratan. Alii aliter, de quo v. Schefferi et Gronov. Notas.

Vs. 25. *Hoc illis dictum est.* Notandae locutiones similes L. I. VII. 3. I. XXII. 10. L. IV. XXII. 3. III. XII. 8. IV. XIX. 18. V. IX. 5. *stultitia nauseant.* Non quod subsit caussa, sed quia ipsi stulti sunt, et rem non intelligunt. *Scheffer.*

Et, vt putentur sapere, coelum vituperant.

quam. Rigaltius denique in Edit. 2. ex ingenio edidit, *si qui stulti nauseant*, vt *si qui* sit, *quicunque*, *quique*, quam lectionem, etsi longius recedat, plurimi, etiam Burmannus, secuti sunt. At Desbillonius ingeniose pro *stultitiam*, quod habet Cod. Pith. reponit *stulti etiam*, hoc sensu, qui stulti cum sint, fastidiosi etiam sunt, laudans versionem interpretis gallici, *qui sont sots et font encore les degoutés*; it. Ter. Eun. V. II. 21. et Phorm. IV. III. 64. Bentlejus h. l. ita constituit: *Hoc illis dictum est, qui consulto nauseant, Et, vt putentur sapere, nil non vituperant.* Quas conjecturas violentas et longe remotas a sensu Phaedri satis refutauit Harius, probante Burmanno, quorum vide Notas. Cuninghamo placet, *qui malitia nauseant*; sed Editio Didoti stereotypa retinet *qui stultitiam nauseant.* Heinsius conjectura arbitraria, vt non raro solet, *si qui stulte has nauseant* sc. litteras, vel, *si qui hic stulte nauseant.*

Vs. 26. *Coelum vituperant.* Deos ipsos. Locutio prouerbialis, vt ait Hoogstratanus, de iis, qui prae nimia sapientia, vel stultitia potius, pulcherrima et absolutissima taxare instituunt. *Coelum* autem pro diis ipsis dici, docere potest locus Ouid. XIII. Met. 857. quem Burmannus memorat, vbi poëta conjungit *Jouem* et *coelum*, i. e. Jouem et Deos omnes. Et ipse Phaedrus L. IV. XIX. 24. *coelum fatigas sordido perjurio.* Plura dabit Burm. Graeci dixere λοιδορῆσαι τὸν οὐρανόν.

Optime ill. *de Schirach* Clav. P. I. p. 269. v. *Pelius*: Perlege totam fabulam, et nisi omnia me fallunt, irasceris Christio, qui aetate Augusti aurea indignas hasce fabellas frustra tribuere conetur recentiori homini.

FABULA VIII.

VIPERA ET LIMA.

Mordaciorem qui improbo dente appetit
Hoc argumento se describi sentiat.
In officinam fabri venit Vipera:
Haec cum tentaret, si qua res esset cibi,

Vs. 4. *Haec.* Schefferus et Bentlej. mallent *hic*, quod Richterus recepit; sed Burmann. praefert *et*, vt L. III. XIX. 7. I. VI. 2. *vidit et*; L. II. VI. 7. *venit — et*, nil tamen mutauit in textu. *Res cibi.* Graecismus aliis non placet: Bentlejus re-

---

Vs. 1. *Improbo dente.* Auido, acri, voraci. Cf. I. XIII. 11. IV. VI. 9. I. I. 3. Sattler. *Wer einen beissigern mit scharfem Zahne beifst. appetit.* Vs. 6. dixit *dente laedere.* In re simili Hor. Epod. VI. 15. *si quis atro dente me petiuerit.*

Vs. 2. *Hoc argumento.* Hac narratione, hac fabula. Vid. L. II. VII. 13. IV. XI. 14. IV. XV. 7. Ita alibi.

Vs. 3. *In officinam.* Anonymus Nilantii *in officina introiit*, quod Nilantius dictum putat, vt *in conspectu venire* L. V. I. 15. (vbi v. Scheffer. coll. Munker. ad Hygin. F. 92.) *Burm.*

Vs. 4. *Tentaret*, Absolute, vt L. I. XXIII. 4. *si.* An. Caes. B. G. II. 9. *hanc si nostri transirent, hostes exspectabant.* Id. l. c. I. 8. *noctu, si perrumpere possent, conati*, ad quem loc. v. Davis. Adde Tursellin. p. m. 1188. *res cibi.* Cibus, χρῆμα τροφῆς, per graecismum, quem Latini interdum expresserunt. Laudant Interpp. Plaut. Amphitr. II. II. 1. *res voluptatum*, pro ipsis voluptatibus, vt explicat Voss. de Constr. C. 7. vid. etiam Graev. ad Cic. I. Verr. 14. Plaut. Truc. I. II. 38. sq. *res amoris*, pro amore ipso. Ita Aristophanes Εκκλησ. 394. χρῆμα ὄχλυ, pro ὄχλος. Herodot. L. I. C. 36. μέγα χρῆμα συὸς, i. e. magnus aper. De hoc loquendi genere, Atticis et Jonibus valde familiari, multa collegerunt Faber ad h. l. Rittershus. ad Oppiani Hal. I. 105. et ad Phaedrum; maxime cl. Hartman. ad h. l. Adde Misc. Obs. Vol.

Limam momordit. Illa contra contumax,
Quid me, inquit, stulta, dente captas laedere,
Omne adsuëui ferrum quae corrodere?

ponit, *si qua res esset cibo*, (si quid esset, quod edere posset) mihi vero maxime placet Heinsii emendatio, *si qua spes esset sibi*. *Spes* et *res* commutatae a librariis saepe. Vid. ad Ovid. III. Met. 417. et IX. 748. *Burm.* Bentlejo obsecutus est, Cuninghamus; at conjecturam Heinsii probat cl. Lange.

III. T. III. p. 404. Viger. de Idiot. p. 154. *Zeun.* Romulus Div. h. v. expressit: *dum quaereret aliquid ciborum.* Fabula graeca: ἐκ τῶν σκευῶν τῶν ὄντων ἐζήτει φαγεῖν. Sattler. *indem sie nach essbaren Sachen suchte.*

Vs. 5. *Contumax.* Viperae rodenti pertinaciter resistens, nec admittens morsum, sicque nihil praebens cibi. Epitheton elegans. Simili modo *amomum contumax fricanti* dicitur Plin. H. N. XII. 13. vbi *contumax* est, quod non facile fricando comminuitur et fricanti resistit. Burmannus citat Martial. X. 65. *Hispanis ego contumax capillis*, i. e. qui flecti non possunt. Vide etiam, quae de hac voce notat Desbillonius. Cl. Sattler. *sie gab nicht nach.*

Vs. 6. *stulta.* Referendum ad viperam. Eodem modo L. III. XV. 2. coll. I. XIII. 9. *captas.* Conaris, tentas, vt infra V. III. 2. *Burm.* Ita saepius. Vid. exempla, a Burmanno et Desbillonio allata.

Vs. 7. *adsuëui.* Diaeresis, vt L. I. XI. 5. Vid. Gud. et Wasii Senar. p. 134.

Auctore Burmanno haec fabula etiam legitur apud Locmannum p. 34. Erpen. nisi quod ille feli tribuat, quod Phaedrus viperae, et paullo aliter narret. Eamdem narrant: *Aesopus* F. 184. p. 140. Haupt. p. 138. Ernest. Sed affabulatio in fabula graeca dissidet a Promythio Phaedri; *Anonymus Nilantii* F. 42. *Romulus* Divion. et Vlmensis, L. III. F. 12. qui fabulam interpolauit ad Phaedrum propius, quam Anonymus Nilantii; *Anonymus Neveleti* F. 51. *Fontanius* L. V. F. 16.

FABULA IX.

VULPES ET HIRCUS.

Homo in periclum simul ac venit callidus,
Reperire effugium alterius quaerit malo.
Cum decidisset Vulpis in puteum inscia,

Vs. 1. Vulgo legitur: *Homo simulao venit in magnum periculum.* Ita edidit Pithoeus e Cod. MS. Pith. Secuti Rigalt. Ed. 2. Nevel. Feber, Richter. Vrsin. Danet. al. et rectum putat ill. de Schirach. Clav. P. I. p. 373. In eodem tamen Codice, nec non in Remensi legitur, *Homo in periclum simul ac venit callidus.* Vid. Brotier. coll. Not. Rigaltii. Burmannus illud *callidus*, quod Schirachius l. c. male censet esse intrusum, cum vulpes, animal callidum, fabulae hujus sit argumentum, recte recipiendum existimat. „Nam, *inquit*, nec verum est, omnes homines alterius malo se expedire ex periculis, sed hoc est callidi et dolosi. Nec etiam *homo* simpliciter ponitur, nisi pro plurali *homines*, vt infra F. XVII. 34. nec vmquam noster *homo* sine epitheto posuit, nisi vbi egit de aliquo, cujus jam mentio in prioribus est facta; sed in initio fabulae requiritur Epitheton, vt infra F. XXI. *homo doctus*; I. XIX. *homo malus*, et in Epimythio L. II. IV. *homo bilinguis*; I. XVI. et XXXI. 1. *homo improbus*; I. XXV. *homines cauti.* Ita mox L. IV. F. XII. *fortis vir*, et ita semper. Alia res est I. XXI. 1. *mustela ab homine prensa.* Ibi enim respicit fabula mustelam, quae prensa ab homine, non ab animali aliquo: ideoque ibi Epitheton non necessarium, vt mox infra XVII. 34. hic vero vulpes primae egit partes, et imaginem hominis callidi exhibet." Scioppius in vulgata lectione versum laborare credit nisi *ac* deleatur, quod etiam Guyet. vult deleri; sed Freinshemius et Heinsius necessariam non putant emendationem, quia *venit* praesentis temporis cogitandum est, sed in nostra lectione est *venit* praeteriti temporis.

Vs. 2. Cod. Rem. habet *Reperire effugium alterius quaerit*

Vs. 2. *Alterius malo*, i. e. periculo. Sattler. *er rettet sich durch anderer Gefahr.*

Vs. 3. *Inscia.* L. III. F. II. 2. *imprudens olim in foueam decidit.* Schw. Non natura sua, est

Et altiore clauderetur margine;
Deuenit Hircus sitiens in eumdem locum;
Simul rogauit, esset an dulcis liquor,
Et copiosus? Illa fraudem moliens:
Descende, amice, tanta bonitas est aquae,
Voluptas vt satiari non possit mea.
Immisit se Barbatus. Tum Vulpecula

malo, pro qno Nevel. Vrsin. Burmsnn. multique alii ediderunt *Effugium reperire*. At lectionem Cod. Rem. probant Gnd. et Salmas. eamdemque receperunt Gronov. Hoogstratan. Leonh. Richter. Maittar. Brot. Bipont. Bentlejus, nisi quod hic non ferens, *m* non elidi, transponit, *quaerit alterius malo*: quam transpôsitionem amplectuntur Harius, Cuningham. Philipp. Lallem. Brotier. Desbillon.

Vs. 4. *altiore*. Heinsius *altiori*. Vid. Burm. ad L. I. F. V. 1.

Vs. 6. *Simul*. Cuninghamus *simul et*, e conjecturs.

Vs. 9. Bentlej. numero meliori legendum proponit *voluptas vt non possit satiari mea*, probante Cuninghamo.

Vs. 10. *Vulpecula*. MS. Pith. *Vulpicula*. v. Gud. *nixa*, Schef-

---

enim alias callids, sed cum ignoraret puteum subesse. Vid. *Munker*. ad Hygin. F. 100. et Pincier. Parerg. Ot. Marp. L. I. C. 4. p. 25. *Burmann*. Sattler. *aus Unvorsichtigkeit*. Gerike. *Unversehens*.

Vs. 4. *Et altiore clauderetur margine*. Margo in puteo, Scheffero interprete, est ea structura, qna includitur puteus (*die Einfassung*). Quae quia paullo erat altior, impediebatur, quo minus posset egredi. Burm. laudat Ovid. II. Fast. 221. sq. et III. Met. 162.

Vs. 5. *sitiens*. Cf. L. I. F. I. 2.

Vs. 6. *liquor*. Cf. L. I. F. I. 8. I. XII. 4.

Vs. 7. *Illa*. Vulpia.

Vs. 8. 9. *Descende, amice*. Subintellige, *inquit*. Cf. III. VII. 17. *tanta bonitas est aquae* eet. *Das Wasser ist so köstlich, daſs ich mich nicht satt trinken kann*.

Vs. 10. *Barbatus*. Ornate pro capro. Colorem vocis nota et vid. ad L. I. I. 6. et VI. 6. Phaedro inprimis familiare, animalibus nomen imponere ab ea corporis parte, qua maxime cognoscuntur. Vertunt *Langbart*.

Euasit puteo, nixa celsis cornibus,
Hircumque clauso liquit haerentem vado.

ferus malebat *innixa*; Burmannus *enixa*, vel' *enisa*, i. e. ope cornuum hirci adscendens et se erigens; quam conjecturam erudite tuetur. Sed forte nil mutandum.

Vs. 11. *Euasit puteo.* Ita solent construere hoc verbum Liv. XXI. 33. *sibi queque tendente, vt periculo euaderet.* Vid. ad Val. Flac. VII. 163. *Burm.* Nota delectum verbi *euadere*, i. e. per omnes difficultates, quae obstare videbantur. Nam id notare *euadere*, docet Donatus ad Ter. Andr. I. II. Cf. Burm. ad loc. Val. Flacc. cit. et L. IV. F. VI. 4. Constructio enim cum accusatiuo frequens est, quemadmodum exempla docent in Gesneri Thes. et cl. Schelleri Lexico. *nixa.* Insiliens hirci cornibus et se leuana. *Gronov.*

Vs. 12. *Haerentem.* Eleganter notat difficultatem elabendi, et incertitudinem consilii in malo praesenti, vt jam olim notauit Schefferus, apte laudans locum Ciceronis Phil. II. 29. *haerebat nebulo, quo se verteret, nen habebat.* Sed et alio modo potest explicari. Testatur enim Burmannus, similiter de nauibus dici *haerere in vado*, (auf dem Grunde sitzen). Ita Florus L. III. C. 10. 5. et IV. 2. n. 33. Quibus adde Curt. IX. 9. 19. *classis partim in vade haerebat* —. *Vado clauso*, i. e. in fundo putei, qui altiore margine erat clausus. Vid. ad vs. 4. Poëtas quemuis aequoris, aut fluminis etiam minus profundum locum nomine *vadi* insignire solere, Burmannus probat e Sil. Ital. II. 1. laudans Barth. ad Claud. Epith. Honor. et Mar. vs. 142. et ad Stat. IV. Theb. 775. et Gronov. I. Obs. 19. p. 150. sq. Sed Phaedrum fundum putei *vadum* dicere, idem vir doctus ad peculiaria poëtae refert; etsi haec vox de fundo putei etiam occurrat apud Plin. in H. N. XXXI. 3. ante med. *vt illa vade exsiliat vena, non e lateribus*, qui locus notatus est, a cl. Schellero in Lexico, et a Cl. Schulzio in Not. ad Phaedr. Obseruat etiam Desbillonius, recte fundum putei *vadum* appellari. Ibi enim nisi breues, vt in vadis plerumque fit, aquae fuissent, et vulpis et Hircus debuissent suffocari.

Eamdem fabulam paullo aliter quam Phaedrus, et fusius narrauit *Aesopus* F. 4. p. 5. Hauptm. et p. 5. Ernest. coll. fabula in Edit. Hauptm. p. 289. et cl. *Jacobs.* Griechische Fabulist. in Zus. zu Sulzer T. V. P. II. p. 289. Idem argumentum tractauit Desbillonius, Aesopi vestigiis presse insistens; cujus fabulam habes cum in Ej. Opusc. fabular. Aesopiar. tum in Not. Brotier. p. 141. sq. tractarunt porro *Fontanius* L. III. F. 5. *Hagedornius*, Fab. *der Fuchs und der Bock*, L. I. p. 20. *Camerarius* p. m. 84.

FABULA X.

DE VITIIS HOMINUM.

Peras imposuit Jupiter nobis duas:
Propriis repletam vitiis post tergum dedit,
Alienis ante pectus suspendit grauem.
Hac re videre nostra mala non possumus;

Vs. 1. *Peras duas.* Duos sacculos, siue illud ipsum, quod Petron. C. 31. *bisaccium* vocat. *Desbillon.* Ita jam olim recte ceperat Lallemant. vertens cum Fontanio *la besace*, i. e. mantica duplex, cujus pars vna ante, altera retro, aequali tumore et pondere, penderet. Vid. Burm. ad loc. Petron. cit. At Hoogstratano *pera* est sacculus ex aluta, e collo ad lumbos pendens. Vertunt *Ramzen*, *Sack*, *Quersack* —. *Jupiter.* Non sine caussa Lessingius hic carpit Phaedrum. Vid. ej. Fabulas p. 233. vbi: *Jupiter*, inquit, *hat uns diese zwey Säcke aufgelegt? Er ist also selbst Schuld, dafs wir unsere eigene Fehler nicht sehen? und nur scharfsichtige Tadler der Fehler unsers Nächsten sind? wie viel fehlt dieser Ungereimtheit zu einer förmlichen Gotteslästerung? Die bessern Griechen lassen durchgängig den Jupiter hier aus dem Spiele; sie sagen schlechtweg*: Ἄνθρωπος δύο πήρας ἕκαστος φέρει; oder δύο πήρας ἐξήμμεθα τῦ τραχήλυ. Caussam Phaedri tamen tueri studet cl. *Schulze*, post cl. *Jakob*, cujus praef. v. p. 14.

Vs. 2. Propriis. Compara Hor. I. Sat. III. 20—26. *dedit*, Vs. 1. *imposuit*; vs. 3. *suspendit.* Notanda varietas et copia.

Vs. 3. *Alienis* sc. vitiis. *grauem.* Granatam, plenam. Ita et Ouid. I. Met. 266. *barba grauis nimbis.* Flor. III. 5. n. 18. *classis apparatu belli grauis*, vt recte Freinshemius, quem ibi vide. Stat. XI. 273. *vrbem armis opibusque grauem*, et ita passim. *Burmann.* vs. 2. *repletam.*

Vs. 4. *Hac re.* Ideo, διὰ τῦτο, quod habet Themistius. Ita Cic. ad Div. IX. 2. *metuit et ea re fugit.* Id. Ac. Quaest. IV. *est hoc quidem rei illius signum, aut argumentum et ea re id sequor.* Plaut. Aul. IV.

Alii simul delinquunt, censores sumus.

X. 69. *Ea re repudium remisit auunculus caussa mea.* Multa hic dispntat Schefferus. Videndi quoque Giphan. in Ind. Lucret. in *hac re* et *his rebus*, et Gronov. ad Gell. IV. 1. qnos Burm. laudat, memorans etiam loc. L. I. F. XIII. 13. quo indicare videtur, *hac re* et hic de argumento fabulae sumi posse; sed v. Exc. VIII. ad L. I. F. XIII. 13. sq. *mala.* Vitia, vt paullo ante. Eodem modo Hor. I. Sat. III. 25. *Cum tua peruideas oculis mala lippus inunctis.* Graeca fabula κακὰ, ἁμαρτήματα.

Vs. 5. *Simul;* simulac. *delinquunt*, peccant. Citat Desbillonius locum Cic. Off. I. 41. *fit enim, nescio quomodo, vt magis in aliis cernamus, quam in nobismet ipsis, si quid delinquitur —. Censores sumus.* Acriter reprehendimus, more Censorum, qui in prauis castigandis moribus acres erant.

Hanc fabulam ex Aesopo expresserunt *Galenus*, *Antonius* et *Maximus*, *Arsenius* Ἀποφθέγμ. Συναγ. de quo libro videndus Harles. V. C. ad Fabric. B. G. Vol. I. p. 744. *Themistius* in Or. quae βασχνιστὴς inscribitur, et quae exstat in Edit. Opp. Ald. p. 106. cujus locum Rittershusius et Freinshemius afferunt. Vid. etiam Gud. et Collect. Fabb. Aesop. Hauptm. p. 270. Fragmentum fabulae quoque habes apud *Suid.* in Δύη. τοὔνεκα τὴν ἰδίην ὅτις ὄπωπε δύην. Fuit enim, cujus nomen nunc latet, qui Elegis fabulas graecas ederet, quarum passim meminit Suidas. Atque is sub nomine Μύθων, aut Μυθικῶν saepius illas citat. Cf. *Bentleji* Diss. de Aesopi Fabb. in Ej. Opusc. philol. p. 74. Ed. Lips. Non pauci porro scriptores antiqui ad hanc fabulam alludunt, adeo vt *mantica in tergo* in prouerbinm abierit. Vid. Catull. XXII. 20. sq. Bip. Hor. L. II. Sat. III. 298. Senec. de Ira L. II. 28. *Aliena vitia in oculis habemus, a tergo nostra sunt*; Persius Sat. IV. 24. cf. Gronov. et Desbillon. et quae in hanc rem collegit Hartmannus, praeter alia laudans Val. Max. L. VIII. C. VI. vbi leguntur multa hujus vitii exempla. Eamdem fabulam narrat *Fontanius* L. I. F. 7.

FABULA IX.

FUR ARAM COMPILANS.

Lucernam fur accendit ex arâ Jouis,
Ipsumque compilauit ad lumen suum.
Onustus sacrilegio cum discederet,
Repente vocem sancta misit Religio:

Vs. 3. *Onustus sacrilegio.* In MSS. Pith. Rem. et multis Editt. vt Nevel. Richter. Danet. Maittar. Lallem. Philipp. Brindlej. Didot. legitur, *onustus qui sacrilegio*, syllaba redundante. Hinc Johnsonius et Burmannus delent τὸ *qui*; ille tamen metrum putat constare, si legatur *sacrilegio qui*. Vrsinus edidit, *Qui onustus s. c. d.* Cuninghamus, *Qui sacrilegio onustus c. d.*

Vs. 4. *sancta.* MS. Pith. *sanctam.* Vide Not. Heins. et Gud. *sanctam* placet Langio, vt referatur ad *vocem*; sed *sancta* praeferendum, ob locum L. I. F. XXVII. 6. Cuninghamus; *Vocem hanc s. m. R.*

Vs. 1. *Lucernam.* Vid. ad L. III. F. XIX. 4. *ex*, in. Vid. Tursellin. p. m. 368. *ara.* In ara perpetuus ignis. L. I. XXVIII. 8. *Gud.*

Vs. 2. *Compilauit.* Fana compilare dixit Cic. de N. D. L. I. C. 31. *ipsum*, Jouem, h. e. ipsius fanum. *Lumen suum*, proprium; Jouis, non furis. Ita recte Scheffer. et Burmann. Nam si de furis lumine capias, perit omnis elegantia et relatio ad τὸ *ipsum.* Ipsum igitur Jouem ad lumen suum, i. e. proprium, ex ara Jouis accensum, compilauit; *suus* autem pro *ejus*, poni, nec referri semper ad eum, qui casu nominandi deberet exprimi, vt nonnulli putant, multis probant Scheffer. et Burm. quos vide.

Vs. 4. *Vocem misit.* Vocem mittere, pro quo L. I. XII. 12. dixit *vocem edere*, simpliciter est loqui. Ita solent poëtae; ita saepe Cicero, Livius, alii. Vid. etiam L. III. XVIII. 4. *Sancta religio.* Non in hac fa-

Malorum quamuis ista fuerint munera,
Mihique inuisa, vt non offendar subripi;
Tamen, sceleste, spiritu culpam lues,
Olim cum adscriptus venerit poenae dies.

Vs. 7. *Sceleste.* Mallet Heinsius *scelesto*, probantibus Bentlejo et Cuninghamo. Sed Harius et Burmannus defendunt *sceleste*, quia compellari aliquis hic debet, quod non requiritur in loco Virgilii, quem Bentlejus affert; et quia minime necessaria scriptae et editae lectionis mutatio, quae nihil noui significationi addit.

---

bula puto distinguendam religionem a Joue, cum vox sine dubio ex ara, vel statua Jouis emissa fuerit, ita vt religio pro re, vel loco sancto, in quo colebatur Jupiter, sit sumenda, et hoc verba *mihi inuisa*, *ignis noster*, quae a Joue profaruntur, clare ostendunt. Religio est ergo Jouis statua, vel ara religione summa colenda. (Aram intelligunt Gronov. et Dispontin.) *Burmann.* Simili modo Virg. Aen. III. 362. *Namque omnem cursum mihi prospera dixit religio*, i. e. oraculum et vaticinium. Vid. Heyne ad h. l. Adde quae notata sunt ad L. I. XXVII. 6. it. Clav. Schirach. v. *religio.* Equidem verterem: *des Gottes Stimme liess im Heiligthum sich also hören.*

Vs. 5. 6. Quamuis ista munera, i. e. donaria, quae tu nunc furto abstulisti, a malis hominibus ad placandum numen fuerint suspensa et dedicata, adeoque mihi inuisa, vt non offendar, illa a te subripi.

Vs. 7. *Spiritu.* Vita. Vid. ad II. VIII. 7. *Sceleste.* Obuium hoc conuicium apud Plautum, Ter. vt Heaut. II. III. 71. et alibi. *Burm.* Male R. *Prevost* verbo *spiritu culpam lues* explicat, *quand tu auras perdu la vie, après ta mort.*

Vs. 8. *Olim.* De futuro tempore. Cf. Epil. III. 16. vbi vide. *adscriptus*, fatalis, a fatis destinatus. vs. 19. *Schw.* Sic loquitur, quod fingebant Deas Parcas, quas et vocabant fata, non modo fatalia nere stamina, sed etiam fatalia destinata scribere ac referre in tabulas. Pacatus in Paneg. 18. *an vt illi majestatis tuae participi, deo, feruntur assistere Fata cum tabulis; sic tibi aliqua vis diuina subseruit, quae, quod dixeris, scribat et suggerat?* Ipsum verbum *adscriptus* est

Sed ne ignis noster facinori praeluceat,
Per quem verendos excolit pietas Deos,
Veto esse tale luminis commercium.

Vs. 10. *verendos.* Quia in MS. Pith. fuit *colendos*, Heinsius *colendos extulit* effecit, sed recte Harius ignorare se fatetur, quid sit *efferre deos colendos per ignem.* Bentlejus, qui *excolere deos* se, quid sit, fatetur nescire, legit *colendos censuit.* Sed monet Burmannus, *excolere* idem esse, quod *colere*; nam *ex* saepe augere in compositione, vt L. III. III. 5. Ovid. I. ex Pont. VII. 59. Vide hunc virum doctum ad Quinctil. Decl. VIII. 12. p. 178. Judicante eodem Codicis Pith. *colendos* ex glossa venit, qua *verendos* explicuit librarius. Cuninghamus edidit: *Per quem colendos excitat.*

Vs. 11. *luminis.* Heins. *lumini*, e conjectura minime necessaria.

---

apud Apul. de mundo. *Gronov.* Apte Burmannus praeter alia, laudat Martial. L. X. 44. — *venerit dies*, dixit vt L. I. F. 16. *aduenire.* Nam futurus erat, sed scriptus a natalibus. Senec. Cons. ad Marc. 16. *habebit quisque, quantum illi dies primus adscripsit*: et de Prov. C. 5. *Fata nos ducunt, et quantum cuique restet, prima nascentium hora disposuit. Burm.* Sattler. *wenn der schon bestimmte Tag der Rache kommen wird.*

Vs. 9. *Facinori.* Facinorosis.

Vs. 10. sq. *Per quem*, ignem, i. e. sacrificia. *Verendos.* A Religione Dii *verendi* dicuntur ratione hominum: quo epitheto de iis vtitur Ovid. II. Am. XIII. 11. et IX. Met. 269. (*verendos deos* qui dixerit, non meminit Bentlejus). Notant autem viri docti, verbum *vereri* minus, quam *metuere* et *timere*, rectius de numinibus dici, quia serui *timent* et *metuunt* dominos, liberi *verentur* patres, ita et deos magis *verentur*, qui recte de iis sentiunt, quam *metuunt* et *timent*, vt superstitiosi. Quare bene Cicero pro Plancio C. 12. *primum vt vluat cum parente (nam meo judicio pietas fundamentum est omnium virtutum) quem veretur, vt Deum.* Haec e Notis Burmanni excerpsi. *excolit.* Colit et placare solet. Vid. V. L. *Pietas*, pii homines, more Phaedri.

Vs. 11. *Commercium.* Non impliciter vsum notat, sed mutuum, et qûotidianum quasi inter sacra et profana lumina vsum. Sic Ovid. III. Art. 549.

Ita hodie nec lucernam de flammâ Deûm,
Nec de lucernâ fas est accendi sacrum.
Quot res contineat hoc argumentum vtiles,
Non explicabit alius, quam qui reperit.

Vs. 12. *Ita.* In MS. Pith. est *itaque*, quod probat el. Tzschucke post Gudium, notans: metri caussa videtur reponendum ex MS. *itaque*, quod et potest accipi pro *et ita*, vt apud Nep. in Alc. IV. 2. Sed jam olim Freinshemius legi volebat *ita hodie*, applaudentibus fere omnibus Criticis. Burmanno non displicet lectio MS. si ejiciatur *nec*, quod facile subintelligi posse dicit e vs. sq. Nevelet. et Vrsinus dederunt lectionem Cod. MS. *Itaque hodie nec l. d. f. d.*

Vs. 15. *explicabit.* Heins. Bentlej. Cuningham. *explicarit*; Salmasius *explicauit*, improbante Gudio.

---

vatibus dicit esse *commercia caeli*; et V. Trist. III. 45. *sunt Dis inter se commercia.* Non licebat ergo aras accendere de lucerna, quae oleo alebatur, sed de facibus (vt in sacro Cereris Ovid. IV. Fast. 493.) aut alio igne, vt ex domo Flaminis petito: Vid. Fest. in *ignem.* Maxime vero diuini fauoris indicium erat, si ex caelo demisso igne incenderentur arae. Vid. de Jov. Fulger. C. IX. Hujus interdicti de lucerna nusquam inueni mentionem: forsitan ex vsu hanc fabulam finxit Phaedrus, et originem ex ingenio commentus, vt notaret notos sibi scelestos, quos aluerat, et fouerat, sed qui sibi malam gratiam retulerant. *Burm.* Sattler. *ich verbiete diesen wechselseitigen Gebrauch.*

Vs. 12. *Lucernam.* Dixit *lucernam* pro vulgari igne, non sacro. *de flamma Deum:* de flamma in aris Deorum exsuscitata.

Vs. 13. *Sacrum.* Sacrificium, victimam. Hinc ad sacra perpetuum ignem alebant in aede sacra.

Vs. 14. 15. Cum perspicua et facile intelligi non possit, quomodo tres sententiae morales, quas Epimythium continet, ex facto narrato fluant; vides, hocce epimythium parum aptum esse ad fabulam. Itaque recte carpitur a cl. *Jacobs* in Nachtr. zu Sulzer. T. VI. p. 69. et cl. Langio, coll. Lessingio in Quaest. de Fabulis, quae exstat in Ej. Opusc. Fabb. vbi v. p. 140. Peccauit etiam Phaedrus in hoc, quod

Significat primo saepe, quos ipse alueris,
Tibi inueniri maxime contrarios:

---

cum in bona fabula sententia moralis vna et simplex esse debeat, ita tamen rem tractanerit, vt tres diuersas sententias morales deriuari posse crederet. Ceteroquin versum 15. viri docti varie explicant. Freinshemius ad ambitionem poëtae refert, cum vitium sit, ita loqui, vt, quod sentiss, intelligi non possit etiam ab eruditis et prudentibus. Schefferus ita explicat: non necesse erit, vt explicet alius, quia ipse, qui excogitaui, nunc facturus sum. Cui interpretationi repugnare videtur verbum *explicabit*. v. Lange. Desbillonius: quoniam reperi fabulae hujus argumentum, mihi exspectandum non est, dum ipse lector explicet, quot res vtiles contineat. Verba Phaedri tamen ei ostentationem quamdam habere videntur. Contra Langius suspicatur, nescio an vere, dicere poëtam per jocum, neque haec in serium esse conuertenda. Ego quidem dicerem, Phaedrum, qui probe intelligeret, ita esse narratam fabulam, vt vera ipsius mens non omnibus statim in oculos incurreret, sinistrae interpretationis euitandae gratia, vel alia quacunque de caussa, voluisse suorum verborum esse interpretem. Neque sic ostentationis argui potest, cum vnusquisque se ipse optimum verborum suorum interpretem dicere possit, ita, vt nulla ostentationis suspicio in eum cadet. Cl. Sattler. *Wie viele gute Lehren das Gedicht enthält, erklärt am besten der Verfertiger. argumentum.* Vid. ad L. II. F. VII. 13. *qui reperit.* Vid. ad Prol. I. 1. *Schw.* Se ipsa intelligit. Vnde discimus, primum fabulae hujus auctorem esse Phaedrum. *Scheff.* Probabile est, ipsum Phaedrum esse auctorem fabulae, etsi Guyetus Aesopo tribuere videatur, inter cujus fabulas non legitur.

Vs. 16. *Alueris.* Foueris, beneficiis ornaueris. Gronovius interpretatur: ad honores et opes euexeris. Sattler. *die man überhäuft mit Gunst und Wohlthat.*

Vs. 17. *Inueniri.* Vid. ad L. I. F. XII. 2. *contrarios.* Inimicos, infestos, vt recte Schefferus. Ita Varro L. IV. de L. L. (10. sub fin.) *quod fulmine ictus Phaëton contrariis Diis.* Ovidius etiam saepe contrario, pro inimico, hoste vtitur, vt I. Trist. IV. 41. Et alibi. *Burm.*

Secundo ostendit, scelera non irâ Deûm,
Fatorum dicto sed puniri tempore:
Nouissime interdicit, ne cum malefico
Vsum bonus consociet vllius rei.

Vs. 18. *Secundo.* MS. Pith. *secundum.* Transponit etiam h. v. post seqnentem. v. Gud. *Secundum* retinent Nevel. Vrsin.

Vs. 18. *Ostendit.* Cf. L. I. F. IX. 2.

Vs. 19. *Fatorum dicto tempore*, i. e. tempore a Fatis decreto, constituto. Non enim cum Scheffero jungendum, scelera non ira Deûm, sed fatorum puniri, dicto tempore. Merito enim dubitandum, an vllo in loco *ira* fatis tribuatur. v. *Lindneri* Tentam. Phil. crit. II. p. 5. Recte autem Schefferus per *fata* Parcas intelligit, quas opponit Diis superis, probante Burmanno, qui videndus ad Ovid. III. Trist. VII. 13. Ita Cicero Parcas intelligit Cat. III. 8. *ni Dii immortales fata ipsa flexissent —. dicto.* Proprie, vt IV. XXIV. 19. Ter. Andr. I. I. 75. *his nuptiis dictus est dies.* Supra dixit *adscriptus poenae dies.* Huc referendus locus Aeschyli, Rittershusio notatus: Θάρσει. χρόνῳ τοι κυρίῳ τ' ἐν ἡμέρᾳ θεὺς ἀτίζων τις βροτῶν δώσει δίκην. Cl. *Lindner* l. c. hunc Phaedri locum ita interpretatur: *scelera* (suo) *tempore puniri, non ira deûm, sed fatorum dicto.* Etenim poenae tempus dicere, fatorum est, quae nomen habent a fando, h. e. dicendo. *Tempore* est, *cum tempore.* s. suo tempore. cf. Epil. III. 32.“

Vs. 20. *Nouissime.* Vid. ad L. I. XXIV. 9. *interdicit.* Absolute. Sic Ter. Hec. IV. I. 18. *interdico, ne extulisse extra aedes puerum vsquam velis*, h. e. prohibeo. *Scheff.*

Vs. 21. Ne bonus vlla in re commercium habeat cum malefico. Laudat Gronov. Cic. post Red. in Sen. 7. *ausus es cum Gabinio consociare consilia pestis meae*, i. e. conspirare in exitium meum. Adde Cic. de Fin. III. 21. *nec vero rectum est, cum amicis, aut bene meritis consociare, aut conjungere injuriam.*

Hanc narrationem historiolam esse, non fabulam et Phaedrum istam pro fabula propria vendidisse, vidit *Lessingius* in Quaestionibus de fabulis libro, paullo ante citato, p. 138. sqq. Caussam Phaedri tamen agere studet *de Schiraoh*. V. 3. Clav. P. I. V. *reperire*. „Tantum abest, *inquit*, vt Phaedrus hanc narrationem pro fabula propria vendat, vt ipse potius suo exemplo probet, quod necesse putabat, posse hanc frugiferam narrationem, vt aliae, quas suis fabulis hic ibi interseruit, vtilissimarum rerum in communi vita esse documentum. Occurrunt ejusmodi narrationes euoluenti Phaedrum. Vid. L. III. F. X. L. IV. F. XXI. cet.“

FABULA XII.

MALAS ESSE DIUITIAS. *)

HERCULES ET PLUTUS.

Opes inuisae merito sunt forti viro,
Quia diues arca veram laudem intercipit.

*) Ita inscripta est fabula in MSS. Pith. Rem. et Vet. Editt. Sed hanc et alias ejusmodi fabularum inscriptiones, quas Meursius adjudicat Phaedro, non a Phaedri manu esse, non pauci sunt, qui statuant, e. g. Prasch. Freinshem. Gud. Desbillonius. Et vere. Quare etiam in hoc opere istarum inscriptionum non magnopere rationem habendam duxi. Rectius fabula nostra inscriberetur; *diuitiae virtutis impedimenta, siue, Hercules et Plutus*, quam inscriptionem Bentlejus dedit. Cum Desbillonio et Brotierio vtramque posui et vulgatam et Bentlejanam. Lallemant. et Didot. *Opes irritamenta malorum.*

Vs. 1. 2. Philosophantur hic interpretes, et in locos communes de diuitiis digressi Phaedrum aut accusant, aut defendunt. (De quo v. Meursii, Praschii, Freinshemii et Schefferi Notas). Sed per *fortem* virum hic militarem intelligit, vt fuit Hercules, propter virtutem receptus caelo: qui contemsit diuitias, ex quibus vera laus non quaeritur, sed ex factis, in vtilitatem generis humani editis. *Inuisae* opes sunt, quas aspernatur, vt inutiles, vt apud Ouidium de Mida, experto ejus nullum vsum esse, XI. Met. 130. *inuiso meritus torquetur ab auro. Laus* vero hic intelligenda bellica, vt ostendimus ad Val. Flacc. VI. 646. et Ovid. XII. Met. 539. *Herculeae mirum est obliuia laudis Acta tibi:* et ita *Thesea laus* idem VIII. 263. *Veram* vero laudem dicit, quia saepe etiam milites optimi et duces ex rebus gestis summam *gloriam* cum reportassent, auaritia eam contaminarunt, quia et *rem* et *gloriam* (vt Terentianus Menedemus Heaut. I. I. 60.) ex militia petebant. Sed nudam laudem et gloriam Her-

Caelo receptus propter virtutem Hercules,
Cum gratulantes persalutasset Deos;
Veniente Pluto, qui Fortunae est filius,

Vs. 5. *Veniente.* MS. Rem. (etiam Pith. v. Nevelet. ad marginem) *venienti*, vt cum *auertere* jungatur, vt apud Stat. V. Silv. III. 59 — — *cui te nec Cerberus omni Ore, nec Orpheae quirent auertere leges*, pro, *a qua.* Sed malo esse scriptum pro *veniente*, vt saepe in his fabulis. Vid. I. V. 1. et hoc libro

---

cules volebat esse appetendam, nec corrumpi viros fortes objecto lucro pati poterat. An et hic auarum Tiberium, vel alium quem ducem tangit Phaedrus? *Burm.* Apte hic Freinshemius adjicit locum e Plutarchi Apophthegm. Cap. C. Cui adde Nep. Epam. 4. et Aelian. V. H. XI. 9. *diues arca.* Arca, in qua cum aliae res, tum inprimis pecunia asseruabatur. Martial. L. X. Ep. 14. h. l. pro magnis opibus. Cic. Att. I. 9. *arcae nostrae confidito.* Id. Q. F. II. 12. *fiducia arcae.* Adde Catull. XXIII.

Vs. 3. *Caelo receptus.* In numerum Diuorum receptus. Graeca fabula θεωθείς. Notandus h. l. Senec. Herc. Oet. (Act. V. vs. 1940. sqq. p. 719. Gronov.) quem jam olim Rittershusius laudauit: *Quid me tenentem regna siderei poli, Caeloque tandem redditum, planctu jubes Sentire fatum? Parce; nam virtus mihi In astra et ipsos fecit ad superos itar.* Et mox vs. 1971. *Virtus in astra tendit; in mortem timor.* Cl. Sattler. *Da Herkules durch Tapferkeit den Himmel sich errungen.*

Vs. 4. *gratulantes* ipsi nouos honores. Vid. quae de hoc verbo erudite disputant Perizonius ad Sanct. Min. p. 8. sq. et Gronov. Obs. II. 19. cf. etiam Not. ad Epil. III. 27. *persalutasset.* Bene explicant Scheffer. et Burm. omnes ordine salutasset, salutationem omnium finisset. Graeca fabula: ἕνα ἕκαστον τῶν θεῶν ἠσπάζετο. Ita Liv. L. XXIX. 19. post med. Suet. Aug. 35. fin. vbi v. *Ernesti*, *perrogare sententias*, i. e. senatores sententias a primo ad vltimum rogare. Curt. X. V. 3. *donec a toto exercitu ad vltimum persalutatus est.* Ita *perbasiare* Petron. C. 41. Plura congessit Dispontin.

Vs. 5. *Veniente Pluto*, intellige, gratulatum. *Qui Fortunae est filius.* Diuitiae enim sunt a fortuna. Opportune Faber notat locum Pausan. in Boeot. p. 294. Edit. Wechel.

Auertit oculos. Caussam quaesiuit pater.
Odi, inquit, illum, quia malis amicus est,
Simulque objecto cuncta corrumpit lucro.

F. IX. 4. Sic Ovid. II. Art. Amat. 615. sq. — — *hoc quoque viso Auertit vultus saepe puella suos.* Burmann. *Pluto.* MS. Pith. *Plutone*; at Neveletus edidit, *venienti Pluto.*

Vs. 6. Bentlej. *Caussam vt quaesiuit pater.*

Vs. 8. *Simulque objecto.* Heinsius, *simul cum objecto.* Idem conjecerat *semelque objecto*, sed deleuerat iterum. Hoc certe, obseruante Burmanno, majorem auaritiam notaret, si semel objecto lucro aliquis a vera laude deduceretur.

καὶ πλησίον τύχης ἐστιν ἱερὸν φέρει μὲν δὴ πλȣ̃τον παῖδα, addita ratione: σοφὸν μὲν δὴ καὶ τȣ́τοις τὸ βȣ́λευμα, ἐϑεῖναι πλȣ̃τον ἐις τὰς χεῖρας, ἅτε μητρὶ ἢ τροφῷ τῇ τύχῃ. Facit tamen Hesiodus Theog. 969. sq. Cereris filium, ex Jasio in Creta natum. Priscis enim temporibus πλȣ̃τος fruges et alia, ad annonam et penum pertinentia significabat. Vid. Heinsius ad loc. Hesiodi cit. Ceteroquin *Plutum* a *Plutone* distinguendum esse, erudite contra Walchium obseruat cl. Lindnerus in Tentam. Crit. Phil. P. II. p. 5. sq.

Vs. 6. *Auertit oculos.* Graeca fabula: κατὰ τȣ̃ ἐδάφȣς κύψας ἀπεστρέψατο ἑαυτόν. *Pater.* Jupiter, vtpote qui est pater deorum et hominum sator. Vid. L. I. II. 13. III. XVII. 10. IV. XVII. 22. Non enim dicitur *pater*, respectu habito ad Herculem, qui Jouis filius ex Alcmena credebatur. cf. Prasch. et Lallemant.

Vs. 7. *Illum.* Plutum.

Vs. 8. Sensus: Praeterea quod malis amicus est, etiam cuncta, i. e. cunctos, siue sint boni, siue mali, corrumpit, objiciendo illis lucrum (*objecto lucro*). Similes sententias, in priscis scriptoribus obuias, congessit Rittershus. Vid. e. g. Prop. III. XI. 49. sq. Bipont. Aristoph. Plut. I. II. 146. vt omittam alia. *simul.* Ita capio, vt non modo malos, quibus amicus est, ad omnia facinora impellat, sed etiam possit bonos corrumpere spe lucri. *Burm. Objecto lucro cuncta corrumpit. Objectum lucrum* dictum est, vt L. I. XXIII. 4. *objectus cibus*, quo canis corrumpitur, ne latret pro re domini. *Cuncta* enim est pro *cunctos* positum, vt Ovid. III. ex Pont. VI 31. *cum pereant acie fortissima*

quaeque. Ovid. I. Am. II. 33. *omnia te metuent.* Et ita centies. *Burm. Objecto.* Proprie de cibo objecto; v. L. I. F. XXIII. 4. Capiendum actiue, vt apud Tac. IV. Ann. 60. *Drusum traxit in partes spe objecta principi loci,* qui locus Scheffero debetur. Eleganter vero h. l. vsurpatur de improuiso lucro. Vid. Clav. Schirach. voc. *objicere.*

Sub censuram vocauit hanc fabulam cl. *Jacobs.* in Obseruatt. huic editioni praefixis, quae etiam habentur *in Nachr. zu Sulzer* T. VI. P. I. p. 66. Eamdem narrant *Aesopus* F. 191. p. 147. Hauptm. et p. 143. Ernest. *Lessingius* L. II. F. 2. *Boulangerus* L. I. F. 18. *Hercule reçu parmi les Dieux,* quos non sine fructu comparabis. Adde Hor. II. Sat. III. 94. sqq.

FABULA XIII.

LEO REGNANS.

Vtilius homini nihil est, quam recte loqui;
Probanda cunctis est quidem sententia,
Sed ad perniciem solet agi sinceritas.
Cum se ferarum Regem fecisset Leo,
Et aequitatis vellet famam consequi,
A pristinâ deflexit consuetudine,
Atque inter illas tenui contentus cibo,

Vs. 1. *Nihil est.* Bentlejus edidit: *Vtilius nihil esse homini q. r. l.* sed v. Burmann.

Vs. 1. *Recte loqui*, sincere. Vid. vs. 3. *Schw.* Sine circuitione, aut ambagibus, quibus verus animi sensus inuoluitur et tegitur, loqui, vt solent sinceri et simplices homines. Vid. ad Quinctil. Prooem. L. VIII. p. 664. *Burm.* Oppositum hujus est *oblique loqui*, quod et passim in vsu. Sed et *recte* sic vsurpauit Plaut. Amph. III. III. 18. *recte loquere* et Captiv. V. II. 7. *recta et vera loquere. Scheff.* Metaphora ab itinere et via desumta.

Vs. 3. *agi.* Explicant Scheff. et Burmann. adduci, trahi, impelli, trudi, a potentibus scilicet et violentis. Notat Burm. loca Ovid. X. Met. 625. *in taedia vitae agi*, et Val. Flacc. III. 393. vbi consules Notam viri docti; V. 15. VI. 603. Val. Max. I. VII. 4. *ad supplicium agere.* Vid. etiam infra L. V. V. 3.

Vs. 4. Leo propter eximias dotes rex ferarum esse putatur. Ita poëtae, ita philosophi et mythologi statuunt. Multa hanc in rem testimonia collegit Bochartus in Hieroz. P. I. p. 711. sq.

Vs. 5. *Aequitatis*, aequi et justi regis. Cf. vs. 8.

Vs. 6. *Deflexit* sc. se, i. e. recessit; *a pristina consuetudine*, antiquo feritatis more et viuendi ratione. Simili modo Cic. pro Rosc. Com. 16. *qui semel a veritate deflexit.*

Sancta incorrupta jura reddebat fide.
Postquam labare coepit poenitentia

* * *

Desunt reliqua.

Vs. 9. *Postquam.* Sic vulgo legitur; sed emendauit Gronov. ad Plin. L. XXXIV. 14. *post quae labare c. p.* — *labare.* Pro vulgato *lauare*, quod est in MSS. Pith. Rem. et Edit. Vet. Rittershusius bene reponebat *labare poenitentiâ.* Non pauci tamen inhaerent vulgato, quod referunt ad *linguam* Fab. sq. vs. 1. Sed vs. 9. a fabula XIII. non dissociandus et ad sequentem trahendus est; id quod factum a Rigaltio Edit. 2. Scheffero, Hoogstratan. Funcc. Walch. Maittar. Richter. Leonhard. Bipont. Brot. al. Habet enim Romulus Vlmensis, apud quem haec fabula legitur integra, haec: *sanctam et incorruptam jurauit se fidem seruare. Postea de hac re habere coepit poenitentiam,* (perperam in Romulo Div. scriptum *potentiam*) *et dum mutare non posset naturam* cet. Vid. infra Fabb. Romuli Div. L. III. F. 20. coll. Anon. Nil. F. 49. vbi haec leguntur: *sanctam et incorruptam fidem seruare jurauit. Ex hac re posteaquam poenituit, et mutare naturam non potuit patientiâ, coepit* cet. quae paraphrasin exhibere videntur versus illius: *postquam labare coepit poenitentia.* Itaque jam olim Neveletus recte vidit, versum huj. fab. nonum nihil ad sequentia pertinere. Cum quo faciunt Nilant. Not. ad Fab. 49. Anonymi, Gronovius, loco paullo ante citato; Bentlej. Burmann. Heusinger. Lallemant. Desbillon. al. Sed ill. de Schirach mallet vulgatum *lauare* retinere et explicare, *purgare se et peccatum*, vt Ter. Ph. V. VIII. 46. Frustra autem putat, melius h. v. ab hac fabula dissociari.

Vs. 8. Sensus: Jus dixit singulari quadam et incorrupta fide, quam nil mutare potest, *unbestechliche Treue.* Cf. Hor. L. I. Od. XXIV. 6. 7. vbi v. Jani. Ovid. Fast. I. 252. *nullus erat, justis reddere jura, labor,* vbi *jura reddere* idem est, quod jus dicere. Curt. L. VIII. C. 9. *rex cum capillum pectit atque ornat, tunc jura popularibus reddit*, quem locum Schefferus affert. At Gronov. citat L. XI. D. de justitia et jure: *Praetor quoque* jus reddere *dicitur, etiam cum inique decernit.*

Vs. 9. *labare.* Titubare, vacillare; sed *labare coepit poeni-*

tentia est, mutare consilium, et deficere a proposito, vt Cic. VIII. Att. 14. *scito labare illud meum consilium, quod jam satis fixum videbatur.* Alia exempla suppeditabit *Ernesti* Clav. Cic. v. *labare*, et Schelleri Lexicon. it. Gronov. ad Plin. L. XXXIV. 14. vbi docet, τὸ *poenitentia* non significare tantum dolorem ex actis, sed saepe mutatum animum modumque agendi contrarium.

Compara *Fontanii* Fabb. L. VII. 16.

FABULA XIV.

PROMETHEUS.

* * *

Afflictione veretri linguam mulieris,
Affinitatem traxit inde obscenitas.

Vs. 1. *Afflictione.* In MS. Pith. Rem. legitur, *A fictione* quod Tollius explicat; post quam finxerat veretrum, transiit ad fictionem linguae mulieris. Vid. Gud. et Brot. Hanc lectionem vel receperunt, vel tuentur Nevelet. Rittershus. Danet. Toll. Brotier. Sed Heins. Gud. Salmas. ad oram libri, Hoogstrat. Guyet. Maittar. legi iubent *affrictione*; Faber *affixione*; Funccius *afflictione.*

Vs. 1. 2. Hi versus cum vs. vltimo praecedentis fabulae in multis editionibus exhibent fragmentum fabulae obscenae, quam faciunt editores Fabulam XIII. huius libri, ita tamen, vt legant, *postquam lauare coepit poenitentia.* Alii aliter. Heinsius, Rigaltii vestigiis ingressus, *penis tentio*; Gudius *penitentio.* Rigaltius, qui omnino de rebus obscenis multa erudite disputare solet, nimis curiosus est in innestigando fabulae deperditae argumento. Sed haec missa facio. Recte enim Rittershusius; „quid hic praecesserit, nec libet, nec fas est diuinare." Videndae hic V. L. ad vs. 9. fab. praec. et Excurs. XVII. init. Versus autem huj. fab. 1 et 2. recte conjunguntur cum sequentibus, quemadmodum etiam jungunt Bipontini. Suspicor enim cum Scheffero, produxisse Phaedrum quempiam, interrogantem Aesopum, vnde orta sit scelerata illa species libidinis in feminis, cujus hic meminit; cumque satisfecisset ei, alium ex eodem quaesiuisse detestandae libidinis originem, de qua agitur vs. 3. sqq. Cui poëta respondet vs. 5. sqq. Ceteroquin interpretatio loci rectius omittitur; sunt enim turpia et foeda. Adeant, quorum interest Rigaltii, Fabri et Gudii notas. At praeclare Schefferus: haec ignorare adeo non est in vitio, vt laudem mereatur.

Roganit alter, tribadas et molles mares,
Quae ratio procreasset? Exposuit senex.
Idem Prometheus, auctor vulgi fictilis,
Qui simul offendit ad fortunam, frangitur,

Vs. 5. *Idem*. Ita habent MSS. Pith. Rem. et Edit. Vet.
Vs. 6. *Qui*. Heinsius corrigit *quod*, quo nihil opus, quia *vulgus* proprie est masculini generis, sed vsurpatione neutris.

Vs. 3. *Tribadas*. Plautus (Pers. II. II. 45.). Latina voce *subigatrices* dixit. Intelliguntur autem eae, quae apud alias feminas virorum officio funguntur. *Scheff*. *Tribas*, fricatrix a τρίβειν, terere. Martial. VII. 67 et 70. (Bip.) *Gronov*. Hoc ipsum est, quod tangit D. Paullus Ep. ad Rom. I. 26. *Faber*. Lucianus, teste Rittershus., dixit τριβαδικὴ ἀσελγεία. Vid. etiam Rigaltius, Voss. ad Catull. p. 286. Martial. L. I. 91. *Molles mares*. Cinaedos, muliebria patientes. Vid. Not. ad Sen. Ep. 82. (T. II. p. 332. Edit. Amstel. ann. 1672.) *Gronov*. An Sejanus maxime perstringatur, ἐπέχω. De eo certe rumor, Apicio diuiti et prodigo stuprum venum dedisse. Tac. Ann. IV. I. 3. *Prasch*. L. XXXIII. 28. *molles viros* in comitatu Brachyllae, quos mox *obscenos* vocat, fuisse narrat. Petron. C. XXIII. *Molles, veteres, Deliaci manu recisi*. Vid. supra ad F. IV. (V.) *Burmann*. Laudant quoque interpretes Martial. II. Ep. 84. et III. Ep. 73. Bip. De horrendo hocce crimine lege Paull. Ep. ad Rom. I. 27. a quo *molles mares* I. Cor. VI. 9. μαλακοὶ vocantur. Vid. *Exeg. Handb. des N. T.* ad h. l.

Vs. 4. *Quae ratio procreasset*. Vnde orti essent. *Senex*. Aesopus. Vid. ad Prol. II. 8.

Vs. 5. *Idem Prometheus*. Haec docent, initio fabulas de Prometheo fuisse sermonem, vt olim vidit Rigaltius, probante Freinshemio. Male Rittersh. τὸ *idem* referebat ad Aesopum. *Auctor vulgi fictilis*. Formator hominum, e luto fictorum. Notissima fabula. Vid. Ovid. Met. I. 82. sqq. Hygin. F. 142. Juven. Sat. XIV. 34. sq. Pulchre rem illustrat lucerna sepulcralis in fronte hujus libri; cum qua comparanda sunt ea, quae notantur in Explicat. monimentorum aere sculptor. *fictilis*. Proprie in hac re. Martial. X. 39. Cic. Pis. 25. *homullus ex argilla et luto fictus*. Cf. Hoogstratan.

Vs. 6. *Qui*. Vulgus, *simul*, simul ac. *offendit ad fortunam*.

Naturae partes, veste quas celat pudor,
Cum separatim toto finxisset die,
Aptare mox vt posset corporibus suis,
Ad coenam est inuitatus subito a Libero.
Vbi irrigatus multo venas nectare,
Sero domum est reuersus titubanti pede.

Vid. Serv. ad Virg. I. Aen. 149. et ita saepe Charisius, Priscianus et Veteres Grammatici, quod notarunt commentatores ad Virg. II. Aen. 99. quibus adde Voss. de Anal. L. I. 31. *Burmann.*

Vs. 7. *celat.* Heinsius more suo *velat*, sine caussa; secutus tamen Walchius, sed v. Burm. qui laudat Ovid. II. Fast. 819. VI. Fast. 579. I. Am. IV. 41.

Vs. 10. *Libero.* MS. Pith. *Liberto.* Perperam.

Ita Cic. de Memmio apud Fab. L. VI. C. 3. *Caput ad fornicem Fabii offendisse.* Fortuna hic velut res dura fingitur, ad quam vulgus (nam illud *qui*, quod ante *simul*, ad *vulgi*, non *Prometheus* est referendum) formatus ex luto, sicut testa frangitur, eleganter. *Scheffer.*

Vs. 7. *Naturae partes.* Proprie membra, quibus sexus distinguitur. *Scheff.* Vid. Burm. ad Petron. C. CXII. p. 519. Ovid. dixit *tegendas obscenas partes.* Art. II. 584. Plin. *velanda, verenda corporis.* L. III. Ep. 14. et VI. 24. Hinc mox, *celat pudor.*

Vs. 8. *separatim*; besonders, apart.

Vs. 9. *suis*, a se fictis.

Vs. 11. sq. *irrigatus multo venas nectare.* Bene potus, pro quo Virg. Ecl. VI. 15. *inflatum hesterno venas Iaccho* —. *venas.* Notanda constructio, more Graecorum facta, qui saepe κατὰ, quemadmodum Latini *quoad* omittunt. Laudant Interpp. Tac. H. I. 85. *animum vultumque conuersi.* L. IV. H. 20. *frontem tergaque et latus tuti.* *Nectare.* H. l. pro vino, quod Stat. Silv. II. 2. 99. appellat *Nectar bacchaeum.*

Vs. 12. *Sero.* Prop. I. III. 9. 10. *Ebria cum multo traherem vestigia Baccho, Et quaterent sera nocte facem pueri,* vbi v. quae notat Passeratius. *Burmann.* — *titubanti.* Nota colorem epitheti. Verbum sollemne de ebriis. *Titubans gradus* dixit Col. X. 309. de ebriis. Ovid. Fast. VI. 677. *membra titubantia vino.* Vid. etiam No-

Tum semisomno corde, et errore ebrio,
Applicuit virginale generi masculo,
Et masculina membra applicuit feminis.
Ita nunc libido prauo fruitur gaudio.

Vs. 14. *virginale.* MS. Pith. *virginali.*

---

tas Burm. *reuersus.* Cellarius Cur. Post. p. 166. sq. et Antib. p. 151. hanc formam praeteriti ad Latinitatem saeculi argentei cadentem retulit; sed Walch. in Diss. de Stylo Phaedri p. 70. restitutae Latinitati aurei saeculi non immerito adnumerat, ob locum Nep. Them. V. 2. cui adde Caes. de B. G. VI. 42. coll. Hirt. de B. II. C. 13 et 18. cf. Dispontin.

Vs. 13. *Semisomno corde,* Halb im Schlaf; locutio rarior. Simili modo dixit Phaedrus Prol. IV. 3. *tacito corde,* vbi vide. Adde Not. ad Epil. II. 18. *errore ebrio,* propter ebrietatem errans. Ebrietas enim, quae homines vsu rationis priuat, facit, vt varios errores, quid quod crimina committant. Vid. Leonhard. Notanda ratio poëtica vocis *ebrius.* Olim apte notauerat Rigalt. locum Mart. XIV. 182. *Ebrius haec fecit terris puto monstra Prometheus: Saturnalicio lusit et ipse luto,* in quo loco Anton. *de Rooy* V. C. Animadv. Crit. p. 259. legit *formis*; cum in libris scriptis inuenisset *foriis*; sed in Edit. Bip. est *terris*, fortasse rectius. An vero Martialis hunc Phaedri locum imitatus sit, quod conjicit Gud. de eo judicent alii.

Vs. 14. *Virginale,* sc. membrum. Vid. Muncker. ad Hygin. F. 184. *Burm.* Prudentius Hymn. XIV. Peristeph. 8. *intactum ab omni crimine virginal.* Apul. in Apol. (p. 296. 28. Elm.) dixit *feminal* et *virginal*, pro naturalibus, notante Lips. L. II. Elect. C. 21. p. 767. Opp. crit.

Vs. 16. *Gaudio.* Hoc vocabulo vti solent auctores de vsu venereo. Exempla suppeditabunt Notae Rigaltii, et Lexicon *Schelleri.*

Priorem hujus fabulae partem supplere tentauit Brotier. quem vide. Sunt, qui Phaedrum turpes Tiberii libidines, quas tangunt Suet. Tib. C. 43 — 46. et Tac. Ann. VI. 1. notare contendant; in quam sententiam, praeter Rigaltium, discedit Brotier. Sed puto, fabulam patere latius. Facile enim crediderim, poëtam turpes aetatis suae libidines in vniuersum voluisse carpere. Cf. Ep. ad Rom. I. 26. sq. Non pauci Editores totam fabulam omittunt.

FABULA XV.

CAPELLAE ET HIRCI.

Barbam capellae cum impetrassent ab Ioue,
Hirci moerentes indignari coeperunt,
Quod dignitatem feminae aequassent suam.

Vs. 2. *coeperunt.* Vulgo *coeperant*; sed *coeperunt* est in MSS. Pith. Rem. penultima breui: quam lectionem recte praeferunt Gud. et Heinsius, quibus parent plurimi. Vid. ad L. III. II. 19. et ad L. IV. XIX. 16. at non pauci ediderunt *coeperant*, vt Nevel. Fab. Vrsin. Hoogstrat. Bentlej. Richter. Desbillon. Didot. Borrich. de Poët. p. 56.

Vs. 1. *impetrassent.* Precibus obtinuissent, exorauissent. Plaut. Casin. II. III. 51. *quid si ego impetro atque exoro a villico.*

Vs. 3. *dignitatem.* Auctoritatem, quam prae ipsis habebant antea ex barba. Nam vt ait Lactant. Opif. Dei VII. n. 11. *barbae ratio, incredibile est, quantum conferat ad decorem virilitatis ac roboris. Scheffer.* Hanc vocem, quae de forma, proceritate et pulchritudine corporis, maxime virorum, non raro vsurpari solet, v. Suet. Claud. 30. Nep. Dion. 1. recte explicauit Schefferus. Equidem verterem, *das männliche Ansehen* —. *aequassent. Aequare* est aequalem habere, accipere. Simili modo Suet. Caes. 55. *praestantissimorum gloriam aequauit* —. *feminae.* Cum Phaedri aetate jam dubium incertumque esset, ad quem fabula allata potissimum spectarat, tum hoc nostro aeuo, qui tot saeculis post viuimus, haec ratio plane est imperuia. Quis enim affirmare ausit, Liuia, an Plancina, aut Liuilla intelligatur? quod suspicati sunt Guyetus et Burmannus (etiam Desbillonius). Neque enim capellarum nomen solum sufficit, vt mulieres intelligi existimemus. Tum Liuia cum reliquis non ornatum sine titulos imperii vsurpauit, sine virtute et re, sed rem potius sine titulo. Fortasse per capellas, barbam ab Ioue impetrantes, et sic ornatum muneris virilis vsurpantes, eos intelligit, qui virtutis et meritorum ipsi exper-

Sinite, inquit, illas gloriâ vanâ frui,
Et vsurpare vestri ornatum muneris,
Pares dum non sint vestrae fortitudinis.
Hoc argumentum monet, vt sustineas, tibi

Vs. 6. *Vestrae fortitudinis.* Sic legendum e Cod. Pith. sed MS. Rem. habet *vestrae fortitudine*, fortasse pro *fortitudini*, vt legunt Rittershus. Gud. Bentlej. Vrsin. Richter. Cuningham. Maittar. Leonh. Lallem. Bipont. Jördens. Saepius enim litterae *e* et *i* in Cod. Rem. permutatas esse constat, vt L. IV. XII. 5. vbi v. V. L. cf. Gud. Aliis, nec paucis, secundus casus placet. Constructio enim τῦ *par* cum genitiuo passim obuia. Laudat vero Schefferus Cic. in Pis. 4. *illum cujus paucos pares haec ciuitas tulit*; Burmannus Sil. IV. 370. *aetatis mentisque pares*; Stat. VIII. 608. *par aliud morum*: Hisce adde Plaut. Rud. Prol. 49. *erat ei hospes par illius*; Lucan. X. 382. *par hujus erat.* Vid Vechneri Hellenolex. L. I. P. II. C. 18. extr. Ed. Heusing. et quos laudat Prasch. Walchius mallet *fortitudine*, sed tunc legendum *vobis*, quemadmodum jam notauit Burmannus.

---

tes, ab Augusto et reliquis Caesaribus ornamentis honorum h. e. meris honorum titulis afficiebantur. Quod cum aegre ferrent illi, qui virtute et meritis eum honorem essent assecuti, hac fabula solari eos quasi voluit. Verum vltra conjecturam in his progredi non licet. cf. interim Sueton. Aug. C. 38. *Lindner* in Tentam. Crit. phil. P. II. p. 6.

Vs. 5. 6. Sensus: Sinite illas vsurpare ornamentum virile (barbam), datum vobis deorum et naturae munere. De verbo *vsurpare*, quod h. l. frequentem vsum notat, lege Perizon. ad Sanctii Min. p. m. 968. sq. At Santoroco hoc verbum dictum videtur sensu, quo capiunt ICti, apprehendere id, quod alius possidet, eaque re possessionem illius interrumpere.

Vs. 6. Dum non habeant parem animum at aequales corporis vires.

Vs. 7. *Argumentum.* Vid. ad L. IV. F. VIII. 2. *Sustineas.* Varie vtitur hoc verbo Phaedrus. Hic est absolute positum, pro feras, patiaris. Cic. V. ad Fam. 10. *si mehercule Appii os haberem, tamen hoc sustinere non possem.* Ovid. I. Met. 530. et Eleg. ad Liv. vs. 135. *Burm.* Vid. ad L. III. F. VIII. 7.

Habitu esse similes, qui sunt virtute impares.

Vs. 8. *sunt.* Nevel. Rigalt. 2da. Fab. Heins. Danet. *sint.*

Vs. 8. Aequo animo feras, loco, honoribus, opibus, diuitiis, quauis externa pompa (*habitu*) juxta te esse, qui multum infra sunt meritis. *Gronov.* Vid. ad L. I. F. III. 2. *Virtus* pro meritis capitur Epil. II. 4. At cl. Sattler haec ita expressit: *Diefs lehret, dafs man die in äufserer Gestalt sich gleich seyn lasse, die an Stärke ungleich sind.*

Lege et compara Fabulam Lessingii L. II. 24.

FABULA XVI.

GUBERNATOR ET NAUTAE.

Cum de fortunis quidam quereretur suis;
Aesopus finxit consolandi gratia:
Vexata saeuis nauis tempestatibus,

Vs. 2. Guyeto legendum videtur, *finxit hoc solandi gratia*; Buchnero, *Aesopus dixit*, aut *infit*, e conjectura non probabili.
Vs. 3. sqq. Teste Gudio in MS. Pith. est *nauis*. Sic ex hoc codice edidit Neveletus; sed fide Brotierii MSS. Rem. Pith.

Vs. 1. *de fortunis*. *Fortunae* hic in plurali de fortuna aduersa. Ita passim occurrit, etsi hoc sensu singularis vsitatior sit. Cic. pro Rosc. Am. 20. *vt postea neminem alium, nisi fortunas vestras, accusare possitis*. Id. Or. post red 14. *bonos viros lugere malui meas fortunas, quam suis desperare*, quem locum Desbillonius produxit in Addend. p. LX. Sic alibi. Vid. Notas Schefferi et Gronovii.

Vs. 2. *Finxit*. Absolute. Intellige hanc fabulam. Cf. L. I. F. VI. 2. *consolandi gratia*, sc. ejus. Vid. L. I. F. XIV. 6.

Vs. 3. *Vexata*. Proprie Gell. L. II. 6. *Qui fertur et raptatur atque huc atque illuc distrahitur, is vexari proprie dicitur*. Vellej. L. II. 79. *classis eodem loco vexata est tempestate*. Vid. etiam Macrob. VI. 7. quem Burman. laudat. *saeuis*. Etiam res inanimatae *saeuae* dicuntur, vt venti, a Cic. de Or. III. 39. *venti erumpunt, saeui existunt turbines*. Cf. L. I. F. XII. 11. I. XXXI. 12. vbi vide. *nauis*. Per nauem posses intelligere Romanam rempublicam, quae a Sejano vexata, eo oppresso videretur ad tranquilliorem rediisse statum. Sed nondum fide bona desaeuiisse procellas indicare videtur Phaedrus, immo magis increbuisse, Tiberio in saeuitiam et omnia scelera magis erumpente, vt docent historiae. *Burm.* Conjectura Burmanni parum mihi videtur probabilis; immo vero crediderim, fabulam pertinere ad hominem, nescio quem, (quis enim diuinare ausit?) sua sorte non contentum. Ponderanda hoc loco sunt, quae notaui ad L. IV. XV. 4. *Nauis*. jungendum c. *ferri coepit*, vs. 6.

Inter vectorum lacrimas et mortis metum,
Faciem ad serenam subito vt mutatur dies,

Veteresque Editiones versu 5. habent *mutotur dies,* quod recte retinendum censent Heinsius et Bentlejus; ita tamen, vt ad fulciendum versum τῷ *mutotur* praeponant *vt.* Secuti, praeter alios, Bipontini, cl. *Jördens.* Sic enim seruatur lectio Codicum, sic omnia melius cohaerent. *Schwabe.* Olim edidi *naui*, (quod est in Excerpt. Rigaltii) quia offendebat aures exitus duarum vocum in *is*, et tertiae in *us*: praeter ea MS. lectionem *mutatur* tunc seruari posse credebam, si tres hi versus continuo ordine sine majori distinctione legerentur, nec opus esse *mutot vt*, (quod volebant Scioppius, cui etiam placebat *mutatus dies*, et Meursius, etsi huic quoque in mentem veniret, *F. o. s. vbi commutatur dies*), vel *vt mutatur* reponere, quae tantum fulciendo versui excogitata videbam; neque tamen displicebat Rittersbusii et Gudii lectio, quae quinque versus continuos sine distinctione majori exhibebat, et sensum optimum praebebat, si *nauis* conjungeretur cum *ferri coepit* et *muto to die* legeretur. *Burmann.* Cuperus Obs. L. II. C. 20. p. 261. legi jubet *mutat vt*, vt *mutat* passiue ponatur; Cuningh. vero *dum mutat dies.* Cf. Excurs. XVIII. ad L. IV. F. XVI. 3. sqq.

Vs. 4. *Vectorum.* Vectores sunt, qui loca in naue conducunt, (*Passagiers*). Vid. Brisson. de V. S. v. *vector*, et Dispontin. A quibus distinguendi *nautae* (V. 7. 'Distingui enim solent nautae a vectoribus. Cf. Dig. L. IV. Tit. IX. §. 8. Ovid. Her. XVIII. 148. *Idem nauigium, nauita, vector ero.* Cic. Phil. VII. 9. fin. *etiam summi gubernatores in mognis tempestatibus a vectoribus odmoneri solent—. mortis.* Recte vidit cl. Tzschucke litteram *s* vs. 3. 4. saepius repetitam, ingratum facere sonum.

Vs. 5. Sensus: postquam sedata tempestate serenitas rediit, seu, vt ait Burmannus, caelo et aëre jam placido et tranquillo. Graeca fabula: χέιμῶνος πανσαμένκ καὶ πάλιν γαληνης γενομενης. *Ad serenam faciem.* Eleganter *facies* pro specie, habitu, de mari. Ita Virg. Aen. V. 767. sq. *quibus aspera quondom visa maris facies —. mutatur dies. Dies* pro aëre et caelo poni consueuit: vide Gronov. ad Senec. Herc. Oet. 1632. et pro sole etiam poni, docuimus ad Val. Flacc. VII. 229. quia ille diem facit;

Ferri secundis tuta coepit flatibus,
Nimiàque nautas hilaritate extollere,
Factus periclo tum Gubernator sophus:
Parce gaudere oportet, et sensim queri,

Vs. 7. Heinsius; *Nimia ecce nautas hilaritas extollere*, vel, *nimioque nautoe se hilaritate extollere.* Posteriorem conjecturam amplectitur quoque Cuninghamus.

Vs. 8. *periclo.* MS. Per. *periculo.* Sic vulgo legitur; sed jam olim Guyetus reposuit *periclo*, praeeunte Rittershusio.

---

mutari vero in hac re proprio verbo apposite vtitur Phaedrus. Ita et Ovid. Ep. XIX. 77. I. Trist. II. 108. *Burmann.*

Vs. 6. *Ferri.* Pro efferri capit Johnsonius; sed quid sit *efferre nauem* nescio. Sed *ferri* est propelli, vt iter promoueret. Ovid. I. Trist. IV. 17. *si tamen haec nauis vento ferretur amico*: fert enim ventus et aura nauem, vt idem I. Trist. VIII. 42. *Burm. secundis flatibus.* Ventis secundis, seu *vento amico*, vt Ovid. loco paullo ante cit. *Flatu secundo* idem habet XIII. Met. 418. *coepit.* Vid. ad L. I. II. 8. et L. I. VIII. 5.

Vs. 7. *Extollere.* Elatos quasi et superbos reddere, tamquam nihil mali amplius posset accidere. Ita enim fit in tali gaudio, vt in metu contra et luctu jacent. Cic. L. X. Ep. 12. *incredibili gaudio sum elatus.* Scheffer. Val. Flacc. IV. 4. *vt noua nunc tacito te pectore gaudia tollant*, vbi vide. *Burm.* *Jetzt herrschte übermüthige Freude auf dem Schiffe.* Sattler.

Vs. 8. *Gubernator.* Aeschylus Ιχετ. 776. sq. Κυβερνήτης σοφὸς, quem Nepos appellat *dominum nauis*; Ovid. I. Trist. III. 118. *aurigam. sophus.* Expertus, sapiens, doctus. Sattler. *durch die Gefahr belehret, (klug).* Cf. L. III. XIV. 9. Schefferus, cui obsequitur Lallemant. interpretatur Philosophum; sed rectius Burmannus Latine reddi vult *doctus*, vt Prop. II. 28. *credit et illa suo docta puella male*, vt *doctus* intelligatur vnusquisque artis suae peritus et expertus, de quo erudite disputat vir doctus. Praeter alia vero laudat Pindari Nem. VII. 25. et Claudian. Bell. Get. 277.

Vs. 9. 10. Sunt verba gubernatoris. *Parce gaudere* est in laetitia modum adhibere, quod dixit Hor. L. II. Od. III. 2. 3. *seruare mentem temperatam ab insolenti laetitia.* Simili modo dixit Varro: *Sapiens et*

Totam quia vitam miscet dolor et gaudium.

Vs. 10. *Totam quia.* MS. Pith. *Totamque.* Vid. Nevelet. ad marginem Edit. et Gud. Hanc lectionem probat Salmasius; at Heinsius conjicit *totam aeque.*

---

bonum ferre potest modice, et malum fortiter et leuiter, quem locum citat Rittershusius. Cic. XI. ad Att. dixit *leuius dolore;* Mart. L. VIII. Ep. 38. *parcius dolore. sensim.* Id est non celeriter, non statim, antequam appareat justa caussa querelae: non ante damnum et malum manifestum. Ovid. III. Art. 565. *Ille vetus miles sensim et sapienter amabit,* et II. Art. 718. *Burmann.* Similis locutio est βραδὺς εἰς ὀργήν. Ep. Jac. I. 19. Gloss. Philox. *sensim,* σχολῇ, ἠρέμα. Notanda elegantia et vis vocum *parce* et *sensim.*

Vs. 10. *Vitam miscet dolor et gaudium.* Singularis haec locutio animaduertenda, pro, vita hominum mixta est dolore et gaudio, quod ita extulit Ouid. VI. Fast. 463. *Scilicet interdum miscentur tristia laetis —. Burmann.* qui etiam laudat Epigramma de Philistione comico in Anthol. III. C. V. p. 300. *miscet,* temperat. *Schirach.* Clav. P. I. p. 226. *Weil Schmerz und Freude sich in unser Leben theilt.* Sattler. Alii scriptores hanc sententiam aliter expresserunt. Vid. Notas Vrsini, Rittershusii et Tollii in P. III. Phaedri p. 174. Laudat etiam Freinshemius pulchram Aemilii Paulli Orationem apud Liv. XLV. 41.

Haec fabula sub censuram vocata est a Cl. *Jacobs.* in Obseruatt. ad Phaedrum, huic libro praefixis, coll. *Nachtr. zu Sulzer* T. VI. P. I. p. 67. Tollio ex Aeschyli Persis desumta videtur, vbi v. vs. 600. sqq. Eamdem, sed paullo fusius, narrat Aesopus Fab. 269. Hauptm. et Ernest.

FABULA XVII.

CANUM LEGATI AD JOUEM.

Canes Legatos olim misere ad Jouem,
Melioris vitae tempus oratum suae,
Vt sese eriperet hominum contumeliis,

Vs. 2. *Melioris vitae tempus oratum suae.* Ita legitur in vtroque Codice et Rem. et Pithoeano. Vid. Desbillon. et Brotier. Sed jam olim Vrsinus corrigebat, *meliora vitae tempora oratum suae*, cui parent Toll. Desbillon, Brot. Heinsius vero *meliora vitae tempora oratum sibi*, quod recepere Bentlejus et Cuninghamus. Etsi vero *meliora tempora* centies occurrunt apud veteres, vt docent exempla, a Burmanno adducta; idem tamen recte obseruat, non semper in eamdem loquendi formulam cogendos scriptores, cum aeque recte *melior vita* pro feliciori dicatur, ac *meliora tempora vitae.* Vid. Burm. coll. Not. ad vs. 2. Heinsius Ep. VIII. ad Scheffer. etiam volebat *suos*, vt referatur ad *legatos.* Hic versus Guyeto suspectus videtur; nec mihi τὸ *suae* valde placet.

Vs. 3. *eriperet.* Quia in MS. Rem. erat *sese ariperet*, Gu-

Vs. 2. *Melioris vitae tempus.* Vsurpant prisci scriptores *bonam vitam* pro felici, *malam* pro infelici. Plaut. Cas. IV. IV. 17. sq. *bonam vitam mihi dedisti, hujus cum copiam mihi fecisti.* Senec. Ep. 123. post med. *vna felicitas est bona vita.* Laudat etiam Burmannus Ovid. in Ibi 441. *dumque redire voles aeui melioris in annos*, Ita *mala vita;* Ovid. I. ex Pont. IX. 31. teste eodem. Desbillonius ad h. l. obseruat: „*melioris vitae tempus* quid est aliud, nisi tempus vitae olim felicioris? Si auctor dicere hoc voluit, non satis recte commentus est; si noluit, inepte scripsit.“ Equidem hoc non video; cum Phaedrus, vt bene vidit Schefferus, intelligat tempus, quo feliciorem vitam possent viuere, quam adhuc licuerat. Quomodo enim probabitur, vitam canum olim fuisse feliciorem?

Vs. 3. *Vt sese eriperet contumeliis.* Vid. V. L. ad h. v.

Furfuribus sibi conspersum quod panem darent,

dius conjiciebat *sese eriperet*. Facilis profecto emendatio! Et solet Phaedrus vsurpare cum *sese*, tum *eripere*. Vid. L. II. F. IV. 17. et L. I. F. XXVIII. 11. Quam emendationem post Hoogstratanum et Maittar. receperunt Richter. Leonh. Benilej. Cuningham. Toll. Lallem. Brot. Bipont. Dasbillon. Didot. quibus ego lubens accedo. At Burmannus retinuit *abriperet*; nam fide Brot. in MSS. Pith. Rem. et Editt. Vet. vt Rigalt. 2. Fab. Nevel. est, *vti sese abriperet*, quod videtur ortum fuisse a manu amendatrice ex *sese ariperet*. Sic et alibi in eodem Codice variae ejusdem loci inueniuntur lectiones, vt passim a nobis obseruatum est. Heinsius, *se subriperet*, quod furtiuis magis actis conuenire contendit Burmannus, licet emendatio sit facilis ex *sese ab* facere, *se sub*. Scheffero placebat, *hominum e contumeliis*, quod vsitatius esse dicit, vt Cicero dixit *e complexu parentum abreptos filios*. Sed aeque recte dici potest *abripere contumeliis*, quemadmodum Sueton. Aug. 17. *simulacro D. Julii abreptum interemit*. Maittarius dadit, *vt sese eriperent*; Danet. *vti se abriperent*.

Vs. 4. *conspersum quod*. Heinsius *consertum qui*.

---

it. ad L. I. F. XXIX. 2. Sed vulgatum *abriperet* Burmannus refert ad singularia Phaedri. cf. tamen V. L. ad vs. 3. fin.

Vs. 4. *Conspersum*. Commixtum. Vid. de hoc pane Pignotium de Serv. p. 252. sq. *Hoogstrat*. Neveleto *panis sordidus*, vt est apud Plautum (Asin. I. II. 16. coll. Juvenal. V. 11. ibique Vet. Schol.) Nonius appellat *acerosum*, quia est ex paleis acereue. *Scheff*. Recte hoc Schefferus et Hoogstratanus explicuerunt. Et Nonnius etiam de re cibaria L. I. 6. (p. 20) esse *Acerosum* panem dictum a Nonnio Marcello docet. Apud quem, *Acerosum panem farre minus purgato, nec sordibus a candido separato, dicendum veteres putauerunt*: quae verba videntur vitiosa et legenda, *panem e farre minus purgato, nec sordibus a candido separatis*. Nam e farre fuisse apparet ex Lucilii loco, vbi *far acerosum* vocatur, et Fest. in *Canicas*, quas *furfures ex farre* explicat; sed alii ex panico fuisse panem hunc tradunt, et *Apludam* dictam. Festus, *Apluda est genus minutissimae paleae frumenti, siue panici*. Vid. Gell. L. XI. C. 7. *Burmann.* Cl. Sattler. *Kleyenbred.*

Fimoque turpi maximam explerent famem.
Profecti sunt legati non celeri pede,
Dum naribus scrutantur escam in stercore.
Citati non respondent. Vix tandem inuenit

Vs. 8. *Citati.* Heinsius *citatis*, nullo sensu.

Vs. 5. *turpi*, 'foedo, sordido. Cic. I. Off. 34. jungit *turpis* et *foedus*. Virg. Aen. L. V. 358. *membra turpia fimo*. Sattler. vertit *ekelhaft*. *explerent*. Explere cogerentur sc. canes. Cum diserte dicatur, homines canibus dare panem, furfuribus commixtum, inde non potest colligi, quod volebat Rittershusius, veteres canes stercore pascere solitos fuisse; immo vero fimo famem explere dicuntur, quia ad hoc genus erant propensi. Cf. Scheffer. ad h. l. et Not. ad L. I. F. XXVII. 11. Addita haec ad augendam injuriam, quod bene monet *Tzschucke* V. C.

Vs. 6. 7. *Profecti sunt legati non celeri pede*. Apte propter famem. *Tzschucke*. Schefferus et Burmannus post *pede* mallent distinctionem ponere, et reliqua sic continuare: *dum naribus scrutantur escam in stercore, citati non respondent*. Ita quoque distinguunt Bipontini. Sed fortasse vs. 6. et 7. melius junguntur. Cl. Lange incertum esse statuit, vtrum vs. 7. cum 6. an cum 8. conjungendus sit. *Scrutantur escam in stercore*. Cf. L. I. F. XXVII. 11. Martial. L. I. 84. Bipont.

Vs. 8. *Citati non respondent*. Vocati, vt illis quasi senatus daretur, sollemni praeconis, Mercurii, voce, exemploque veteris aulae, si conuenire vellent regem, vt nunc facerent; non sunt praesto, non comparent. Latinissime dictum. Est formula juris, qua *respondere*, scil. ad vocem praeconis, dicuntur rei, qui in judicium citati comparent. Laudant Interpp. Cic. Verr. I. 1. *Verrem altera actione responsurum non esse*, i. e. non praesto futurum in judicio. Gell. XI. 1. *M. Terentius citatus neque respondit, neque excusatus est*. Suet. Ner. 44. *mox tribus vrbanas ad sacramentum citauit, ac nullo idoneo respondente, certum dominis seruorum numerum indixit*. Sueton. Aug. 38. Cic. I. Att. 16. Cf. Brisson. de Form. ant. L. V. p. m. 470. et Ernesti Clav. v. *citare*. Hisce adde loca Rittershusio notata. Sed istae fori formulae difficultatem objiciunt. Nusquam enim legitur, lega-

Eos Mercurius, et turbatos attrahit.
Tum vero vultum magni vt viderunt Jouis,

Vs. 9. *Eos Mercurius et turbatos.* Heinsius *reos*; sed admodum improprie *rei* dicuntur hic legati. Malim, *Eos Mercurius, sed turbatos attrahit;* vt mox vs. 19. et de eleganti vsu τῶ *sed* vid. ad Petron. C. 128. *Burmann.*

---

tos adeundi veniam petiisse, vt vs. 21. adeoque nec citari poterant, nec dici respondisse. Itaque Meursius et Faber suspicantur, excidisse quaedam post versum 7. nisi quis cum cl. Tzschuckio velit putare, id quod censent excidisse, intelligi debere ex initio; aut, quod alii volunt Phaedrum breuitatis studio omisisse, canes post aduentum vt admitterentur, petiisse. Non alienum videtur h. l. notare vtriusque verbi *citare* et *respondere* vsum in delectu militari, vbi *respondere* dicuntur, qui militiam non detrectant; v. Ernesti Clav. v. *respondere.* Etiam milites, qui non praesto sunt, cum nomina praeleguntur, dicuntur *non respondere.* Hinc Liv. VII. 4. *virgis caesis, qui ad nomina non respondissent.* Sattler. *Zur Audienz geladen, stellten sie sich nicht.* Ceteroquin secedo cl. Tzschuckio, ad h. l. obseruanti: „reliqua eleganter et cum delectu, sequentia etiam passim lepide, quamquam sordibus admixtis.“

Vs. 9. *Turbatos.* Perterritos, confusos (Vs. 24.) cum aduentu Mercurii, tum neglecti officii conscientia. *attrahit.* Fortius est, quam adducit, nam indicare videtur, vim fuisse adhibitam. Cic. Verr. III. 25. *adducitur a Veneriis, atque adeo attrahitur Lollius.* Adde Verr. II. 1. init.

Vs. 10. *Tum vero.* De hac particula v. Tursell. p. 1307. *vultum.* Illum nimirum, quo Homerus eum descripsit, et quo magistro imaginem ejus Phidias expresserat. Vid. Val. Max. III. VII. ext. 4. quem ideo hic in fabula humili Phaedrus memorat, vt risum moueat, (quae altera dos fabularum) et forte illudat opinioni vulgi. Qui enim non ita terreret vultu suo Jupiter canes, vt concacarent regiam, cum etiam in concilio deorum placido vultu omnia concuteret, vt ait Statius I. Theb. 202. et apud Liuium XLV. 28. Paullus Aemilius *Olympiae Jouem velut praesentem intuens motus animo fuerit. Burmann. magni Jouis.* Perpetuum Jouis epitheton. Ovid. I. Art. Am. 714. et ita

Totam timentes concacarunt regiam.
Propulsi vero fustibus, vadunt foras:
Vetat dimitti magnus illos Jupiter.

Vs. 12. *Propulsi vero fustibus.* Heinsius *propulsi vt vero.* Harius, qnia *vero* modo processit, *propulsi ne sint fustibus,* sed quaenam haec sermonis scabrities? certe debuisset dicere, *ne propellerentur.* Quare si quaedam interciderint, vt viri docti auspicantur, non offendere poterit repetita vocula *vero*, praecipue cum versu eodem *magni* epitheto ornetur Jupiter, et vs. 13. iterum; vel si audaciori esse liceret, et conjicere illud *vero* depranatum esse ex *ergo*, legerem, *Ergo propulsi fustibus. Burmann.* In repetitione particulae *vero*, quae nonnullos offendit, non quaerendam esse rationem emendandi, vel intelligi potest ex iis, quae notata sunt ad L. IV. V. 41. vbi v. V. L. *vadunt.* Cuninghamus *ruunt foras.* Ita inuenias in Edit. Didot. stereotypa.

Graecis μέγας, vt multis Jac. Gronov. in Diss. de voce μέγας ostendit. *Burmann.* Vid. mox vs. 13. et quae loca laudat Schefferus. Cf. Excurs. XIX. ad h. v.

Vs. 11. Simile quid de Aethonte narrat Martial. XII. 77.

Vs. 12. *Propulsi — vadunt.* Notanda vis verbi *vadere*, quod hic celeritatem notat; v. Cuperi Observ. I. 2. p. 17. et quae notata sunt ad L. III. X. 26. Hinc apte cl. Sattler. *mit Prügeln fortgetrieben, liefen sie davon.* Itaque Hario τὸ *vadunt* immerito nimis segne videtur. Vid. vberiorem Burmanni ad h. l. disputationem.

Vs. 13. *Vetat dimitti.* Rursum excidisse versum putat isto lôco Meursius. Ego contra sentio. Vult, ejectos putidos istos canes, cum venissent e regia, prae metu ac pudore penitus voluisse abire; sed Jouem iratum praecepisse suis, ne dimitterent, et abire ipsos paterentur sed tenerent in custodia. Itaque statim cum exissent sunt retenti. *Scheffer.* Canes propulsi ex regia Jouis *vadunt foras*, i. e. extra conspectum Jonis, sed ne redirent ad suos, vetat dimitti Jupiter: nihil ergo hic deesse patet, et satis manifesta est ratio, cur Jupiter eos jusserit custodiri, qui concacarant regiam. Recte haec cepit Schefferus; non exsequitur, vt toties dixi, minima Phaedrus, qui breuitatem

Mirati, sibi legatos non reuertier,
Turpe aestimantes aliquid commissum a suis,
Post aliquod tempus alios adscribi jubent.

Vs. 14. *mirati sibi.* Toll. *mirati illi* sc. canes.

Vs. 15. *aestimantes.* Bentlejus mallet *autumantes*; sed, docet Burmannus, hujus verbi vim esse, non animo modo putare, arbitrari, sed siue voce, siue scripto, sententiam suam prodere. Cf. tamen Cic. Or. 49. fin. Cl. Tzschuck. conjicit *existimantes*, quod passim Codices in bonis auctoribus; Sanadon *aestimarunt*, fide Brotierii; Cuninghamus, *Turpe quid existimantes c. a s.* Sed nil mutandum, cum *aestimare* hoc sensu Latine dici possit. Vid. ad L. III. F. IV. 5. Guyeto hic versus addiditius videtur.

Vs. 16. *Adscribi.* Cum in MS. (Remensi v. Gud.) legatur *adsciri*, Gudius, quia hoc inusitatius videbatur, *adsciscì* (in priorum legatorum locum) rescribebat. Heinsius et Bentlejus (etiam Bipontini) *adsciri* tuentur, sed nullo exemplo; cum illud verbum frequentius de iis, qui sibi socios adsumunt,

---

smat, et necessaria modo narrat. *Burmann.* Etiam Freinshemius recte nihil censet deesse. Idem monet ad vs. 14. et 17. quibus in locis Meursius, vt solet, lacunas videbat. Sattler. *Auf Zeus Befehl bekamen sie Arrest.*

Vs. 14. *Mirati* sc. canes, qui miserant legatos. Ita sententia est integra, nec est, quod aliqua deesse putes. *sibi.* Obseruante Scheffero haec vocula abundat. Laudat vero Ger. Adelph. V. VIII. vs. vlt. Cic. I. Att. 14. *Hic tibi rostra Cato aduolat*; et supra L. III. VII. 27. sed non abundat ista vocula, immo vero habet significationem anxiae exspectationis. V. Excurs. XIX. ad h. v. Alii explicant, ad se.

Vs. 15. *Aestimantes.* Hoc verbo pro *existimantes* sequiores vti, testatur cl. Tzschucke, sed v. ad L. III. F. IV. 5. *reuertier.* Cf. L. V. VII. 17.

Vs. 16. *Adscribi* superioribus illis, antea missis ad Jouem, pro *adsociari*, *adjungi* (zuordnen). *Scheffer.* Translate a tabulis censoriis, quibus noui adscribuntur ciues. Eleganter. Hor. III. Od. 3. 55. *de Schirach.* Versu 12. sqq. notanda Asyndeta, dum ad narrationis summam festinat. *Tzschucke.*

Rumor legatos superiores prodidit.
Timentes rursus aliquid ne simile accidat,

quam de ciuitate, quae legatos nouos mittit et addit veteribus, poni soleat. Sic apud Virg. XII. Aen. 38. ita *adsciscere*, quantum ego quidem noui, plerumque de eo, qui alium adjungit sibi, vt Ovid. IV. Fast. 883. et ita deos sibi *adsciscebant*. Vid. Heins. ad Ovid. XV. Met. 624. *Adscribere* vero alios prioribus, magistratuum, aut aliorum opus est, qui ipsi non sunt inter eos, quibus adscribunt alios. Sic erant milites *adscriptitii*, qui et *accensi*, v. Fest. Sic ciues, coloni noui adscribebantur veteribus, et similia passim obuia. Haec verba spectant rem, adhuc in senatu canum actam, qui prioribus non redeuntibus addi et adscribi nouos jubet. *Burmann.*

Vs. 17. Desbillonius hunc versum parenthesi includit et praeponit versui 16. *Rumor.* Bentlejus *venter* reponit, sine vlla auctoritate Codicis, quare Harius eum acrius castigat. Et sane mira esset locutio, *venter prodidit legatos*, pro, odor ex stercore ortus —. Deesse alii hic putant versum; sed, si vmquam, hic deberet hians sententia fulciri et scribi, *Rumor legatos vt priores prodidit*, vbi parua est vulgatae lectionis mutatio. *Burmann.* Magno placet opere ista Burmanni conjectura, recepta a Cuninghamo.

Vs. 18. *Timentes.* In Rigaltii (etiam Neveleti) Editione est *timentibus*, vt rumor foedi facti, a prioribus commissi, venerit ad secundos legatos. Sed tunc versus laborat, cui succurrit Scaliger legendo *rursum* pro *rursus*. Sed nobis vulgata placet. *Burmann.* Editio Rigaltii 2. *timentes habet. aliquid.* Heinsius *ne quid simile rursus.*

Vs. 17. *Rumor.* Fama, per regiam Jouis sparsa, vt L. V. F. V. 11. et V. VII. 20. et inde in terram dilata, quae narrabat foedam priorem legatorum turpitudinem. *Burmann. superiores.* Priores illos, fustibus propulsos. *Prodidit.* Aperuit, notum fecit, quam turpiter se in Jouis regia gessissent. Notant hic iterum lacunam. Nempe deest, dum hoc faciunt, dum jubent adscribi alios, interea rumor haec prodidit. Sed jam ante monui, connexiones istius modi omittere nostrum, studio breuitatis. *Scheffer.*

Vs. 18. *Aliquid simile.* Vid. vs. 11.

Odore canibus anum, sed multo, replent,
Mandata dant, legati mittuntur, statim
Abeunt. Rogantes aditum, continuo impetrant.
Consedit genitor tum Deorum maximus,

Vs. 19. *multo.* Nescio, cur *spurco* malit Bentlejus, cum contrarium velit Phaedrus. Egregia vero ratio emendandi peccata priorum, qua Harius vtitur, qui vbi hanc emendationem spurcitiae damnauit, legit, *sed nimio.* Sed qua auctoritate hoc nititur, aut ad quid necesse? an *multus* odor non sufficit eorum consilio? stultitia vero potius canum debuerat notari, cum stercus, odore mixtum, grauius olere sola et mera merda soleat. *Burmann.* qui laudat Martial. I. Ep. 88. et III. 65.

Vs. 20. Vid. Exc. XIX. ad h. v. *legati.* Schefferus mallet *legatis*, quod iungit τοῖς *mandata sunt.*

Vs. 21. *Abeunt.* Vulgo *adeunt*; at recepi facilem Schefferi emendationem, quam etiam receperunt Hoogstrstan, Richter. Leonhard. Lallemant. Jakob. Didot. et placet Gudio et Burmanno. Vid. Exc. cit. ad vs. 20. in fin. Heinsius *vadunt*, e conjectura.

Vs. 19. *Odore.* Odoriferis aromatibus. Laudat Gronov. Cic. Verr. IV. 35. *thure odoribusque incensis vsque ad agri fines prosecutas esse.* Adde Col. XII. 20. 5. vbi praecessit *aromata.* Et sic alibi saepe, sed pluralis hoc sensu vsitatior. *sed.* De eleganti hujus particulae vsu. v. Burm. ad Petron. C. 128. vbi laudatur Sen. Herc. Fur. 724. *Vultus est illi Iouis, sed fulminantis*; it. vs. 1177. et Mart. I. 118. Dixit autem *sed multo*, pro, *et quidem multo.* Notat Gronov. locum Plaut. Rud. III. V. 20. *affer duas clauas.* L. *clauas?* D. *sed probas.* Cf. Anton. *de Rooy.* Animadvers. Crit. in Mart. p. 30. sq.

Vs. 20. Notanda Asyndeta hoc et sq. versu. Vid. ad vs. 16. et ad L. IV. XXI. 16. *Mandata dant.* Vid. ad L. I. F. II. 26. Locutio sollemnis de legatis. *mittuntur*, sc. a canibus ad Jouem.

Vs. 21. *Rogantes aditum.* Sattler. *sie verlangten Audienz.* — *impetrant.* Vid. ad L. IV. F. XV. 1.

Vs. 22. *Consedit.* Bene tamquam rex et judex. Virg. VII. Aen. 169. *Scheff.* Apte *consedit*; proprie enim judices *sedere* dicebantur. Vid. ad I. X. 6.

Quassatque fulmen: tremere coepere omnia.
Canes confusi, subitus quod fuerat fragor,
Repente odorem, mixtum cum merdis, cacant.
Reclamant omnes, vindicandam injuriam.

Vs. 24. Cf. Exc. XIX. ad h. v.

Vs. 25. *mixtum.* Gudius in MS. suo, i. e. Pith. *mixto* se inuenisse testatur, sed Neveletus ex eodem Codice edidit *mixtum.* Quae scripturae diuersitas ejusdem Codicis ejusdemque loci hic erat notanda. Bentlejus edidit *mixtis.* Perperam.

Vs. 26. *Reclamant.* Bentlej. *vt clamant;* Cuninghamus *proclamant,* e conjectura vtorque.

Schw. Vid. quae nos de Jouis, fulgeratoris habitu annotauimus C. XIV. Jouis Καταβάτε. *Burm.* *Genitor deorum.* Cf. L. III. F. XVII. 10. et I. II. 13.

Vs. 23. *Quassat.* Eleganter. Cl. Sattler: *schwang den Blitz.* Alii Jouem dicunt fulmina jacere, emittere, torquere, spargere. *Tremere coepere omnia.* Compara Virg. Aen. X. 115.

Vs. 24. sq. *Confusi.* Perterriti. Nam quia subito factus est fragor ex concusso fulmine, ideo, vt ex re inopinata, vehementer perterriti sunt. vs. 9. dixit *turbatos. fragor.* Quid *fragor* sit proprie, docet nos, ex ipsa naturae doctrina, Senec. L. II. Nat. Quaest. C. 27. *Talia eduntur tonitrua, cum globata dissoluitur nubes, et spiritum, quo distenta fuerat, emittit: hoc proprie* fragor *dicitur, subitus* (vnde et hic *subitus* posset defendi) *et vehemens, quo edito concidunt homines, et exanimantur: quidam vero viui stupent, et in totum excidunt sibi, quos vocamus attonitos.* Cui consentit Livius XXI. 58. *tum vero ingenti sono caelum strepere, et inter horrendos fragores micare ignes. Capti auribus et oculis, metu omnes torpere.* *Burmann.*

Vs. 25. *Odorem.* Vid. ad vs. 19.

Vs. 26. *Reclamant.* Bene explicant Schefferus et Burman. iterum clamant, vt nuper fecerant, cum priores legati sic se gessissent, vehementer clamant, repetunt clamorem. Hoc sensu legitur apud Val. Flacc. III. 596. vbi v. Burm. et VIII. 173. *omnes* Dii. Male Albinus *tout le monde.* *Vindicandam,* Vid. L. I. F. XXI. 6. *injuriam.* Entehrung, Schimpf.

Sic est locutus ante poenam Jupiter:
Legatos non est regis non dimittere,
Nec est difficile, poenas culpae imponere.

Vs. 27. *Sic.* Scheffer. *hic*; Walch. *hinc.* Nescio quid sit difficultatis in vulgato, quod non cohaerere crediderunt viri docti, cum Phaedri ille mos sit: et sequenti orationi et ipsis verbis Jouis rectius *sic* praecedat, i. e. hoc modo, his verbis, quam *hic* pro *tunc*, vel *hinc*, pro postquam omnes reclamassent, vel pro *ideo*; quia tunc tamen intelligi debet *hic* vel *hinc* locutus *sic* est Jupiter. *Burmann.* Gudius: *Hic ast locutus*, de particula *ast* non pauca congerens; sed vix persuadebit, Phaedrum ita scripsisse. Cuninghamus: *At sic locutus ante poenam est Jupiter.* Tollius: *Tum sic locutus ante poenam est Jupiter.* Ouveringius: *His est locutus.* Vid. P. III. Phaedri p. 175.

Vs. 28. In MSS. Pith. Rem. et Edit. Vet. ordo est paullo turbatior: *Non est legatas regis non dimittere.* Hinc Maittar. Hoogstrat. Leonhard. Lallem. Brotier. Desbillonius, alii ediderunt: *Legatos non est regis non dimittere*, praeeunte Gudio. Hisce ego obsecutus sum. Burmannus lectionem Codicum retinet. At Bipontini, quibus accedit cl. *Jakob*, scribi volunt: *Non regis est, legatos non dimittere.*

Vs. 29. Hic versus suspectus videtur Guyeto.

Vs. 27. *Ante poenam* sc. dictam, statutam. Sattler. *vor der Execution.*

Vs. 28 — 34. Ita hunc locum cum Desbillonio constitui, vt oratio, quae in aliis Editionibus est perturbata et impedita, melius cohaereret, ita quidem, vt versus 28—31. sint verba Jouis ad deos; versu autem 32 — 34. Jupiter sermonem conuertat ad legatos secundos, qui paullo ante odorem mixtum cum merdis cauerant. Cf. Excurs. XIX. ad hosce versus.

Vs. 28. *Non est regis.* Non decet regem, non licet, fas est regi, legatos non dimittere. Sunt enim sancti et inviolabiles. Cf. Caes. de B. G. III. 9. et quae hanc in rem congessit Rittershus. Graecismus notus, obseruatus jam a cl. Tzschuckio.

Vs. 29. Sattler. *Gesandte zu behalten, ist nicht königlich, Und die Beleidigung zu strafen, ist nicht schwer.*

Non veto dimitti, verum cruciari fame,
Ne ventrem continere non possint suum.
Et hoc feretis pro judicio praemium.

Vs. 30. *Non veto.* Bentlejus *non volo*, probante Schirachio V. D. in Clsv. P. I. p. 195. Editio stereotypa Didoti habet, *Non citò*, post Gudium.

Vs. 32. Pro vulgato *sed* reposui *et*. Ita Desbilonius edidit, sicque Tzschuckius V. C. legi posse censet. Meursius, Walch. Bentlej. qui Iouem. hic non legatos, sed collegium deorum alloqui putant, legi jubent, *sed hoc ferent hi pro judicio praemium.* Pro *feretis* Vrsinus habet *feretur*; Lallemant. *id vos feretis pro judicio praemium.* Ita olim conjecerat Ouvering. v. P. III. Phaedri p. 175. Guyetus scribi vult: *Sic hoc feretis per judicium praemium.* Conjieiebat quoque *prae judicio.* De emendatione Gudii, quam etiam amplectitur Broukhus. ad Tibull. L. I. II. 26. consules Excurs. XIX. in fin.

Vs. 30. *Non veto dimitti, verum* jubeo *cruciari fame.* Negligentiae enim poeticae est, cum plura substantiua, vel infinita copulata verbum commune sequitur, cujus significatio non conuenit omnibus, sed proximis tantum. Appellant Zeugma. Vid. *Jani* A. P. p. 270. Cum igitur h. l. verbum contrariae significationis τῷ *veto* desit, supplendum est *jubeo*. De hoc ellipseos genere videndi, praeter Fabrum ad h. l. Graev. Ep. DCLXV. ad Nic. Heinsium in Burmanni Syll. Epp. T. IV. 704. Gronov. Obs. IV. 2. aliique, quos laudat Burmann. Adde L. III. F. XII. 7. Sed difficultas manet, si Jupiter non vetuerit dimitti, quomodo posteri adhuc legatos exspectare possint, de quo vid. Exc. XIX. ad vs. 30. *cruciari fame.* Cf. L. I. F. XXVI. 9.

Vs. 31. Proprie et lepide, prout ferebat series. *Tzschuck.* Sensus: vt possint continere ventrem suum. Nimio cibo enim expleti ventrem continere non poterant; quod quo facilius possent, fame cruciantur. Cf. Lindneri V. C. Tentam. Crit. phil. P. II. p. 7. Petron. C. 47. simpliciter dixit *continere*, vbi v. Scheffer. in Edit. Burm. p. 237.

Vs. 32. *Et hoc feretis*, sc. vos canum legati. *Pro judicio.* Legatis Jupiter hoc dicit, se formam judicii hodie non obseruaturum, in quo solebant judices in consilium mitti. *Pro judicio* ergo est, loco judicii.

Illi autem, qui miserunt vos tam futiles,
Numquam carebunt hominis contumeliâ.
Ita nunc legatos exspectant et posteri.

Vs. 33. vos. Gud. Heins. Bentlej. Didot. *hos.*

Vs. 34. *hominis.* Ita libri scripti; at Scheffer. conjicit *hominum,* Heins. *omni*; sine necessitate vterque. Vid. infra Notas. —

Vs. 35. sq. Libri scripti et priores Editiones, vt Rittershus. Nevelet. al. habant: *Ita nunc legatos exspectantes posteros, Nouum venire cum v. c. o.* Sed Meursius et Bongarsius correxerunt: *Ita nunc legatos exspectantes posteri N. v. cum vident, culum olfaciunt.* Ita edidit Vrsinus, nisi quod vs. 36. legat, *Venire cum vident nouum, olfaciunt culum.* Nostra lectio Rigaltio debetur, quae multis placuit. Bentlejus: *Ita nunc legatos quisque exspectans posterûm Nouum venire cum videt c. o.*

Burm. *Praemium.* Per ironiam ita vocat, non imperatam famem, verum artem illam, qua eos docuit, continere ventrem. *Scheff.* Recta Schefferus per ironiam capit, est enim poena, vt Ovid. Met. VIII. 503. *Burm.* Sensus: hanc poenam dabitis, pro grauiore supplicio, quo vos oporteret affici, si caussa in judicium aeuerum deduceretur. Vid. Ter. Eun. V. IX. 27. et quae notat Broukhus. ad Tibull. I. II. 26. Male haec intellexit Albinus, propterea castigatus a Burmanno. Cf. Desbillonius, qui auctorem probae Latinitatis ita vmquam esse locutum vix putat.

Vs. 33. *Futiles.* Cl. Sattler, *ihr Tropfen.* De hac voce multa congessit *de Schiroch.* Clav. P. I. p. 147. sq. *Schw.* Proprie *futilia* vasa dicuntur, quae rimis hiant, nec liquidum infusum continent. Festus: *futiles dicuntur, qui silere nequeunt tacenda, sed ea effundunt, sicut vasa futilia a fundendo vocantur.* *Gronov.* Ter. And. III. V. 3. vbi v. Donatum. *Burm.* Nota vim vocis *futilis,* qua apte vtitur de iis, qui aluum continere non poterant. *Illi autem.* Quid? illi soli, qui miserunt, non etiam qui missi sunt, hac poena afficientur? Atque paullo supra cur legati potius, quam alii, jubentur cruciari fame? Nonne fames, quae canina vocatur, ad Canum genus vniuersum pertinet? *Desbillonius.*

Vs. 34. *Hominis.* Id est humani generis singularis pro plurali, vt supra F. XIII. 1. Vide etiam supra ad L. I. F. IX. 1. *Burmann.*

Vs. 35. *Ita nunc.* Cf. L. IV. F. XIV. 16.

Nouum venire qui videt, culum olfacit.

De Schirach. post Gudium et Walchium; *Ita nunc legatos exspectans posteros, N. v. cum v. c. o.* scribens in Clav. P. I. p. 195. „(puta Canis ἀπὸ τῶ κοινῶ) et MSS. recte *posteros* habent nimirum posteriores legatos, quibus anus odore fuerat repleta, nec adhuc dum dimissos. Sed ponunt Gud. et Walch. post *exspectans, et;* quia alias metrum non constat. Burmannus mallet legere: *Ita nunc, legatos exspectat qui posteros, Nouum venire cum videt, culum olfacit*; edidit tamen, *Ita nunc* legatos *exspectant et posteri, Nouum venire qui videt, culum olfacit.* Compara quae notantur in Exc. XIX. ad vs. 30. et 27. sqq. Cuninghamus: *Nouum et venire q. v. c. o.* Ita quoque locum exhibet Editio stereotypa. Equidem cum vs. 35. repugnet vs. 28. et 30. versus duos vltimos obscenos illos et turpes; a nebulone quodam huic fabulae subsutos esse, cum Burmanno et cl. Langio facile crediderim.

Quid sit consilium fabulae, diuinare vix licet; abstineamus igitur a quaerendo. Schefferus Phaedrum vs. 35. sq. fabulae argumentum explicare existimat, scribens: „Vult reddere caussam hujus consuetudinis inter canes, sicut alia fabula in superioribus ostendere caussam vitae cinaedicae aliarumue prauarum libidinum conatus est.“ Sed vide V. L. ad vs. 35. sq. in fin. Praeclare etiam monet Harius: si versus postremi gratia totam hanc foedam fabulam confinxit Phaedrus, otium suum vix ineptius collocare potuit. Burmannus: „Haec omnia, *inquit*, occultos quosdam forte in sui aeui viros habent aculeos, quos nunc non intelligimus: nam diuersa superstitiosorum genera, qui vel Deos adeunt jejuni, sine vllis donis, vel cum ineptis muneribus, ture et nidore sacrificiorum putantes se immundos posse placere Diis, vel qui alios pro se ad Deos allegant futiles et stultos, possent describi.“ Sed hae sunt vanae conjecturae. De auctore fabulae non vna est virorum doctorum sententia Francisco Hario in Epistola critica argumentum tam inuenustum ac spurcum videtur, vt totam fabulam libenter a Phaedro abjudicaret. Contra Desbillonius vix poteat adduci, vt tantam istam tamque ineptam foeditatem ab ingenio Phaedri profectam esse concedat. At mihi ob solam foeditatem fabula a Phaedro non videtur abjudicanda, etsi probabile sit, eamdem valde esse interpolatam.

FABULA XVIII.

HOMO ET COLUBRA.

Qui fert malis auxilium, post tempus dolet.
Gelu rigentem quidam colubram sustulit,
Sinuque fouit, contra se ipse misericors.

Vs. 3. *contra se ipse.* Harius *contra se ipsum.* Sed in his locutionibus, quae vtraeque quidem occurrunt, sed altera est elegantior, Burmannus semper scriptos sequi tutissimum recte credit.

Vs. 1. *Post tempus.* Subaudiendum *aliquod*, vt Fab. praec. vs. 16. Memorat Desbillonius locum Quinctil. L. XI. C. 2. p. 987. Edit. Burm. *Cum in loca aliqua* post tempus *reuersi sumus.* Vid. etiam loca Burmanno notata. Verte: *hinterdrein.* Ipsam sententiam compara cum Theocrit. Idyll. V. 37. sq.

Vs. 2. *Quidam.* Fabula graeca γεωργός; Anonymus Nilantii *quaedam*; Romulus Divion. qui multas Phaedri locutiones retinnit, *quidam, Colubram. Colubra* serpens, viuens in aqua. Plin. XXXII. 5. n. 19. Et *colubrum* dici, probant exempla in Gesneri Thes. L. L. Habent etiam Rom. Divion. et Anonymus Nilant. *frigore et gelu rigentem colubrum.* Adde Burm. ad Petron. C. 4. 5. p. 221. Serpentem dici, qui benefacientem laedit, docuit Barth. Adv. XI. 1. teste Burmanno, qui et ita capit dictum Joannis Luc. III. 7. et illa Juvenal. VI. 641.

Vs. 3. *Fouit.* Ex Aesopi et Phaedri fabula intelligitur, bono animo et misericordia motum ita fecisse hominem. Scito vero apud Lessingium L. II. 3. se defendit serpens, cum dicit, se ideo potius a rustico sublatam fuisse, vt cute sua ille potiretur. *Ernesti* ad Aesop. F. 170. Proprie, pro, calefecit. Vid. Heins. ad Albinov. Eleg. in Drusum vs. 96. Et recte finxit hanc fabulam auctor, nam, dum riget frigore serpens pestifera, tuto tractatur, quia tunc venena torpent, quae calore iterum vim suam recipiunt. Vid. Senec. Ep. 42. et haec ratio, cur *calida venena*

Namque vt refecta est, necuit hominem protinus.
Hanc alia cum rogaret caussam facinoris,
Respondit: Ne quis discat prodesse improbis.

Vs. 4. *necuit.* In vtroque Codice et Pith. et Rem. legitur *nocuit hominem*, probante Guyeto. Vid. Nevelet. ad marginem Edit. et Brot. Etiam Salmas. Exerc. Plin. p. 29. b. et in Not. ad Spart. Adr. 20. vbi verba haec adducit, legit *nocuit*, non *necuit*, simul et locutionem *nocere aliquem* Latinam bonisque auctoribus, vt Ovidio, Celso receptam esse testans. Etsi vero aliqua exempla afferri possunt, vbi *nocuit* cum accusatiuo construitur, quod abunde docent Notae Gudii et Burmanni; viri docti tamen recte probant vulgatum *necuit*: in qua lectione constituenda praeiuerat Pithoeus. Nam oscitantia librarii, qui ignorabat formam *necuit*, facile irrepere poterat *nocuit*. Sed *necuit* dixisse veteres, testantur veteres Grammatici. Vid. Voss. de Anal. L. III. C. 20. p. m. 300. Ed. Amstel. f. qui et Libro de Constr. C. 21. p. 399. *nocuit* h. l. damnare videtur. cf. Burm.

---

toties poëtis dicantur. Sic apud Ovid. Met. IX. 161. vbi de tunica, Nesseo sanguine imbuta, quam Dianira Herculi mittit, quae initio frigida, sed vbi Hercules ea indutus coepit incalescere, tunc simul, *incaluit vis illa mali*, vt legendum esse credimus. *Burm.* *Contra se ipse.* Schefferus bene explicat in perniciem suam, vt Cic. Att. VII. 5. *Sero resistimus ei, quem per annos decem aluimus contra nos.* Latine et eleganter dictum, pro, contra se ipsum. De hoc modo loquendi videndi Burm. ad Ovid. X. Met. 523. et *Ernesti* Rhet. §. 301.

Vs. 4. *Refecta est.* Recreata est. Hoc sensu saepissime legitur apud priscos scriptores. *necuit.* Verbum proprium in hac re. Jam olim Schefferus laudauit Ovid. Rem. 421. *parua necat morsu speciosum vipera taurum*, it. IV. Trist. El. vlt. 44. sed Burmannus Ovid. Met. III. 49. cf. V. L. *Schw.* Putat Valla, non in vsu esse verbum hoc, nisi vbi sermo sit de certo mortis genere. Et profecto ita Ennius: *hos pestis necuit.* Sed tamen vel hic locus docet, Priscianum (L. IX.) rectius ostendere, vsurpari de peremto quouis violento modo. *Scheffer.* *Protinus.* Apte, ad notandam malam gratiam, quam refert homo. Rectius hic Phaedrus finem imposuisset fabulae.

Vs. 5. 6. *Hanc alia c. r.* Per *hanc* intelligenda colubra, quam

rogat alia colubra, cur id fecisset. Sed inepte colubra contra se sententiam pronuntiat, et se ipsa *improbam* vocat, adeo quidem, vt Phaedrus sicut in aliis fabularum suarum locis, ita h. l. dormitasse credendus sit, quemadmodum olim notaui. Vide etiam supra cl. Jacobs. in Obseruatt. in Phaedrum; coll. Exc. XX. ad h. l. *Ne quis discat prodesse improbis.* Quia; vt ait vetus Epigramma incerti auctoris L. I. Anth. εἰς εὐχαρίστους καὶ ἀχαρίστους· Ἡ χάρις ἀλλάξαι τὴν φύσιν οὐ δύναται. *Rittershus,* Quod docet malis non bene esse faciendum, idem longe ante ipsum docuerat Ennius, quem Cic. Off. L. II. 18 tamquam praeclare locutum, laudat dicentem: *Benefacta male locata malefacta arbitror.* Talem illiberalem philosophiam ferebat eorum temporum conditio. *Desbillon.* Comparanda sententia Senecae, quam affert cl. *Weinzierl: majoris est beneficii beneficium, quod praestatur indignis —. Improbis.* Vocat *improbos*, quos vs. 1. *malos* appellauerat. Differunt tamen hae voces. *Improbus* enim *malo* est intolerabilior. Sallust. Jug. 31. fin. *bonus tantummodo segnior fit, vbi negligas, at malus improbior*; qui locus Burmanno debetur. Vid. Strodtmanni Centur. different. apud Latinos vocum in Act. Soc. Lat. Jen. Vol. II. p. 74. Cl. Sattler. h. l. ita expressit: *dafs man sich hüte, Bösewichtern wohl zu thun.*

Quem Phaedrus hac fabula notauerit, fateor me nescire. Burmannus: „suspicari, *inquit*, aliquis posset, si post Tiberii tempora scripsit Phaedrus, Caligulam intelligi, quem L. I. F. II. sub *Hydro* latere multi credunt. Hanc vero belluam fouerunt ipse Tiberius, et Macro et Ennia, quibus pro meritorum gratia cruenta mors persoluta est. Sueton. Cal. 26. et latius Tacitus Ann. VI. 45. sqq. vbi Macronem, *Gratiam C. Caesaris numquam sibi neglectam, acrius in dies fouisse* dicit. Tiberius vero *praedicabat, se natricem educare populo Romano.* Sueton. Cal. XI. cui etiam maturasse mortem creditur.“ Quam conjecturam pàrum puto esse probabilem. Liber quartus enim fabularum, post mortem Caligulae, regnante Claudio scriptus mihi videtur. Neque etiam L. I. F. II. Caligulam sub *hydro* latere putauerim. Vide quae passim in Vita Phaedri et ad L. I. F. II. hanc rem notata sunt, additis iis, quae obseruantur ad

L. IV. II. 21. Forte tangit poëta ingratum, de quo bene fuerat meritus, sed qui pro benefactis malam retulerat gratiam.

Eamdem fabulam narrant *Aesopus* F. 170. p. 129. Hauptm. et p. 128. Ernest. *Gabrias*, i. e. Ignatius Diaconus F. 42. in Neveleti Mythol. Aesop. p. 379. *Anonymus* Nevelet. F. 10. Anonymus Nilant. F. 11. *Romulus* Div. et Vlm. L. I. F. 10. *Lessingius* L. II. F. 3. *Hagedornius* L. I. p. m. 54. Fab. *der Bauer und die Schlange*. *Fontanius* denique L. VI. 13. Vide etiam F. IX. hujus libri et L. IV. XI. 16. sq. Ceteroquin Jambi, qui, teste Gudio, citantur ab Andr. *Chiocco* in Museo Calceolariano Veronensi Sect. III. p. 326. *Sinu fouebat quidam agricola viperam* cet. non tam e Phaedro, quam e graeca Aesopi fabula expressi mihi videntur. Vid. Not. ad vs. 2.

FABULA XIX.

VULPIS ET DRACO.

Vulpis, cubile fodiens, dum terram eruit,
Agitque plures altius cuniculos,
Peruenit ad Draconis speluncam intimam,
Custodiebat qui thesauros abditos.

Vs. 1. *Vulpis.* MS. Per *vulpes.* Vid. V. L. ad L. I. VII. 1. *eruit.* Guyetus legit *ruit*, i. e. fodit; sed vindicat Burmannus vulgatum ex Ovid. IV. Fast. 404. Senec. N. Q. III. 30.

Vs. 2. *Plures.* MS. Per. *pluris.*

Vs. 3. *intimam.* Sic olim edidi e Cod. Perott. probantibus Censore docto in A. d. B. T. 52. p. 192. et Cl. Tzschuckio. Secuti Brotier. Jördens. VV. Cl. Cl. Ita e conjectura reposuerat Bentlejus, firmata deinde Codice Per. Vulgo legitur *vltimam*;

Vs. 1. *Cubile.* Vid. ad L. I. F. XIX. 9.

Vs. 2. *Agit.* Proprium in hac re verbum, pro, ducere, propellere. Laudant Caes. B. G. L. III. 21. Cic. III. Off. 23. Liv. V. 19. *plures altius cuniculos.* Meatus subterraneos. Sattler. *viel tiefe Gänge.* Locis, paullo ante citatis, adde loca memorata Desbillonio, qui de cuniculis varia congessit; it. Varr. de R. R. L. III. C. 12. ad quem loc. videndus *Schneiderus.* V. C. Plin. H. N. L. VIII. C. 55. Martial. L. XIII. 60. et quae olim notauimus in Not. ad h. l.

Vs. 3. 4. *Draconis.* Dracones hinc discimus jam olim habitos custodes defossarum, aut reconditarum opum, sicut hodieque vulgo credunt. Sic de vellere aureo, sic de pomis aureis Atlantis traditum, vt ex Ovidio (Met. VII. et III.) liquet. Festi breuiator: *dracones ἀπὸ τῦ δέρκειν dicti, quia ea caussa incubantes eos thesauris custodiae caussa finxerunt antiqui.* Scheffer. *intimam*, i. e. profundissimam, maxime remotam a superficie terrae, ad quam post plures cuniculos alte actos peruenit tandem vulpes. Hanc interpretationem postulant *altius acti cuniculi et tenebrae* vs. 10. *Burmann.*

Hunc simul adspexit: Oro, vt imprudentiae
Des primum veniam; deinde, si pulcre vides,
Quam non conueniens aurum sit vitae meae,

sic enim habent MSS. Pith. Rem. et Edit. vet. Quod si quis retinere velit, vt praeter alios retinent Bipontini et Desbillonius; neque de vltima parte speluncae Burmannus vult intelligi, quemadmodum Schefferus explicabat, cui obsequitur Desbillonius, v. Ter. Phorm. I. IV. 38. neque cum Hoogstratano capi pro prima, vt *sanguinis vltimus auctor*. Cf. Not. Alii legunt *vltimo*; ita Heinsius, laudans Salmas. Exerc. Plin. 56. e. Alii, vt Scheff. Hoogstrat. Gud. Walch. Richter. Leonh. Santoroc. *vltimum*, pro *tandem*.

Vs. 5. *Oro vt*. Ouveringius, *oro*, *ait*. Vid. Not. Toll. in P. III. Phaedri p. 176. —

Vs. 7. *meae*. Praschius legendum censet *tuae*; sed recte Schefferus tuetur *meae*. Vulpes enim de se ipsa loquitur, veluti amoliendae suspicionis gratia, quasi diceret: nosti satis, hoc non esse institutum meum, vt cumulem mihi opes, quae rapto vino. Itaque quod quaesitura sum, non ideo facio, tamquam tibi inuideam hoc aurum, ipsaque velim habere.

Vs. 5. *Hunc.* Draconem. *Oro.* Eleganter, velut timens. Ter. Heaut. IV. I. 15. *primum te hoc oro, ne quid credas me aduersum edictum tuum facere ausam.* Plane simili exordio. *Scheffer.* Hac formula centies vtitur Petronius. Vid. ad Cap. XLV. init. et LXI. et alibi. *Burmann. Imprudentiae.* More Phaedri pro imprudenti, inscio.

Vs. 6. *Des veniam.* Eadem locutio, sed alio sensu, occurrit L. I. F. XXII. 5. *si vides.* Vides enim. Ita clemens responsum sibi parat. *Tzschucke.* De particula si, pro siquidem, quandoquidem v. Tursell. p. 1187. et Notas Schefferi. *Pulcre vides.* Probe intelligis. Eodem sensu τὸ *pulcre* legitur Epil. III. 35. Fab. sq. et L. III. XIII. 4. Etiam Cic. ad Div. X. 23. *Lepidum pulcre noram.*

Vs. 7. Sensus: Quam ego ad vitae meae rationem auro non indigeam. Vult enim a se remouere suspicionem, sese venisse auri eripiendi caussa. Rittershusio *vitae meae* est, mihi, vt Plautus dixit *aetati suae*, pro, *tibi.* Cf. L. I. XXVII. 1.

Respondeas clementer. Quem fructum capis
Hoc ex labore, quodue tantum est praemium,
Vt careas somno, et aeuum in tenebris exigas?
Nullum, inquit ille, verum hoc á summo mihi
Joue attributum est. Ergo nec sumis tibi,

Vs. 3. *capis.* MS. Per. *rapis.*

Vs. 9. *quodue tantum est.* *Tanti* Scioppius et Heinsius: quod huic loco minime conueniens, vt recte Schefferus; sequitur enim *nullum*, quod respondet τῷ *tantum*, non *tanti.* Et praeterea tolerabilior correctio Bentleji, abjicientis particulam *est.* Sed tamen, emendationis nulla cum sit necessitas, nihil nouamus. L. II. F. III. 6. Ter. Phorm. V. II. 6. Deinde vt *tantum* hic Phaedrus, ita Ovid. II. ex Pont. VIII. 11. *praemia quanta Dii!* *Burmann.* MS. Pith. vitiose *quod ventum.* v. Gud.

Vs. 11. *a summo.* MS. Per. *ab summo.* Ita Cuninghamus.

Vs. 8. *Clementer.* Placide; naturae timentis apte. De bestiis quoque vsurpasse hanc vocem veteres, exemplo esse potest locus Gellii L. V. 14. *leo caudam* clementer *et blande mouet.*

Vs. 10. *Careas somno.* Fingi dracones vigiles, jam obseruatum Scheffero, qui citat Ovid. VII. Met. 149. *Peruigilem superest herbis sopire draconem.* Hinc Ovid. Met. IX. 190. draconem vocat *ineomnem.* Hisce adde, quae canit Ovidius de dracone, aureum vellus custodienta, Her. XII. 49. 101. *Carere somno* autem auari est; v. Hor. I. Sat. I. 76. sqq. *aeuum exigas.* Transigas. Eamdem locutionem habes apud Ovid. Met. XII. 208. et Virg. Aen. VII. 776. Sed *aetatem exigere* dixit Plaut. Cas. II. V. 12. et Cic. Tusc. I. 39. cf. L. I. F. XXXI. 7.

Vs. 11. *Hoc.* Intellige, carere somno et in tenebris aeuum exigere; non enim aurum cum Burmanno intellexerim; cui tamen et illud non displicet. *summo.* Modo F. XVII. *magnum* vocauit; sed et hoc epitheton proprium, et saepe in codicibus permutatum cum *magno.* Vid. ad Ovid. I. Fast. 608. et II. 592. *Burmann.*

Vs. 12. *Attributum.* Nolim accedere Scheffero, qui explicat injunctum, impositum, velut munus peculiare. Rectius enim eo sensu capit Burmannus, quo

Nec vlli donas quidquam? Sic fatis placet.
Nolo irascaris, libere si dixero:
Diis est iratis natus, qui est similis tibi.

---

attributa, i. e. assignata *pecunia* dicitur apud Livium et Ciceronem. Vid. Liv. XL. 46. extr. Cic. Verr. I. 13. Pis. 35. et Commentatores ad Cic. V. Att. 4. Sattler. *Das hat mir Zeus zur Pflicht gemacht. Ergo.* Verba vulpis, quibus draco respondet, *sic fatis placet.* Cetera quoque vulpis sunt, dialogistice, omisso tamen illo *inquit*, vt saepe antea. *Scheff. sumis tibi.* Aliquid, h. e. capis in tuos vsus Plaut. Bacchid. IV. IV. 14—16. *Scheffer.*

Vs. 13. *Donas.* Gudius apte affert locum Martial. L. XII. Ep. 63. Rittershusius vero similem fabulam de cane in praesepi, qui foenum, cui incubat, nec ipse esse potest; bobus tamen inuidet ac denegat. *Sic fatis placet.* Ita vbi caussae latebant. *Tzschuck.* Responsio draconis, vt solebant veteres, rejicientes in necessitatem, quae vel excusare nequibant, vel nolebant. Paris apud Ovid. Ep. XVI. 41. *sic placuit Fatis.* Etsi Tiberius hic a poëta intelligitur, decore hoc ipsi respondetur, qui *plenus persuasionis* erat, *omnia fata agi.* Suet. Tiber. C. 69. *Burm.* Cf. L. III. F. XVIII. 10.

Sattler. *So ist des Schicksals Schluſs.*

Vs. 14. *Nolo irascaris.* Formula excusantis libertatem, vt Tiberius apud Suet. 29. *ignoscas rogo, si quid aduersus te liberius, sicut senator, dixero.* Scheffer.

Vs. 15. *Diis iratis natus.* Locutio prouerbialis de homine misero, cui nihil bene succedit, qua praeter alios etiam vtitur. Hor. II. Sat. III. 8. coll. Epil. II. 16. *Diis* enim *iratis* fieri dicitur id, quod infeliciter geritur. Haec enim opinio semper fuit hominum animis insita, Diis iratis, aut inuitis nihil prospere euenire, nihil feliciter geri, nihil bene procedere: de quo vberius disputat Lambinus ad Hor. II. Sat. III. 8. quem, cum aliis, Burmannus laudat. Contra felicem denotare volentes dicunt, *ipsi nascenti deos risisse; ipsum placido lumine vidisse.* Dicit igitur Phaedrus, longe miserrimum et infelicissimum puto eum, qui est similis tibi. Plaut. Bacch. IV. III. 4. dixit *male volente genio natus*, vbi tamen nonnulli legunt *ingenio*; Id. Mil. Gl. II. III. 43. *inimicis Diis natus*; Juven. X. 129. *Dis*

Abiturus illuc, quo priores abierunt,

Vs. 16. sq. His versibus in MSS. Pith. Rem. et Edit. Vet. praefixa est inscriptio: *in Auarum.*

---

aduersis genitus. Quare vero Phaedrus addat, *Diis est iratis natus*, docet Burmannus: „quia non fati necessitati, sed voluntati deorum iratorum hoc adscribendum putat. Nam veteres omnes res aut ex hominum voluntate, aut ex Fati necessitate, aut ex Deorum voluntate descendere putabant. Vid. Serv. ad Virg. I. Aen. 39. quae tria cumulat Flor. II. 6. n. 20. *Tum quidem illum, vt dici vulgo solet, aut fatum Vrbis imperaturae, aut ipsius mala mens, aut auersi a Carthagine Dii, in diuersum abstulere.*" Gronovius haec ita explicat: Deos illis iratos dicebant, qui haberent malam mentem, aut insipienter aliquid facerent, inprimis qui commodis vitae nescirent vti. Ter. Phorm. IV. III. 31. *satin illi Dii sunt propitii?* i. e. satis sapit? Vid. etiam Dispont.

Elegantiam Dialogi in hac fabula racte laudauit *Jacobs.* V. C. libro saepius laudato p. 79.

Vs. 16. 17. *Abiturus.* Per εὐφημισμὸν *abire* dicitur pro *mori.* Laudant Plaut. Casin. Prol. 19. *qui nunc abierunt hinc in communem locum. Huc referendae Formulae: illuc ire, vnde negant redire quemquam; si quid me fiet; si quid mihi humanitus acciderit.* Vid. Andr. Schotti Nodi Cic. L. I. C. 2. et Barth. Adv. L. XIII. C. 14. Adde Not. Rittershusii et quos citat Schefferus. Prop. L. II. X. 52. Bipont. *praeteritos viros* vocat jam mortuos. *priores.* Pro majoribus dixerunt poëtae. Virg. Aen. III. 693. Ovid. Fast. III. 79. Met. X. 218. Etiam prosaici, vt Plin. I. Ep. XI. 1. Ep. III. 4. post med. *apud priores.* Sic alii; v. Schelleri Lexic. *Schw.* Ita passim poëtae vocant, qui olim, etiam saeculo aureo et meliori vixerunt, vt *saeculum prius* dixit Ter. Eun. II. II. 15. sed haec pluribus ad Val. Flacc. IV. 351. illustrauimus. Est vero hoc caput appendix quasi praecedentis fabulae, quae in auaros est ficta. *Burmann* —. *abierunt.* Repetitio ejusdem verbi *abiturus, abierunt*, licet vltimum abesse posset, elegans et frequentata est. Vid. Mannt. ad Cic. I. Ep. Div. in ipso initio; Heins. ad Ovid. VI. Ep. 29. et Not. ad Vell. I. 3. et plures alios. *Burmann.* Penultima corripienda. Vid. V. L. ad L. III. II. 19. it. Virg. Aen. II. 774. additis Fabri Notis.

Quid mente caecâ miserum torques spiritum?
Tibi dico, Auare, gaudium heredis tui,
Qui ture superos, ipsum te fraudas cibo;
Qui tristis audis musicum citharae sonum;

Vs. 17. *mente caeca.* Cuninghamus *mente caecus.*

Vs. 19. *Ipsum te.* Ita libri scripti; Hoogstratanus tamen et Brotier. receperunt *ipse te;* et praefert cl. Tzschucke; sed v. V. L. ad F. XVIII. 3. hujus lib. Tollius: *te ipsum defraudas cibo;* at cf. L. III. F. XV, 8.

Vs. 17. *mente caeca.* Haec ita capienda, quid tu mente caeca homo, i. e. qui es mentis caecae, torques spiritum? nam non potest dici aliquis spiritum torquere mente caeca, tamquam instrumento aliquo. Vid. ad I. XIV. 5. et II. V. 13. *Burmann.* Cl. Sattler. *Was machst du also Thor dir selbst dein Leben qualvoll? Spiritum.* Vitam. Vid. ad L. II. VIII. 7.

Vs. 18. *Tibi dico.* Grauiter increpantis et minantis formula. Ter. Andr. I. II. 34. sq. *sed dico tibi, ne temere facias;* Eun. II. III. 44. *heus, heus, tibi dico Chaerea;* et ita alibi. Ovid. Ep. XX. 153. Minantis more dixit etiam σε φονῶ Sophocl. Ajac. 1043. *Burm.* Schefferus laudat Ter. Andr. IV. V. 23. Adelph. I. II. 17. cf. L. V. F. IX 5. *gaudium heredis tui.* Quo vnice gaudet mortuo heres. *Gronov.* Referenda haec ad vocatiuum *auare.* Eleganter Publ. Syr. 261. *Heredis fletus sub persona risus est.* Nostri dicunt: *lachende Erben.*

Vs. 19. *fraudas.* Eleganti breuitate ad vtrumque (*ture superos — cibo te*) refertur. *Tzschuck.* Prius. Cf. L. III. XV. 8. Ter. Phorm. I. I. 10. *Superos.* v. L. I. XVII. 9. Ter. Phorm. IV. IV. 6. *Ture*, quod pecunia esset emendum. De orthographia vocis consulendus Desbillonius, qui et in Cod. Flor. Virgilii *tus* inueniri testatur, Atque etiam *Ture* scriptum inuenias in MS. Pith. fide Gudii. *cibo.* Cf. Hor. II. Sat. III. 110. *Publii Syri* Sent. 319.

Vs. 20 — 22. *Tristis citharae sonum.* Quia docet, his rebus aliquid impendi, vel ab aliis. *Gronov.* Nam et natura morosi sunt, et sonum ex collisione nummorum, sicut ille hinnitum equorum, libentius quam citharam audiunt. *Scheffer.*

Quem tibiarum macerat jocunditas;
Opsoniorum pretia cui gemitum exprimunt;
Qui, dum quadrantes aggeras patrimonio,

Vs. 21. *macerat jocunditas.* Id est *jucunditas.* Illud datur, nescio cur? Nam et τὸ *jo* produci debet. Sed in prima syllaba τῦ *macerat* praeterea claudicat metrum, nisi produxit noster. *Tzschucke.* Vtique Phaedrus produxit primam syllabam in *macerat.* Ita etiam Lucret. III. 75. qui locus Desbillonio debetur, coll. Ter. Andr. V. III. 15.

Vs. 22. *gemitum.* MS. Per. *gemitus.*

Vs. 23. Corrigit *adgeres* Schefferus, scilicet ab *aggerare* deductum credebat; sed nihil opus, cum ab *aggerere* aeque commode possit deduci. Senec. Consol. ad Helv. X. *quia opes opibus aggeritis? dum* vero hic pro *dummodo* positum subjunctiuum postulat. Et ita *congerere* vtuntur, vt mox Fab. XXIII. *ego granum in hiemen congero*, de quo verbo v. Drakenb. ad Sil. V. 266. Sic eodem sensu Petron. C. 84. *exstruere diuitias*, et Hor. II. Od. III. 19. *et exstructis in altum diuitiis potietur heres.* Burmann. Cf. Not. ad vs. 23. MS. Per. *quadrante augeas patrimonia.* interpolauit enim Perottus multis locis textum Phaedri.

Vs. 21. *Tibiarum.* Sunt, qui ad funera referant haec; in funeribus enim tibiis vtebantur (vs. 25.) sed cum *citharae sonum* et *tibiarum jocunditatem* jungat, h. l. rectius intelligas tibias, quae data occasione quacunque inflabantur. Sattler. *den der Flöten Lieblichkeit nur quält.*

Vs. 22. *Gemitum exprimunt.* Eodem modo, etsi in alia re, Lucret. L. III. 494. teste Desbillonio. *opsoniorum pretia.* An et hoc Tiberium tangit? *qui tres mullos XXX. millibus nummûm venisse grauiter conquestus est*: et ipse *pridiana et semesa opsonia apponebat.* Suet. C. 34. *Burmann.* Nimia eorum caritas. Vid. ad L. III. IV. 2. Compara Plauti Aul. II. VIII. Notanda quoque variatio insignis in *tristis audis, macerat, gemitum exprimunt.* Sed non Tiberium, verum auaros quoscunque tangi putauerim. Vid. Ep. II. 1—3. Prol. III. 45. sqq.

Vs. 23. 24. Exquisite ad sordes auari notandas. Sensus: vel oboli gratia pejerare non dubitas. *Dum.* Vid. V. L. ad vs. 23. *quadrantes.* Passim pro minutissimo ponuntur numo. Martial. L. II. 44. *Et quadrans*

Caelum fatigas sordido perjurio;

Vs. 24. Vid. Exc. XXI. ad h. v.

---

mihi nullus est in arca, et X. 82. *Et si non fias quadrante beatior vno.* Burm. *aggeras.* Praeterea, quae obseruata sunt a Burmanno (Vid. V. L. ad vs. 23.) illustrandae significationi verbi inseruire possunt loca Virg. Aen. III. 63. Mart. VIII. 57. Compara Prol. III. 25. Scribendum *aggeras*, non contra auctoritatem exemplarium veterum, *adgeras*. Cf. Desbillon. *patrimonio.* Ita proprie illa bona, quae a parentibus hereditate ad nos redierunt dici merentur, sed et quodcunque ex quaestu et opere nostro, vel aliunde obuenit, *patrimonii* nomine denotatur. Sic apud Justin. XIV. 3. de militibus, *post damna patrimoniorum*, (Bipontini *matrimoniorum*) *et post conjuges amissas.* Quem locum recte constituit et explicuit Graevius. Senec. Nat. Quaest. II. 38. *An in illo fati ordine, quo patrimonium illi grande promittitur, hoc quoque protinus fatum est, vt nauiget?* Apud Hyginum F. 194. *Arion per artem magnum patrimonium acquisiuisse* narratur, vbi v. Muncker. De eodem Arione agens Ovid. Fast. II. 96. vocat *opes arte quaesitas.* De hac voce *patrimonium* v. Gronov. ad Senec. II. Cont. 9. (T. III. p. 149. sq.) *Burmann.* Juuenalis Sat. XIV. 217. haec ita expressit: *Falsus erit testis, vendet perjuria summa exigua.*

Vs. 24. *Caelum fatigas sordido perjurio.* Tot perjuria committis, vt iis audiendis ipsi Dii defatigentur, sicque ad vltionem exardescant acrius. Verbum *fatigare* enim non raro vsurpatur de rebus, quibus vel abutaris, vel frequenter et nimium vtaris. Vid. *Heyne* V. Cel. ad Aen. I. 280. *Caelum* pro Diis poni, obseruatum supra ad L. IV. VII. 26. Auarus autem eo modo *caelum fatigare* dicitur, pro Juno apud Virg. Aen. I. 280. *Quae mare nunc terrasque metu caelumque fatigat*, quem locum notauit Desbillonius post Schefferum, ad quem Servius obseruat: *fatigat*, pro, *exercet*, *sollicitat*, *commouet.* Sed auarus caelum non pro se, vt Juno, sed contra se sollicitat, commonet. Vid. Desbillon. Neque etiam *sordidum* perjurium negotium facessere potest, vt videtur Burmanno. Cum enim auari proprie dicantur *sordidi*, *perjurium sordidum* facile explicari potest, perjurium, a sordido auaro commissum. Non enim perjurium *sordidum* dici potest, sed ratione poëtica, auarus, qui ex-

Qui circumcidis omnem impensam funeri, 25
Libitina ne quid de tuo faciat lucri.

Vs. 25. *funeri.* Sic reposui e Cod. Perotti. MS. Pith. Rem. et libri editi *funeris*, quod etiam retineut Brotier. Bipontin. Desbillon. At lectionem MS. Per. recepere Cuninghamus, Heusinger. Jördens. Et praefert Tzschuck. V. D. Sic enim ei efficacius recte videtur.

Vs. 26. *lucri.* Olim legebatur *ne quid lucrum.* Ita habent multae Editiones et MSS. Pith. Rem. quam lectionem tuetur Scioppius auctoritate Plauti, quem ait dicere *quid facinus, quid nomen.* Sed conjicit Schefferus *quod lucrum*, pro, *aliquod*; quod placebat Gudio, Gronovio, Vrsino, Guyeto, et recepe- runt Bentlej. Bipontini, cl. Jakob. Idem Guyetus tamen, post Rittershusium, Fabrum, alios, etiam *lucri* legi posse putabat, quod Burmannus praefert τῷ *quod lucrum*, vt Ter. Phorm. I. II. 11. etsi ediderit *quid lucrum.* Equidem jam olim recepi lectionem Cod. Perott. *lucri*, quae praeter ceteras elegans est. Ita ediderunt Cuninghamus, Philipp. Brot. Desbillon. Jördens. Sic etiam legi volebat Tollius.

---

igua mercede accepta, i. e. *sordide*, pejerare audet. Ita morsus canum non sunt *saeui*, L. I. F. XII. 11. sed canes, qui mordent. Vid. ad L. I. F. II. 10. Itaque recte cl. Sattlerus: *du reizest durch niederträchtgen Meineid den Himmel.* Plura dabit Excurs. XXI. Cf. etiam Notas Rittersh. et Leonhardi.

Vs. 25. *Circumcidis.* Intelligenda haec de testamento, quo defunctus sumtus in funus fieri prohibuit. Est vero elegans verbum, quo vndique aliquid abradi et demi jubes. Ita Seneca ad Helv. XII. *circumcisae sunt peregrinantium sarcinae* (quod *amputare sarcinas* dixit Flor. II. 18. vbi v. Dukeri Notas) et de Tranquill. An. XII. *circumcidenda est concursatio,* et Ep. 89. *moralem philosophiam circumcidit. Burmann.* Plin. X. Ep. 52. de sumtibus non necessariis, *haec ego inposterum circumcidenda existimaui*; vbi v. Cellarius; Liv. XXXII. 27. *circumcisi sumtus, aut sublati.* Recte Gerike: *abzwacken.* Schefferus explicat, remoues, nullam impensam facis. *impensam.* Vid. Meursius de Funere C. 44. *funeri.* Refer ad verbum *circumcidis.*

Vs. 26. *Libitina.* Intelligendi Libitinarii, s. curatores funerum. Erant ministri Libitinae,

quae Dea funerum credebatur apud Romanos. Plutarchus in Numa appellat ἐπίσκοπον τῶν περὶ τὰς θνήσκοντας ὁσίων θεόν, in cujus templo pro singulis mortuis singulus numus soluebatur, et vbi erant venalia, quae ad sepulturam pertinerent. Vid. Kirchmann de Fun. I. 9. et Meursius l. c. C. 16. quos citat Schefferus. Hoc sensu vocem *Libitinae* cepit Hor. L. II. Sat. VI. 19. vbi vide Torrent. *Autumnusque grauis, Libitinae quaestus acerbae*, quem locum etiam Desbillonius olim produxit, vbi *Libitina* capiendum pro Libitinariis, qui *quaestum*, s. vt hoc loco *lucrum*, facere dicuntur. Hinc *exercere Libitinam* pro ferali officio, quo Libitinarii fungebantur, apud Val. Max. V. II. 10. it. *facere Libitinam*. Vid. *Mazochii* Commentar. in Tabb. aen. Herculan. p. 415 et 418. *de tuo.* De tuis opibus. Plaut. Bacchid. I. I. 64. sq. *ne quid lucri.* Vide Andr. I. I. 46. Hecyr. III. IV. 4. quae loca memorat Burmannus. Et ita saepe. Notandum denique in versibus 19. vsque ad finem elegans periodicae circumductionis exemplum, in qua affectus dicendi tam multa membra cumulat. Cf. Leonh.

Mirifice placet elegantissima auari pictura. Singulis fere verbis inest vis plane singularis. Compara Hor. L. II. Sat. III. 141. sqq. et Aulul. Plauti, ibique personam Euclionis.

FABULA XX.

P H A E D R U S.

Quid judicare cogitet liuor modo,
Licet dissimulet, pulcre tamen intelligo.

Vs. 1. *cogitet.* MSS. Pith. Rem. *judicare cogitur*; sed jam olim Pithoeus emendauit *cogitet*, quam lectionem secuti plurimi. Perperam tamen lectionem Codicum retinent Rigalt. Nevelet. Danet. Bentlejus edidit *praedicare cogitet*; sed Burmannus verbum *praedicare* neque necessarium, neque huic loco opportunum esse judicat. Gudius *conetur*, e conjectura.

Vs. 1. 2. Sensus: Quid inuidi (*liuor*) statim meditentur, in animo habeant judicare, simul ac legerint has fabulas, probe intelligo, licet nondum aperte judicent (*dissimulent*). Bene cl. Sattler. *Hält gleich der Neid sein Urtheil über mich zurück, So weiſs ich doch, was er im Sinne hat —.* *Liuor.* Ejusmodi querelae passim obuiae; nam idem, sed alio modo, dixit Prol. IV. 15. *Hunc obtrectare si volet malignitas;* sed Epil. II. 10. *Si liuor obtrectare curam voluerit*, vbi v. *Cogitet judicare.* Simili modo Prol. III. 16. *Intrare si Musarum limen cogitas.* Schefferus citat locum Cic. Off. III. *qui alteri nocere cogitat —.* *modo.* Varie jungunt; Burmannus cum *judicet*, hoc sensu: quid cogitet statim judicare, simul ac fabulas edidero. Censet enim, particulam *modo* etiam poni de tempore proximo et statim subsequente, vt Oid. X. Met. 522. *nuper erat genitus, modo formosissimus infans*, i. e. paullo postquam natus erat, cum infantiam ingrederetur. Iste tamen particulae *modo* vsus nondum mihi satis expeditus videtur. Alii jungunt voci *liuor* (nur der Neid); alii particulae *licet*, vt sit sensus: licet modo, siue nunc dissimulet, etiamsi non statim judicet. Ita Scheffer. Gronov. Hoogstrat. Walch. Alii explicant *demum*, vt conjungatur cum *quid*. Vid. Tzschuck. Gerike: *Was jetzt der Neid an mir zu tadeln findet.*

Vs. 2. *pulcre.* Vid. ad fab. praec. vs. 6.

Quidquid putabit esse dignum memoriae,
Aesopi dicet; si quid minus arriserit,
A me contendet fictum quouis pignore.
Quem volo refelli jam nunc responso meo:

Vs. 3. Tres priores hujus fabulae versus immutauit Perottus, et in duos contraxit: *Heu quantus est semper mortalium liuor! Sunt qui quidquid putant dignum memoria.*

Vs. 4. *dicet.* MS. Per. *dicunt.*

Vs. 5. *contendet.* MS. Per. *contendunt.*

Vs. 6. *Quem.* Sic primum scripserat Perottus, sed deinde correxit in *quos.*

Vs. 3. *dignum memoriae.* Cum Codex Pith. et Rem. ita distiucte exhibeant, pertinacia est, nolle obsequi, cum constructio illa sit vastatissima scriptoribus Latinis. Vid. exempla apud Heins. ad Ouid. IV. Trist. III. 67. v. Met. 345. de Nuce 26. et alibi. Val. Max. IX. II. ext. 8. *Indigno gloriae suae decreto.* Adde Zinzerlingi Promuls. Crit. C. III. *memoria* vero posteros respicit, vnde male Gallicus interpres, *digne de quelque estime. Burmann.* Cf. Virg. Aen. XII. 649. Plaut. Trin. V. II. 29. De hac constructione, poëtis familiariori quam ceteris, v. Voss. de Constr. C. XI. Vechneri Hellenol. L. I. P. II. C. 18. p. 291. et quos laudat Prasch. Sed cum Phaedrus alias adjungat ablatiuum, v. Prol. III. 43. Prol. IV. 19. L. V. F. III. 13. haec locutio non sine caussa suspecta videtur cl. Tzschuckio. Cf. Anton. *de Rooy* Animadvers. crit. in Martial. p. 4.

Vs. 4. sq. *Arriserit.* Placuerit, sc. inuidis. Ita Hor. I. Sat. X. 89. Cic. Att. XIII. 21. *quouis pignore.* Non modo dicet, verum etiam certabit, si quis velit aduersari, quanticunque pretii pignore deposito, vt id habeat aduersarius, ni ita esse judicatum fuerit. Catull. Ep. 44. (Bip.) *quouis Sabinum pignore esse contendunt. Gronov.* Haec formula rem certissimam denotat. Cf. Barth. Adv. L. XXXII. C. 16. Equidem verterem: *er wird alles verwetten, dass es meine Arbeit sey.*

Vs. 6. *Volo refelli jam nunc.* Pro refelletur statim. Vid. ad L. I. XXIX. 6. *Burm.* Passim jungunt veteres *jam nunc*, pro, *jam*, vel *nunc*, vt Ter. Andr. I. I. 144. *eamus jam nunc intro.* Sic alibi apud Cic. Att. I. 8. et Virg. G. I. 42. in quibus tamen locis potest verti,

Siue hoc ineptum, sine laudandum est opus,
Inuenit ille, nostra perfecit manus.
Sed exsequamur coeptum propositi ordinem.

Vs. 9. *coeptum propositi ordinem.* Ita emendauit Pithoeus, cum in libris scriptis esset *propositum.* At Gudius legi vult *coepto propositum ordine.* Hunc vs. rejecit Perottus.

---

schon jetzt, forsan rectius. Cf. Tursell. p. m. 439. et Parei Lex. p. m. 561. v. *jam nunc.*

Vs. 7. *Hoc opus* fabularum.

Vs. 8. *Inuenit ille.* Aesopus. Vid. ad Prol. I. 1. 2. *Perfecit.* Intelligenda haec de cultu externo et referenda ad stylum, quo exornauit Phaedrus materiam, ab Aesopo inuentam. Cum enim *perfecit* opponatur τοῦ *inuenit*, nil aliud indicare videtur, quam quod supra dixit, *materiam poliui versibus senariis.* Ita et olim explicaui locum. Sed cl. *Lange* mentem meam non satis intellexisse videtur. Vid. Ej. *kritischer Versuch*, praefix. Ej. Edit. Phaedri p. 17. coll. P. II. Phaedri p. 258. Paullo aliter de hoc loco judicat vir doctus in Biblioth. Nördling. *für das Schul- und Erziehungswesen.* T. VIII. p. 398. Cl. Sattler. *Aesopus ist Erfinder, Ausarbeiter bin ich nur.*

Vs. 9. Pergamus in instituto.

FABULA XXI.

NAUFRAGIUM SIMONIDIS.

Homo doctus in se semper diuitias habet.
Simonides, qui scripsit egregium melos,

Vs. 1. Rejecto hoc versu Perottus statim incipit.

Vs. 2. *egregium melos.* Guyeto et Tollio scribendum videtur *egregia mele.* Sed cum enallage numeri apud poëtas frequens sit, hac emendatione non opus est.

Vs. 1. Quod Phaedrus hac fabula refert de Simonide, alii, vt Galenus in Protrept. ad artes C. 2. et Vitruv. Praef. L. VI. narrant de Aristippo, Philosopho Socratico, nisi quod hi duo de loco dissentiant. Vitrunius enim pro Syracusanis nominat Rhodios. Plura legi possunt in Obseru. Menagii ad Laërt. II. Segm. 73. Comparasse juuabit Vitruv. Praef. L. VI. vbi Aristippus inter alia dicit: *Ejusmodi possessiones et viatica liberis oportere parari, quae etiam e naufragio vna possent enatare; namque ea vera praesidia sunt vitae, quibus neque fortunae tempestas, iniqua, neque publicarum rerum mutatis, neque belli vastatio potest nocere.*

Vs. 2. *Simonides.* De Simonide, poëta Graecorum lyrico, Cea, maris Aegaei insula, Cycladum vna, orto; de aetate, qua vixit, (in ea enim definienda viri docti non consentiunt); de varii generis scriptis vide *Fabric.* B. G. Vol. II. p. 142. sqq. et *Reisen des jungen Anachars.* T. VI. p. 315. sqq. vers. germ. additis Rittershus. et Gud. Notis et quae notantur in P. II. Phaedri ad h. l. Ejus mentio honorifica apud. Cic. de Or. II. 86. et Quinctil. L. X. C. I. et XI. 2. *melos.* Carmina lyrica; dictum singulari numero pro μέλη. Scripsit enim Simonides inter alia, μέλη varii generis praecipue Επινίκια (Vs. 5.) et Εγκώμια, de quibus videndus Fabricius l. c. p. 147. Hinc *melicus* dictus. Plin. VII. 24. et 56. Themistius vero Orat. I. eumdem vocat μελόποιον. Cf. Burmann. qui laudat Muncker. ad Hygin. F. 277. et Gifan. Ind. Lucret. in *Melicus.* Simonidem primum mercede Επινίκια scripsisse, legas in Schol. Pindari ad Isthm. 2. vs. 9. et apud

Quo paupertatem sustineret facilius,
Circuire coepit vrbes Asiae nobiles,
Mercede acceptâ laudem victorum canens.

Vs. 5. *Mercede accepta.* Ita legitur in MSS. Pith. Rem. et Edit. Vet. Sed Heinsius vult *pacta mercede*, qua locutione vtitur Quinctilianus L. XI. C. 2. narrans historiam de Simonide, a Diis seruato. Placet ista emendatio Graevio; v. Burmann. Syllog. Epp. T. IV. p. 196. nec non Sattlero, qui vertit, *um den ausbedungnen Lohn*; Hoogstratanus vero, Lallemant. nec non Editor edit. stereotypae recepere in textum. Etsi vero *pacta mercede* saepe et eleganter dicitur, quemadmodum docent exempla in Not. Heinsii, non vbique tamen debet contra codices obtrudi. v. Burmann. *laudem.* Cuninghamus *laudes.*

Tzetz. VIII. Hist. 228. et X. Hist. 354. p. 157. et 199. Edit. Bas. ap. Oporin. 1546 f. De mercenaria ejusdem Musa consulendi scriptores, qui citantur in Fabric. l. c. p. 148. Sed historiam naufragii Simonidis fabellis adscribunt *van Goens* in Diss. de Simonide Ceo, poëta et philosopho, p. 68. sqq. et de *Boissy* Hist. de Simonide in praef. ad Edit. 2. p. X—XXI. Vid. Fabricius l. c. coll. Menag. ad Laërt. II. Segm. 73. Fragmenta carminum Simonidis collegit, praeter alios, *Brunckius* V. C. in Analect. Vol. I. p. 120. sqq. *egregium.* Plato de Rep. I. (Vol. VI. p. 156. Bip.) Σιμωνίδῃ γε οὐ ῥάδιον ἀπιστεῖν, σοφὸς γὰρ καὶ θεῖος ὁ ἀνήρ, quae intelligi possunt de carminum praestantia et exquisita Simonidis sapientia.

Vs. 3. *Sustineret.* Vid. ad L. IV. F. XV. 7. *paupertatem.* Poësis Simonidis mercenaria displicet Callimacho: οὐ γὰρ ἐργάτιν τρέφω τὴν Μοῦσαν, ὡς ὁ κεῖος Ὑλλίχου νέπους. Vid. Fragm. 49. in Edit. Spanhem. p. 264. coll. p. 337.

Vs. 4. *Circuire coepit.* Vid. ad L. I. F. II. 8. *Er bereisete, zog herum.* Cic. pro Caec. 32. *circuire praedia.*

Vs. 5. *Mercede accepta.* Non erat hoc olim turpe in Graecia, pacisci de mercede carminis, vt colligi potest ex Pindar. XI. Pyth. 64. sed infamis praeter alios auaritia Simonides fuit, qui malebat oculata fide vti, et praesentem pecuniam capere, antequam caneret. Quare recte *accepta mercede canens*, non ante canens, nisi accepisset. Vnde melius Gallicus interpres ver-

Hoc genere quaestus postquam locuples factus est,
Redire in patriam voluit cursu pelagio,

Vs. 7. *Redire.* Vulgo legunt *venire*; etiam Desbillonius, Bipontini; sed jam olim recepi veriorem Cod. Perott. lectionem *redire*, quam reposuerat e conjectura Tollius; quae etiam placebat Heusingero. Eamdem receperunt Lallemant. Brotier. Jördans. *Cursu pelagie.* In Editt. Rittershus. et Neveleti est, *cursu pelagi.*

---

tisset, *recevant la recompense par avance.* Ita Sallust. Jug. LXXXV. *quae ante vestra beneficia gratuito faciebam, ea vt, accepta mercede, deseram, non est consilium.* Vide plura de mercenaria Simonidis Poësi et auaritia Aelian. VIII. 2. *Burm.* Burmanno accedunt plurimi, propter auaritiam, qua arsisse dicitur Simonides. At cum a verbis *mercede accepta* solis vix probari possit, quod volunt interpretes, ego mallem cum Wopkensio Misc. Obs. Nov. T. X. p. 162. haec interpretari, mercedem accipiens, atque ita victum sibi quaerens. Nam F. XXIV. huj. lib. docere potest, Simonidem praesentem pecnniam non semper cepisse, antequam caneret, id quod etiam video obseruari a Desbillonio. Notanda tamen lepida historia, quam de Simonide narrat Aristot. Rhet. L. III. C. 2. testibus Rittershusio et Fabro, coll. Not. cl. Schulzii ad h. l. *Victorum.* In ludis Graecorum gymnicis. Ita cecinit Simonides laudem victoris cujusdam pyctae. Vid. F. XXIV. 4. 5. h. l. Et quis nescit, totum Pindarum ejusmodi constare laudibus? *laudem canens*, i. e. laudationem. Mox F. XXIV. 5. dixit, *scribere laudem.*

Vs. 6. *Hoc genere quaestus.* Sattler. *Durch dies Gewerbe.*

Vs. 7. *Cursu pelagio.* Poëtice dictnm. Vocem *cursus* de nauigatione proprie vsurpari, multis, si opus esset, exemplis probari posset. Vid. P. III. Phaedri ad h. l. Sed pro *cursu pelagio* Ovidius dixit, *prepositos pelagi dimittere cursus*; Val. Flacc. vero I. 483. Argon. *Et dedit aequoreos caelo duce tendere cursus.* Ceterum *pelagius* vox rarior., *Phaleras pelagias*, pro margaritis, Petron. C. 55. *Voluit cursu pelagio.* Immo necesse id fuit; quoniam Cea, pelago circumclausa, petebatur. Sed verba auctoris nostri paullo benignius explicanda sunt: et quamuis *cursus pelagius* nil aliud, quam nauigationem, si-

(Erat autem natus, vt ajunt, in Ceâ insulâ.)
Adscendit nauem, quam tempestas horrida

Vs. 8. Bipontini ediderunt post Cuninghamum: *Erat autem, vt ajunt, natus in Cea insula.* Ouvering. conjicit, *erat enim. Cea.* Rittershus. Nevel. Vrsin. Danet. Maittar. Didot. al. legunt *Ceo* l. *Caeo*, a primo casu *Ceos*, qui et ipse vsitatus. Teste Neveleto ad marginem Edit. in MS. Pith. scriptum erat *Scithia*; at notante Heinsio in eodem Cod. MS. *Sithia* legitur, pro quo vir doctus emendabat *Cea*. Et ita apud Ovid. VII. Met. 368. rescribendum docuit. *Cea* quoque apud Val. Max. L. II. VI. 8. in omnibus MSS. legi, Gudius testatur; Salmasius vero ad oram libri notauit legendum esse ex veteri libro *Ceja insula.* Plin. H. N. L. IV. C. 12. *Ceos, quam nostri quidam Ceam dixere.* Cf. infra Notae.

Vs. 9. *Adscendit.* Heinsius hic malit *escendit*: sed licet hoc vocabulum probae sit notae, non tamen vbique intrudendum puto, vt saepe viros doctos nimis hoc affectasse video. Et tentauit etiam Heinsius supra II. IV. 6. *Burmann.*

---

gnificare videatur, hic tamen accipiendus est pro peregrinatione, siue circuitione maritima. Intellige itaque, voluisse Simonidem, quemadmodum vrbes Asiae minoris, a mari remotas, circumierat, sic maritimas pariter circumeundo in patriam tandem deuenire. *Desbillonius.*

Vs. 8. *Cea.* Insula maris Aegaei, Graece Κέως, Κῶς, Κέια, de qua v. Plin. L. IV. C. 12. Sect. 20. it. *Reisen des jungen Anachars.* T. VI. p. 313. sqq. Ejusdem meminit Virg. G. I. 14. Hodie *Zia*, *zea.* Patria Simonidis fuit Julis, vrbs, sita in Cea insula, teste Strabone L. X. p. 744. sq. Casaub. vnde *Ceae neniae* Hor. II. Od. I. 37. et *Camenae Ceae* apud eumdem IV. Od. IX. 7. Vid. Jani ad Hor. II. Od. I. 38. Cum hac insula confundunt Ceam insulam in ora Asiae, e regione Halicarnassi, aut Cnidi potius, quae vsitatius *Cos*, vel *Coos* vocatur, de qua Plin. L. V. 31. s. 36. quo in loco omnes Harduini MSS. habent *Cea* non *Cos*, teste Gesnero, in Thes. L. L. Hanc male quidam statuunt Simonidis patriam fuisse.

Vs. 9. *Adscendit.* Proprium verbum in hac re, vt et *conscendere*. Vid. Cuper. III. Obs. 3. (p. 269.) Ter. Adelph. IV. V. 69. *abiit, periit, nauem adscendit.* Burmann. *tempestas*

Simul et vetustas medio dissoluit mari.
Hi Zonas, illi res pretiosas colligunt,

Vs. 10. *Simul et vetustas*. *Et* abest in MS. Per. *dissoluit*. Bentlej. *vt dissoluit*, sollemni more, quod si admittatur, indicaret, illos collegisse zonas et res pretiosas, postquam dissolnta nauis jam esset; quod absurdum. Sed in vulgata lectione colligunt vectores res; dum videat in eo esse, vt dissolueretur nauis, cum praesens periculum et instans viderent ante oculos. Et ita hic *dissoluit* nondum ipsam nauis dissolutionem, sed instantem notat, vt viri docti notarunt apud Suet. Caes. 29. *cum aduersariis pepigit*, id est, voluit pascisci, et alia apud alios. Ita apud Lucam Euang. V. 6. διεῤῥήγνυτο δὲ το δίκτυον, *dirumpebatur rete*. Quod si fuisset ruptum, elapsi forent omnes pisces; sed in eo erat, vt rumperetur. Ita Judas ὁ παραδιδοὺς, qui moliebatur prodere, Matth. XXVI. 25. et ita Graeci et Latini passim. Praeterea Heinsius volebat *dissolvunt*, quia *tempestas* et *vetustas* hoc requirere videtur; sed quot loca corrigenda essent, si hoc vbique esset obseruandum, vt multis ostendimus ad Ovid. II. Art. 81. et VIII. Met. 790. vbi pro arbitrio et ratione metri saepe variasse poëtas docemus. *Burm.*

Vs. 11. *zonas*. Non absurda est suspicio Heinsii, non ipsas zonas, sed res pretiosas, in zonis reconditas, voluisse seruare,

---

horrida. Imitatio Horatii, qui Epod. XIII. 1. *Horrida tempestas caelum contraxit*, et Ouid. IV. ex Pont. X. 38. *Horrida Sarmaticum cur mare duret hiems*. Burmann.

Vs. 10. *dissoluit*. Vid. V. L. ad h. v. *Schw.* Proprie de nauibus fractis, quia et *contexi* dicuntur, cujus hoc est oppositum. Ovid. (IV. Trist. VIII. 18.) de nauibus, *ne temere in mediis di solüantur aquis*. Scheffer. Adde locum Tac. Ann. XIV. 5. quem profert Gronov. *nec dissolutio nauigii sequebatur*.

Vs. 11. *zonas*. In quibus pecuniam portabant. Martial. XIV. 151. Vnde *zonam perdidisse* apud Hor. II. Ep. II. 40. i. e. viaticum. *Gronov.* Eleganter Gracchus apud Gellium L. XV. C. 12. *zonas, quas plenas argenti extuli, eas ex prouincia inanes retuli*. *Rittershus.* Laudat qnoque Burmannus Liv. XXXIII. 29. vbi sermo est de militibus argentum habentibus in zonis. Hisce adde exempla in Not. Scheffer. De hac voce cf. Clav. Schirach. P. I. p. 394.

Subsidium vitae. Quidam curiosior,
Simonide, tu ex opibus nil sumis tuis?
Mecum, inquit, mea sunt cuncta. Tunc pauci enatant,

et ideo legit, *Hi zona et illi res pretiosas colligunt.* Sed quid significat, *res pretiosas colligere zona?* an in zonam collectas congerere? nescio an ita liceat loqui. Sed si Heinsii explicatio probetur, legerem, *colligant*, a *colligare*, vt in simili re nequam ille apud Petronium Giton C. CXIV. *zona circumuenienti* se et amatorem suum *praecinxit.* Ego tamen a vulgata nondum discedere possum, quia *hi* et *illi* diuersas res agere debent, et potuere res pretiosas extra zonas habere. *Burmann.* Cuninghamus edidit: *Hi zonas tum, i. r. p. colligant.*

Vs. 13. MS. Per. *Simonide, inquit, tu nihil ex* .... In hoc versu interrogationis nota deerat, quam addidit Rittersh.

Vs. 12. *Subsidium vitae.* Schefferus *in subsidium*, sed est dictum per appositionem, pro, *quae erant subsidium.* Ita Suet. Oth. C. V. Sic et *praesidium* occurrit, vt Justin. XXXII. 4. Et ita pecuniam numeratam *praesidium* dici, vidimus ad Petron. C. LXXV. De appositione illa vid. ad L. III. F. X. 44. *Burm.* Virg. Aen. I. 358. appellat *auxilium viae. quidam.* Cf. L. III. XIX. 7. *curiosior.* Supple, conuersus ad Simonidem ait, *curiosior* proprie; sic enim vocantur, qui sollicìti sunt de aliis. Plaut. Stich. I. III. 44. sq. *Scheffer.* Merito ita vocatur, qui in tanto periculo rerum suarum quasi oblitus, de eo quod alii agant, sollicitus est. *Leonhard.*

Vs. 14. sq. *Mecum mea sunt cuncta.* Idem narrant Cic. Parad. I. C. 2. et Val. Max. VII. 2. ext. 3. de Biante, sapiente Graeciae, cujus cum patriam Prienen cepisset hostis, ceterique ita fugerent, vt multa de suis rebus secum asportarent, cum esset admonitus a quodam, vt idem ipse faceret: *ego vero*, inquit, *facio, nam omnia mea porto mecum.* Est autem *mecum* apud me. Vid. ad L. II. V. 25. A Biante Phaedrus, vt nonnullis visum est, haec transduxit ad Simonidem. *Enatant.* Proprie de iis dicitur, qui enitant a naufragio mortem. Hor. A. P. 20. *si fractis enatat exspes nauibus.* Apul. Met. II. *Nauis ipsa demersa est, et nos omnibus amissis vix enatauimus.* Burmannus laudat Senec. Ep. XXII. *nemo cum sarcinis enatat.* Sattler. *retten durch schwimmen sich.*

Quia plures onere degrauati perierant.
Praedones adsunt, rapiunt, quod quisque extulit,
Nudos relinquunt. Forte Clazomenae prope
Antiqua fuit vrbs, quam petierunt naufragi.
Hic litterarum quidam studio deditus,

Vs. 15. *Quia.* MS. Per. *nam perierant.* Heinsius *perierunt,* correpta penultima, vt *coeperunt* L. IV. F. XV. 2. *abierunt* IV. XIX. 16. *praebuerunt* L. II. IV. 24. Heinsium secuti Guyet. Salmas. Gronov. Hoogstratan. Richter. Burmannus qui h. l. argutatur, alii. At recte Desbillonius: „Burmannus conjecturas quorundam inanes et exemplum Hoogstratani secutus reposuit, *perierunt;* atque in sua editione vltima: Non video, *inquit*, quare *perierunt* debeat mutari. Si credidit, hanc fuisse veterem lectionem, falsus est: legitur enim *perierant* in Codd. MSS. et in plerisque editionibus.“ Rigalt. in Edit. 2. Faber, Nevelet. Vrsin. Maittar. Bentlej. Brotier. Cuningham. Lallemant. Bip. *perierant*, recte retinent.

Vs. 17. *Clazomenae.* MSS. Pith. Rem. Perott. *Clazomene.* Ita nonnulli ediderunt; sed *Clazomenae* rectum. Vid. Not.

Vs. 15. *Onere degrauati.* Apulej. Met. VII. *manus pondere degrauatae.*

Vs. 16. *Adsunt — rapiunt — relinquunt.* Notanda iterum asyndeta. cf. Tzschuck. et ad L. IV. XVII. 16. 20. *extulit.* Scilicet ex naufragio, vt recte Schefferus. Suet. Ner. 31. *thesauros antiquissimae gazae, quos Dido, regina, fugiens Tyro, secum extulisset esse in Africa.* Burm.

Vs. 17. *Nudos.* Leonhardus intelligit eos, qui nihil opum secum extulerant; quae interpretatio repugnat versui praec. Melius cl. Sattler. *sie zogen sie ganz nackend aus —.* *Clazomenae.* Fuit vna duodecim Joniae ciuitatum, quae enumerantur ab Aelian. H. V. L. VIII. 5. *Freinsh.* Joniae vrbs, in peninsula ad mare Aegaeum. Male L. I. C. 17. *Super angustias* (peninsulae) hinc *Teos, illinc Clazomenae.* Legitur in veteribus Melae editionibus *Clazomena*; at recte e Pintiano restitutum est *Clazomenae.* Hor. I. Sat. VII. 5. Cic. Tusc. L. I. 43. *Desbillon.* Ista vrbs hodie dicitur *Vourla.*

Vs. 18. *Antiqua.* MCCC. ann. ante C. N. condita fuisse traditur. Vid. Lallemant.

Simonidis qui saepe versus legerat,
Eratque absentis admirator maximus,
Sermone ab ipso cognitum cupidissime
Ad se recepit; veste, numis, familiâ
Hominem exornauit. Ceteri tabulam suam

Vs. 21. *Eratque.* Onvering. *Fueratque absentis;* sine auctoritate.

Vs. 22. *Sermone ab ipso. Ab* deest in MS. Per.

Vs. 23. *recepit.* Perott. *receptum.*

Vs. 24. *Tabulam portant.* Ita recte Gudius et alii: male *porgunt* pro *porrigunt* hic intrudunt, (vt Prasch. Salmas. Heins. Vrsin. Gronov. Rittershus. Wasius in Senar. p. 153. nec Scheffero displicet), quod et Scaliger in ora notauerat. Tabellam enim, in qua depictum erat naufragium, humeris suis, aut ex collo pendentem portabant, sed manus porrigebant ad stipem accipiendam. Vid. Pers. I. Sat. 89. et ibi Casaubon. et antiquus Commentator Horatii ad Od. I. 5. naufragia picta *circumferre* solitos dicit, vbi et Torrentius et Lambinus videndi. *Burm.* MS. Pith. habet *poriant*, teste Gudio: *i* et *t* enim saepe in MSS. confunduntur. Neveletus edidit *porrigunt.*

Vs. 21. Et admiratus erat ingenium hominis, quem numquam viderat. *Hoogstratan.* Cf. L. V. F. I. 11.

Vs. 22. Vulgo ajunt *ex ipso.* Sed hic rursum locutus cum Virgilio videtur, qui Aen. II. 65. *crimine ab vno disce omnes* (ex vnius scelere, fraude). *Ipso* est emphaticum; vult, priusquam indicaret nomen suum, cognitum fuisse. *Scheff.* Recte Schefferus pro *ex.* Ita et *ab armis cognoscere.* Caes. B. G. L. I. 22. *Burmann.*

Vs. 23. *Ad se recepit.* Hospitio excepit, more Terentiano, Heaut. III. III. 5. *hominem amicum recipere ad te:* et in malum sensum, Hecyr. V. I. 17. *meum receptas filium ad te. Burm.* Plane Caes. B. C. L. II. 20. dixit *ad se hospitio recipere cupidissime domum;* Cicero vero Arch. 3. *Luculli eum domum suum receperont. Familia.* Vid. ad L. II. F. VIII. 26. et III. XIX. 1.

Vs. 24. *Hominem.* Homo saepe subit locum pronominis relatiui, vt sit ille, de quo agitur. Ita Nep. Eum. II. 5. Dat. X. 3. Vid. ad L. II. F. II. 7. Aliter Schefferus. *exor-*

Portant, rogantes victum. Quos casu obuios
Simonides vt vidit: Dixi, inquit, mea
Mecum esse cuncta; vos quod rapuistis, perit.

Vs. 25. *obuios.* Ita olim edidi e Cod. Per. vt jam Salmasius, Bentlej. alii voluerant, innito Burmanno. Eamdem lectionem recepere Heusinger. Cuninghamus, Lallem. Brotier. At Desbillonius cum Bipontinis retinet vulgatum *obuius.*

Vs. 26. *Dixi, inquit.* Vid. infra Not. ad h. v.

Vs. 27. *rapuistis.* Bentlejus, qui verbum *habere* loco suo praeter jus mouit L. III. F. III. 4. hic illud restituit et pro *rapuistis*, *habuistis* legit. Sed ita perit omnis venustas dicti. *Burmann.* Cuninghamus perperam *retulistis.* *Perit.* Perottus *periit*; ita et Neveletus; Hoogstratanus *perIt*; Salmasius: *vobis quod raptum est perit.* *Perit*, pro *periit* familiare poëtis.

---

nauit. Instruxit. Cic. Cat. II. *tu agris, tu aedificiis, tu argento, tu familia, tu rebus omnibus ornatus sis.* Scheffer.

Vs. 25. *Tabulam partant.* Vide V. L. ad vs. 25. Ibi obseruatis adde Juvenal. Sat. XIV. 300. sq. Hor. A. P. 20. sq. Pers. VI. 32. *largire inopi, ne pictus oberret caerulea in tabula*—. *ragantes victum.* Mendicantes. cf. locus Juven. paullo ante cit.

Vs. 26. *Dixi.* Non est interrogatiuum (quod Praech. et Desbillonius putant) sed plane illud, quod et Germani sic efferunt: *ich sagte es wohl,* (sagte ich's doch) *ich hätt' all das meinige bey mir.* Tacitam continet exprobrationem. Plaut. Asin. *dicebam pater, ne matri consuleres male.* Scheff. Adde exempla in Edit Burmann. e. Not. Var. Ita quoque capit Burmannus, praeter alia notans locum Prop. I. IX. 1. *Dicebam tibi venturos, irrisor, amores,* vbi v. quae notat Passeratius. Idem tamen Burmannus obseruat, Terentium hoc fere sensu saepe per interrogationem esse locutum, e. g. Andr. III. V. 15. Adelph. I. II. 5. sed addita plerumque interrogandi particula. Hinc suspicatur Desbillonius, Phaedrum scripsisse: *dixin, ait, mea mecum esse cuncta?*

Vs. 27. *Mecum esse cuncta.* Ita Stilpon capta patria: *omnia bona mea mecum sunt,* quam historiam narrat Sen. Ep. IX. teste Vrsino. *Vos.* Desideratur ad luculentam oppositionem *vobis*, quod metrum non admittit. *Tzschuck.* *Rapuistis.*

Schefferus, Harius, Tzschuckius, Langius, quibus ego accedo, referunt ad festinationem, qua imminente naufragio res pretiosas colligebant; sed Burmannus, quod eas antea male pepererant, et furtis et rapinis se ditauerant. Exprobrare enim illis sit, quod vulgo dici soleat, male parta male dilabi, et justae Deorum irae et vindictae admonere. At de male partis h. l. non est sermo; exprobratio vero alieno loco esset posita, vt jam vidit Langius. Itaque bene. Sattlerus: *Was aber ihr zusammen rafftet, ist dahin.* Notissima enim haec verbi *rapere* significatio. Desbillonius explicat, quod eripuistis e naufragio.

FABULA XXII.

MONS PARTURIENS.

Mons parturibat, gemitus immanes ciens;
Eratque in terris maxima exspectatio.

Vs. 1. *gemitus immanes ciens.* Romulus Divion. male, *quidam mons parturiebat geminos magnos*: melius Romulus Vlm. et Vincentius, *dabat gemitus magnos.*

Vs. 1. *Mons. Terram* in montis locum substituit Anonymus Neveleti F. 25. sed Romulus Nilantii *hominem virilis sexus*, sine dubio, conjiciente Nilantio, vt ex tam opinatae et absurdae rei exspectatione tanto major metus exoriretur. *Parturibat.* Ita extulerunt olim imperfecta illa tempora: sic *audibam* Ovid. Ep. XIV. 36. et *nutribam* Val. Flacc. VIII. 97. et in futuro *mollibo* Hor. III. Od. XXIII. 18. 19. (ad quem tamen legendus *Jani*) Vid. Serv. ad Virg. VI. Aen. 468. et Voss. de Anal. III. C. 34. Ceterum Tachos, Aegypti rex, narratur hoc dixisse Agesilao, qui cum ipse esset breui corpore, et adduxisset ipsi copias auxiliares, ὤδινεν ὄρος, Ζεὺς δ' ἐφοβεῖτο, τὸ δ' ἔτεκεν μῦν, dicenti regi respondit, φανήσομαί σοι ποτὲ καὶ λέων, Athen. L. XIV. C. 1. et hic sine dubio aliquem sibi Phaedrus proposuit perstringendum, qui carmina minabatur se editurum magnifice, sed nihil, vel exiguum et vile produxit. *Burmann. Mons parturibat.* Eleganter; quippe mons et parturiens. *Tzschucke. Ciens,* edens. L. I. F. XVIII. 3. dixit, *flebiles gemitus ciens.* Eadem locutione vtitur Virg. G. III. 517. de tauro. Sattler. *ächzte fürchterlich.*

Vs. 2. *Terris*, i. e. inter homines. Vide quae notantur ad Val. Flacc. I. 631. et Barth. ad Stat. VII. Theb. 55. In eo ergo differt Phaedrus a Tacho Aegyptio, qui ipsum Iouem timuisse hunc partum dicebat. *Burmann.* Romulus Vlmens. habet, *omnis natio. Exspectatio.* Sic loquuntur in re, magnum et memorabilem euentum habitura. Curt. III. 1. *Circa regem erat Phrygum tur-*

At ille murem peperit. Hoc scriptum est tibi,
Qui, magna cum minaris, extricas nihil.

Vs. 3. In Rittershusii editione, quam sequuntur Rigaltius in Edit. 1. et 2. Neveletus et Vrsinus, (nisi quod hic lacunam post *peperit* ex Anonymo Neveleti ita expleat, *metumque risus soluit*) reliqua huj. fab. pars sic legitur: Eratque *in terris maxima exspectatio, Quid ille pareret; at ille murem peperit.* *** *Hoc scriptum est tibi, Q. m. c. m. e. n.* Recte Rigaltius in Ed. 3. *quid ille pareret* abjecit, quem deinde alii secuti sunt, quia haec lectio, indicante Heinsio, haud dubie ex glossa orta est, qua quis antecedens *exspectatio* interpretatus fuerat.

---

ba, exspectatione suspensa. Nep. Alcib. 7. *tanta fuit exspectatio omnium visendi Alcibiadis.* Scheffer. Cf. L. V. F. V. 15.

Vs. 3. *scriptum est tibi.* Datiuus commodi. Cf. L. F. I. 14.

Vs. 4. *Minaris.* Prae te fers, polliceris, jactas (vultu seneriori, vt exspectatio incitetur; non enim est simpliciter *promittere. Tzschuck.*) Est autem imitatio Horat. (I. Ep. VIII. 3.) *multa et pulcra minantem.* Et alibi (L. II. Sat. III. 9.) *Atqui vultus erat praeclara et pulcra minantis.* Ita et apud Homerum ἀπειλεῖν, quod vulgo *minari* est, pro καυχᾶσθαι sumitur, annotante Eustathio p. 602. Ed. Rom. *Faber.* Hoc verbo eleganter vtitur, quia et *parturire* dicuntur, qui minas meditantur. Ovid. Ep. XII. 208. — *ingentes parturit ira minas.* Et ita saepe Cicero τῷ *parturire* vtitur. *Burmann. Extricas.* Metaphora, a tricis et filis, quibus quid implicatur, desumta. *Büchner.* Absoluis, perficis, expedis. *Gud.* Eleganter, vt notet producendi molestiam, velut e vinculis. Id enim innuit hoc verbum, atque ita vsurpauit Hor. Serm. I. Sat. III. 88. *mercedem aut nummos unde extricat. Scheff.* Vatinius ad Cic. L. V. ad Div. 10. *de Dionysio tuo adhuc nihil extrico. Gronov.* Compara Horatii A. P. 138. *Quid dignum tanto feret hic promissor hiatu?* et Terentianum illud, quod producit cl. Tzschuck. *magno conatu magnas nugas agere.* Hisce adde Notas Rigaltii.

Haec fabula jam antiquissimis temporibus nota fuit. Vid. Not. ad vs. 1. Alludit etiam Hor. A. P. 139. Notum porro Graecorum adagium, quod memorat Rittershusius: ὤδινεν ὄρος, ειτα μῦν ἀπέτεκε. Eamdem narrant *Romulus* Divionens. et Vlmens. L. II. F. 5. *Anonymus Neveleti* F. 25. *Romulus* Nilant. F. 22. vbi inscripta est: *Homo parturiens*; *Vincentius Bellovacensis* Spec. doctrin. L. IV. C. 118. Comparanda etiam Fab. *Hagedornii* L. I. p. m. 98. *der Berg und der Poët.* *Gleimii* L. II. F. 6. *Fontanii* L. V. F. 10. *Camerarii* p. m. 200.

FABULA XXIII.

FORMICA ET MUSCA.

Formica et Musca contendebant acriter,
Quae pluris esset. Musca sic coepit prior,
Conferre nostris tu potes te laudibus?

Vs. 1. Vulgo e. g. in Edit. Rigalt. 1. Vrsin. praemittitur e Cod. Pith. Rem. versus: *Nihil agere, quod non prosit, fabella indicat*, quem ex L. III. F. XVII. huc irrepsisse credunt Gudius et Heinsius; licet Heinsius ibi notauerit, fictum esse ex hoc loco. Burmannus abesse jussit. Recte; cum etiam desit in MS. Perotti, et sub finem fabulae scopus et propositum auctoris adjiciatur.

Vs. 3. *Conferre*. Walchius jubet legi *conferri* (quod est in MS. Gud. i. e. Pithoei) *nostris num potes te laudibus*, et *contages*: cum sint laudes, quibus ornabatur et extollebatur prae formica, vnde apparebat, pluris fieri. *Burmann.* Interpretationi Burmanni repugnat vs. 8. Vide etiam Not. ad voc. *laudibus* vs. 3.

Vs. 1. Hunc versum retinent integrum Romulus Vlm. Div. nec non Vincentius.

Vs. 2. *Quae*, pro vtra. Vid. L. I. XXIV. 8. *Burm. pluris esset.* Idem quod alii dicunt, *pluris putari, haberi, aestimari.* Explicandum igitur, vtra esset potior, seu principatum teneret, et hinc pluris facienda. Equidem verterem: *welche von beyden die meisten Vorzüge hätte.* Romulus Vlm. *quae melior illarum esset. Schw.* Gallicus interpres, *qui est la plus excellente.* De eo non agitur, sed quaenam pluris fieret, et majore honore afficeretur, nec opus hoc exemplis illustrare puto. Mox *laudes* vertit *avantages*

Vs. 3. *Conferre te nostris laudibus.* Pro, conferre te mecum laudibus. Sic Justinus L. IV. *ausi facinus, nulli tyranno comparandum*, h. e. nullo cum tyranno scelere comparandum. *Gronov.* Adde Hor. I. Sat. V. 44. *laudibus.* Quia *laus* interdum ponitur pro ipsis rebus laudandis, v. Gesner. non inepte h. v. vertere possis: *Kannst du dich in Ansehung der Vorzüge mit mir in Vergleichung setzen*

Vbi immolatur, exta praegusto Deûm,
Moror inter aras, templa perlustro omnia.

ferri explicat pro *comparari*. Ego illa non capio. Saltem *tu* dedisset, vt latina esset oratio: nam vtrumque dici potest *conferri laudibus*, et *se conferre*. Vid. ad Ovid. Ep. XVI. 203. et I. I. ex Pont. 25. *nec me nominibus furiosus confero tantis*, et ita centies. Sed *conferri te potes*, nescio qui explicari possit. *Burmann*. Vulgata lectio *conferre* etiam defendi potest a Romulo Divion. et Vlmens. qui habent: *Musca sic coepit prior: numquid te nostris potes comparare laudibus?* Ita quoque Vincent.

Res laudandae autem, quas memorat musca, non ad solum honorem referendae sunt, quo se affici gloriatur, quemadmodum luculenter docet vs. 8.

Vs. 4. *Immolatur*. Absolute. Cic. Div. II. 17. *cum pluribus Diis immolatur* cet. *Scheffer*. De hoc verbo v. quae notantur ad L. IV. VI. 9. *exta Deûm*. Diis offerenda. *Schw.* Sensus est: vbi immolantur victimae, partem viscerum illam ipsam, quae Deorum est, siue quae infertur altaribus, praegusto. Mactatis pecudibus, si viderentur exta felicia, pars offerenda Diis, pars sacrificulis vescenda reseruabatur. *Desbill.*

Vs. 5. *Moror*. Id est habito, viuo. Vid. Muncker. ad Hygin. F. 52. Suet. Ner. 33. licet ambigua significatione, *morari inter homines desiisse*. Schefferus distinguit post *templa*, vt sit dictum: quasi *moror inter aras et templa*, *denique perlustro omnia*. Contra Bentlej. *templa perlustro omnia*; sed quia de rege sequitur, praestat cum Scheffero distinguere. Nam et palatia sine adjecta voce *omnia* se lustrare, et *templa* dicit, deinde in compendium sermonem contrahens addit, *omnia*. Et ita saepe scriptores cum multa enumerant, *omnia* subjiciunt, vel etiam praeponunt, vt egregie ostendit Cortius ad Sallust. Jug. 76. Posset et *omnia* capi, vt in ipsa adyta, solis sacerdotibus patentia, se penetrare jactet, sed et tunc separatim vox capienda. *Burm.* Distinctionem Scheffaro-Burmannianam sequuntur praeter alios, Vrsin. Leonh. Bipontini, Jördens; laudat etiam Jac. de *Rhoer*. in Otio Daventr. p. 139. vbi vide. at Bentlejanam praeferunt, post Nevaletum, Santoroc. Maittar. Danet. Richter. Lallem. Brotier. Desbillonius. Recte, vt mihi videtur; puto enim, ordinem sic esse magis naturalem. Verba facit musca

In capite regis sedeo, cum visum est mihi,
Et matronarum casta delibo oscula,
Laboro nihil, atque optimis rebus fruor.

Vs. 8. *Laboro nihil.* Mallet Hoogstratanus cum Heinsio, *nihil laboro*, quod reddat versum ornatiorem; praeterea sequi statim *nihil laboras*.

---

primo de nota inter aras et templa, (Vs. 5.) deinde progreditur ad palatia regum, (Vs. 6.) denique ad aedes priuatorum (Vs. 7.) Alia res esset, si dixisset: perlustro omnia, aras, templa, cet. *Perlustro omnia.* Apte laudat Schefferus Plaut. Merc. II. III. 26 — 28. Adde Liv. VII. 34. *Haec omnia perlustrauit.* Id. VIII. 36. *perlustrauit hostium agros.* Sattler. *in allen Tempeln flieg ich frey herum.*

Vs. 6. *In capite regis sedeo.* Non insultandi caussa, sed iactat, se impune sedere in capite illo sacro sancto, quod tangere aliis capitale foret; eodem modo, vt sacrilegi haberentur, qui deorum exta praegustarent, qui in aris et templis morari vellent. Haec omnia se sine metu poenae facere, gloriatur musca, vt nec pro adultero posset comprehendi, libans oscula matronarum. Ita haec capi debent. Nihil hic obsceni quaerendum. *Burmann.*

Vs. 7. *Matronarum casta delibo oscula.* Cum delectu, quia in laude et ostentatione. Sic ante *regis*. Apte etiam *delibo*, de summo tactu et hinc tenero. *Tzschuck.* Ratione poëtica, pro, *matronarum castarum oscula.* Laudat Schefferus Virg. Aen. I. 256. et XII. 434. ad quem locum Servius notat: „*delibare*, summum osculum dare, non pressum, sed summa labella contingens." Notat etiam Dispontin. locum Apulej. *illi purpurea delibantes oscula clemente morsu rosea labella vellicent.* Cf. L. III. F. VIII. 12. et ad L. IV. XIX. 24. Sattler. *rauben manchen keuschen Kufs den Schönen.*

Vs. 8. *Nihil.* Non. Ita Cic. I. Phil. 6. Id. Agr. II. 23. *beneficio isto legis Pompejus* nihil *vtitur.* *optimis rebus.* Id est delicatissimis, lautissimis: nam *bonae res* dicuntur, quaecumque ad bene lubenterque victitandum faciunt, quo sensu P. Syrus dixit *bonarum rerum consuetudo pessima.* Et Nep. Ages. Cap. vlt. narrat, illum contemsisse splendida regis Aegypti munera, et vnguenta, coronas et secundas mensas seruis di-

Quid horum simile tibi contingit, Rustica?

Vs. 9. Bentlejus legit, *Quid horum simile tibi? Contra infit rustica*: propterea satis agitatus a viris doctis, Hario et Burmanno. Conuicium enim, quo formicam lacerat musca, tollens, omnem poëtae venustatem adimit. Deinde quis crederet, verbo eleganti et obuio librarium aliud et antiquatum fere, et quo Phaedrus, cujus fabulae tamen dialogi pleraeque sunt, numquam vsus est, vocabulum *infit* substituisse? Deinde cum in laudes formicae, quae multi laboris, imago est viri diligentis et prouidi patrisfamilias, fabula sit conficta, si poëta ex sua persona eam *rusticam* vocaret, absonum foret, sed ex decoro muscae insolenti et superbae hoc dat conuicium, quae inter aras et templa viuens ipsi exprobrat vitam duram et asperam, quam ruri agit. Vid. Burmann. *contingit.* Per. *contigit.*

---

spertiisse: et addit deinde, *quo facto eum barbari magis etiam contemserunt, quod eum ignorantia* bonarum rerum *illa* (sc. vitulina et hujusmodi generis obsonia) *potissimum sumsisse arbitrabantur.* Id. Att. 13. *omnibus rebus optimis vsus est.* Burmann.

Vs. 9. *Contingit.* Eleganter vtitur hoc verbo, quod de rebus laetis et bonis proprie vsurpatur. Verum enim est, certe plerumque, quod praecipiunt: *Contingunt* bona; *accidunt* mala; *eueniunt* vtraque: de quo v. Gesneri Thes. L. L. et quae fuse disputat Burmannus ad h. l. it. ad Quinctil. Decl. X. C. 2. et Ovid. III. Amor. VII. 45. *Rustica.* Bene conuicio, quippe superba, finit et confidenter prouocat. Ductum autem est ex ruris amore et frequentatione. *Tzschucke.* Ita hanc vocem quoque exposuerat Schefferus, probante Burmanno, qui tamen addit haec: „Schefferus recte explicat, de quo vid. supra h. l. F. V. 5. Quamuis plus hic etiam notare hanc vocem putem, ignorantiam sc. rerum bonarum, a quibus plane aliena erat formica, et quae laboriosa rustica, nihil voluptatis admitteret: qualem Agesilaum censebant esse Aegyptii, et quos Graeci vocant ἀναισθήτους. Vid. Buchner. ad locum ex Nepote mox adductum, et Bosii Indic. in *bonus*; et hoc sensu centies Ovidius *rusticas* vocat puellas, quae voluptates et luxurias ignorant, simplices, vt Helenam vocat Ep. XVI. 285." Hinc orta est Schirachii V. ill. interpretatio: *Rusticam* vocat for-

Est gloriosus sane conuictus Deûm,
Sed illi, qui inuitatur, non qui inuisus est.
Aras frequentas: nempe abigeris, quo venis.
Reges commemoras, et matronarum oscula;
Super etiam jactas, tegere quod debet pudor.

Vs. 10. *Sane.* Ita MSS. Pith. Rem. sed Cod. Perotti, quem sunt secuti Lallemant. Sanadon. et Philipp. *plane.*

Vs. 11. *inuitatur.* Bentlej. Cuningham. Ouvering. Tollius *inuitatus*, e conjectura.

Vs. 12 — 17. De hoc loco cf. Excurs. XXII.

Vs. 14. *Super etiam.* Jam olim recepi lectionem MSS. omnium Pith. Rem. Perott. *super etiam jactas*, pro, *superba jactas*,

---

micam per contemtum musca, quae non tam laute et splendide vineret, sed rudior paullo suis cauis rure se contineret, atque nimis sedula, bonarum rerum sensu non afficeretur.

Vs. 10. Responsio et confutatio formicae, cujus notationem solet omittere. *Tzschucke. Conuictus Deûm.* Dixerat vs. 4. *exta praegusto Deûm*; arae vero, quibus inferuntur viscera, diis offerenda, dicuntur *mensae Deorum.* Virg. II. Aen. 764. cf. Gronov.

Vs. 11. *Qui inuisus est.* Quem per consequens nemo expetit, Vid. Clav. Schirach. P. I. p. 191.

Vs. 12. *Aras frequentas — nihil laboras* (Vs. 15.) Frequentare aras, nihil laborare te jactas. Mart. XI. 107. *omnia legisti*, i. e. legisse jactas. Id. III. 11. *Tu tamen es Quinctus*, h. e. dicis te esse Quinctum. *de Rooy* Animadv. Crit. in Martial. p. 32. sq. qui plura dabit. *Nempe.* Notanda vis et elegantia hujus particulae, quasi diceret, verum quidem est, sed cet. Cl. Jördens: Ja! Ja! Cf. Tursell. p. m. 713 *quo;* quocunque. *Abigeris quo venis.* Compara L. V. F. III. 8.

Vs. 13. Sattler. *Du prahlst mit Königen und schöner Weiber Kuss.*

Vs. 14. *Super etiam.* De versu, a syllabis quatuor breuibus initium metri ducente, v. quae obseruaui ad L. III. F. XIV. (XV.) 12. *Desbillon. Super*, praeterea, sc. quod sedeas in capite regis et delibes oscula, *etiam jactas* quae non jactanda erant atque ostentanda, sed pudore tegenda. *Super* pro *praeterea* occurrit apud Ovid. XII. Met. 206. coll. L. III. XI. 2. Laudat etiam Burm. Virg.

Nihil laboras: ideo, cum opus est, nil habes.
Ego granum in hiemem cum studiose congero,
Te circa murum pasci video stercore.

quod fide Gudii Pithoeus primum e conjectura dedit, et quod non pauci tuentur Editores. Cum enim musca formicam vocasset *rusticam*, congruens esse putat Burmannus, vt responderet etiam conuicio, et eam *superbam* vocaret; sed Censor doctus in A. d. B. praefert *superba*, quia oppositio, *tegere quod debet pudor*, postulare istam lectionem videatur. At ego contra fidem Codicum, si vulgatum sanum sit, nouas lectiones non fingendas esse arbitror. *Super etiam* receperunt Bentlej. Bipontini, Desbillonius, et placet ista lectio Gudio, Salmasio, ill. *de Schirach* Clav. P. I. p. 238. Cf. Not. ad vs. 14. At Heinsius conjicit *super et jam*, vel, *hoc*; in editione vero Cuninghami vs. 14. deest. *debet pudor.* MS. Pith. *debes*; vid. Nevelet. ad marginem Editionis. Placet haec lectio Gudio et Heinsio. Bentlejus edidit *jubet pudor.*

Vs. 17. *pasci video.* Vulgo legitur *video pasci*; sed cum Perotto et Heusingero mallem *pasci video*; sicque olim edidi. *Te circa murum.* Bentlejus, *Te circum rura*, inuito Burmanno. Vid. Not. ad h. vs.

Aen. II. 548. sed isto loco *super his* est *posthaec*. Vid. Heyne ad h. l. Desbillonius explicat *insuper*, laudans Ter. Eun. V. VII. 13. *insuper etiam*; Adelph. II. II. 38. *etiam insuper*; Virg. Aen. II. 71. et L. XI. 226. notat vero Serv. ad vtrumque locum, *super* dictum fuisse pro *insuper*. Adde Salmas. ad Spartian. Pesc. 2. T. I. Scriptt. H. A. p. 644.

Vs. 15. 16. *Nihil laboras.* Vid. ad vs. 12. *granum.* Grana. *in hiemem congero.* Proprium hoc formicae, vt Sympos. Aenig. XXII. *Non gero magna simul, sed congero multa vicissim.* Vid. supra ad Fab. h. l. XIX. 23. nec absimiliter messem *congestas opes* vocat Ovid. IV. Fast. 618. quae etiam *in hiemem* congeruntur, id est, vt inde hieme alantur homines. Ita Ter. And. II. II. 32. *Olera et pisciculos in coenam*, et Adelph. III. III. 17. *dare in sumtum. Burmann.* Compara Hor. I. Sat. I. 33. sqq.

Vs. 17. Notum est, quam formicae sibi tramites faciant juxta muros, et quam muscae etiam in illis pendere et insidere soleant: quare fingenda,

Aestate me lacessis; cum bruma est, siles.
Mori contractam cum te cogunt frigora,
Me copiosa recipit incolumem domus.
Satis profecto retudi superbiam.

Vs. 18. *Cum bruma est, siles.* Ita MSS. Pith. Rem. et Ed. Vet. At MS. Perott. *cur bruma siles?* Non inuenuste, judicante Burmanno, et recepit Brotier. Sanadon vero et Philipp. *at bruma siles?*

Vs. 21. Burmannus haec non apte satis modestae formicae dari censet (neque ita solet poëta), fabellam in priore versu

---

sic fabula, vt formica juxta murum festinans ire, viderit circa illum in sordibus sedere muscam. *Burm. murum.* Domum in plateis. *Heins.*

Vs. 19. *Contractam. Contracta* est ex interpretatione Burmanni, frigore breuior facta, seu, quae prae frigore membra, incuruans se, contrahit, vt solent insecta illa contrahi hieme. Proprie autem adhibetur hocce verbum tali in re. Adducit Scheffer. loc. Virg. G. IV. 259. de apibus *contracto frigore pigrae*, quo in loco nonnulli male legunt *frigore contractae*, quia hoc poëtico more ad ipsum frigus transfertur. Vid. *Heyne.* Heinsius praeter alia laudat Col. VI. 16. solent *neglecta vlcera scatere verminibus* (ita edidit cl. *Schneider* pro vulgato *vermibus*) *qui si mane perfundantur aqua frigida, rigore contracti decidunt.* Vide Burmannum de vsu hujus verbi fuse disputantem; nec non Clav. Schirach. P. I. p. 73. Vertunt, *eingeschrumpft.*

Vs. 20. *Copiosa.* Omnibus ad sustentandam vitam necessariis instructa. *domus.* Sedes mea, et quasi hiberna, in quae congessi grana. Vid. ad L. I. F. III. 13. *Burmann. recipit.* Vid. ad I. XII. 9. Adde IV. VI. 4. *incolumem.* Vid. L. I. VIII. 12.

Vs. 21. *Retudi.* Prima syllaba longa, vt boni poëtae in praeteritis maxime faciunt. *Tzschuck.* Repressi Coel. ad Cic. L. VIII. Ep. 6. de Appio, *quo facto retudit sermones*, i. e. repressit, sedauit eorum sermones, qui de Appii damnatione loquebantur, ex interpretatione Manutii. Idem Cic. XII. Ep. 14. *quorum improbitatem aliquando retundi, et non pati impunitate augeri, vtile est reipublicae.* Et sic alibi.

Fabella talis hominum discernit notas

finiens et legens: *Satis profecto retundit superbiam Fabella talis, hominum discernens notas, Eorum* cet. (Nam τὸ *profecto* est approbantis et docentis Phaedri, et noster in simili prorsus de fabula praecedenti judicio L. III. F. XIX. *sensit profecto*). Si tamen plura mutari non placet, interrogationis tantum notam addendam putat: *Satin' profecto retudi superbiam?* Sed interrogationi obstat *profecto*. Forte, *satis profecto retudit superbiam*, formica scilicet, ex Phaedri judicio. *Heusinger*. Conjectura Heusingeri, si quid mutandum praeferri recte posse videtur. Recipi quoque posse censet cl. Tzschuck. cui oratio in vulgato languere videtur; nec displicet cl. Langio. Sed sine auctoritate Codicum haud quidquam mutare ausus sum. Evanuerat autem teste Burmanno, in MS. Per. vox *retudi*, vnde non patet, quomodo legerit Perottus. *Retudi*. Multi, etiam Bentlej. Brot. Bipontini, ediderunt *rettudi*, de quo inepto Grammaticorum commento, vt vocat Burmann. vide ad L. III. F. XVIII. 10. At cum in MS. Pith. sit *profector et tudi*, hinc putat Hoogstratanus, lectionem *rettudi* non penitus esse spernendam, quam etiam exhibere Cod. Rem. testatur Brotier.

Vs. 22 — 24. Hosce versus Perottus more suo abjecit. Eosdem Phaedro abjudicat *Kohlius*, Comment. crit. Pentad. I. Loc. 49. p. 121. scribens: „Phaedri non esse statim ex ipsa dictione colligas. Obseruandum, poëtam h. l. praeceptum non addidisse, incluso his vltimis verbis argumento: *satis profecto rettudi superbiam*. Sunt enim quaedam fabellae, quibus praeceptum expressis verbis appositum non est L. III. F. I. L. V. X. L. II. V. L. IV. XXIV.“ At ego non temere abjiciendos puto, cum fabula non ad eos solum pertineat, qui se falsis

---

Vs. 22. *Talis*. Haec. Vid. L. I. II. 9. *Notas*. Vid. ad Petron. C. LXXXIII. Gallicus interpres frigide reddidit, *deux sortes de personnes*, debuisset, *deux diverses caractères de gens*. Ita Suet. Tib. 54. *patefacta interiore animi nota*. *Burmann*. Locutio translata a notis amphorarum vinariarum. Laudant viri docti Senec. de Const. C. III. *Ex hac tibi nota sapientem exhibeo*. Et ita de Benef. C 9. et Ep. 52. Cic. L. VII. Ep. 29. ad Div. *Nos de meliore nota commenda*. Pulchre cl. Sattler. *Charakterzüge solcher Menschen mahlet uns die Fabel*.

Eorum, qui se falsis ornant laudibus,
Et quorum virtus exhibet solidum decus.

ornant laudibus, i. e. superbos; verum etiam eos, qui virtute et meritis veram solidamque gloriam consequuntur, qualem consequitur formica, prouidi et diligentis viri imago. Ex quo efficitur, verbis, *satis profecto rettudi superbiam*, praeceptum fabulae non includi. Deinde locutio *virtus exhibet solidum decus*, fateor, ad singulares Phaedri referenda; sed quot Phaedri versus sic essent abjiciendi. Vt omittam, exempla a Kohlio prolata, non probare, quod probandum erat.

Vs. 23. *Eorum.* Cuninghamus, *et horum.*

Vs. 24. *Solidum decus.* Vera gloria. Cic. ad Div. X. Ep. 12. *Verum decus in virtute positum est.* Id. Tusc. III. 2. *Est gloria solida quaedam res et expressa.* Id. Phil. V. 18. *vera, grauis, solida gloria.* Cf. Gronov. *Quorum virtus exhibet solidum decus.* Singularis locutio. Verte: *Deren wahrer Ruhm sich auf Tugend und Verdienste gründet.* Vid. ad L. IV. F. XV. 8.

Eadem fabula occurrit apud *Anonymum* Nilantii, vbi vide Fab. XXVII. *Romulum* Divion. et Vlmens. L. II. F. XVIII. *Vincentium* Bellovac. in Spec. Nat. L. IV. C. 119. *Anonymum Neveleti* F. 36. *Fontanium* L. IV. F. 3. *Gleimium* L. II. F. 19. *Zachariae* in fabula, *die stolze Fliege.* Eamdem laudauit cl. *Jacobs. in Nachtr. zu Sulzer.* T. VI. P. I. p. 79. coll. supra *Ej.* Obseruatt. in Phaedrum. Notanda porro Burmanni de fabula memorata conjectura: „Fabulam referrem, *inquit*, ad parasitos et impudentissimos potentium et diuitum adulatores, qui, licet centies abigantur et expellantur, vt vs. 15. semper redire solent, et inuocati, asymboli, vncti et lauti veniunt, vt Phormio apud Terent. II. II. 21. Nam muscam impudentis conuiuae et parasiti esse symbolum, docuit jam Lipsius L. III. Antiq. Lect. Sed Phaedrus in epimythio aliter interpretari videtur; quamuis et captatores coenarum gloriosi falsis se laudibus ornent, quasi familiaritate et vsu principum virorum vtentes: et hinc saepe in magno etiam pretio habentur, sed tandem ejecti et exclusi miseram fere vitam exigunt. *Burm.* At mihi tutius videtur, fabulam intelligere, quemadmodum poëta in Epimythio vult intelligi.

FABULA XXIV.

SIMONIDES A DIIS SERUATUS. *)

Quantum valerent inter homines litterae
Dixi superius: quantus nunc illis honos
A superis sit tributus, tradam memoriae.
Simonides idem ille, de quo retuli,

Vs. 1 — 3. Hosce versus omisit Perottus.

Vs. 2. *quantus nunc illis.* Ouveringius, *quantus etiam illis,* recte improbante Tollio. Vid. P. III. Phaedri p. 178.

Vs. 4. *Simonides idem ille.* Ita MSS. Pith. Rem. et Edit. Vet. Sed MS. Perotti, quem perperam secutus est Philipp. *Simonides ille, supra de quo retuli.*

---

*) Similis huic narrationi fuit ruina porticus, quae vix egresso Regulo corruit. Vid. Mart. I. Ep. XIII. et LXXXIII. Bip. *Burmann.*

Vs. 1. *Valerent.* Varie explicant. Equidem mallem capere cum Burmanno, quo in pretio et honore haberentur; cui interpretationi fauet oppositio vs. 2. 3. Vult enim Phaedrus: Supra dixi, quo in pretio et honore haberentur litterae inter *homines*; nunc tradam memoriae, quantus honos sit illis tributus a *superis*. Prius illustrandum e F. XXI. hujus libri, maxime vs. 17 — 24. posterius ex hac ipsa fabula elucet. Neque tamen inepta est interpretis Gallici interpretatio: *j'ai fait voir auparavant le grand pouvoir, que les Lettres ont,* cui accedit cl. Sattler. *Wie viel bey Menschen die Gelehrsamkeit vermag,* cui interpretationi firmandae inseruire posset Ter. Phorm. V. VII. 94. et Ovid. XIII. Met. 12. teste Burmanno.

Vs. 2. *Superius.* Supra (F. XXI.). Vox rarior hoc sensu. Auctor tamen B. H. 28. et 34. habet, *vt superius demonstrauimus.* *Nunc*; jungendum cum *tradam* vs. 3. etsi remotum ab hoc.

Vs. 4. *Simonides.* Vid. ad L. IV. XXI. 2. *Idem ille.* Signate addi solet. *Tzschuck.*

Victori laudem cuidam Pyctae vt scriberet,

Vs. 5. *Victori.* Sic bene legitur in Codice Perott. et ita olim Rittershus. Scheffer. et Gronov. correxerant, pro vulgato *victoris*, quod habetur in MSS. Pith. Rem. et Edit. Vet. et quod tuetur Richter. in praef. et recepere Brotier. atque Desbillonius. Sed rejiciendum recte videtur Burmanno, quia ex ea lectione is sensus exit, vt scripserit, a quodam mercede conductus laudes victoris pyctae, diuersi ab illo, qui conduxerat. Cicero etiam L. II. de Or. C. 86. in ipsum Scopam, apud quem coenabat, Simonidem carmen scripsisse narrat. *Victori* receperunt, praeter Burmannum, Philipp. Lallem. Bipontini, Jördens. alii. Contra Desbillonius legit et interpungit: *Victoris laudem, cuidam pyctae vt scriberet, C. c. p.* hoc sensu: conduxit laudem, qualis in victores componi solebat, vt eam cui-

Vs. 5. *Victori Pyctae.* Pugili. A Graecorum πύκτης ortum est Latinorum *pycta et pyctes*, quo vocabulo, praeter alios, vsi sunt, Plin. H. N. VII. 47. *Euthymus pycta semper Olympiae victor*; Senec. Controv. I. 3. extr. *aut athleta, aut pyctes est.* Hanc vocem non semper *pugilem victorem* notare, vt vult Gudius, jam vidit Burmannus; quia tum inepte adderetur *victor* a Phaedro. Illum vero pugilem, cujus nomen Phaedrus, nescio quomodo, reticet, appellatum fuisse Scopam, testantur, praeter Val. Max. I. VIII. 7. ext. Cicero, qui eamdem narrat historiam L. II. de Or. C. 86. et Scopam istum *virum fortunatum et nobilem*, *Crannone in Thessalia*, non *pyctam* vocat; it. Quinctil. J. O. L. XI. 2. qui tamen in suspenso apud veteres relinqui scribit, Scopasne iste pugil, an Glaucus, an Leocrates, an Agatharchus dictus fuerit. Idem inter auctores non satis conuenire fatetur, domus, in qua res euenit, Pharsaline, an Crannone fuerit; sed conuiuium in honorem ejus victoriae celebratum fuisse narrat. Ipsi totum hoc de Tyndaridis fabulosum videtur, etsi conuiuium celebratum, et saluum euasisse ex ruina Simonidem credat. Cf. Val. Max. loco paullo ante cit. et quae de Scopa Burmannus notauit ad Quinctil. l. c. p. 986. *Laudem vt scriberet.* Laudationem. Suet. Cal. 20. *victos victorum laudem componere coactos.* Cf. L. IV. XXI. 5. et infra vs. 13. Quinctil. l. c. appellat *carmen, quale componi victoribus solet.*

Certo conduxit pretio: secretum petlt.
Exigua cum frenaret materia impetum.

dam pyctaa scriberet. Nec desunt, qui jungant, *Victoris laudem cuidam pyctae vt scriberet*, quae vertit cl. Brot. *il étoit convenu, de composer un Eloge de vainqueur pour un certain athlete.*

Vs. 6. *Conduxit.* Cf. Exc. XXIII. ad h. v. *petit.* Mallent Rittershusius et Schefferus *petIt*, vt supra F. XXI. 25. *perIt.* Secnti Hoogstrstan. Walch. Maittar. *Secretum.* Gud. *decretum*, quod merito displicet. Vid. Not. Gud.

Vs. 6. *Certo conduxit pretio.* Certo pretio, s. mercede laudem scribendam in se recepit. Sic enim solebat Simonides; vid. L. IV. XXI. 5. Passim autem *conducere* pro *redimere* vsurpatur, et opponitur *locare.* Cic. Div. II. 21. *redemtor, qui columnam illam de Cotta et Torquato conduxerat faciendam.* cf. Clav. Ernest. v. *conducere.* Ita *conducere* aegrum sanandum dicitur medicus apud Plin. L. XXIX. 1. sub fin. Et *conducere* molandum dicitur pistor Pomponio apud Nonium: *decipit vicinos, quod molendum conduxit, comest;* quae loca sddaxit Gronov. Plura dabit Exc. XXIII. ad h. v. De re ipsa v. Plin. III. Ep. XXI. 3. *certo pretio.* Hinc asseri potest vulgata lectio apud Ovid. I. Amor. X. 21. vbi vide Notas; et in L. 35. §. 1. ff. Locat. *certo pretio conductus.* Burmann. *Secretum.* Locum solitarium, meditationi et carminibus aptum. Vid. quos laudat Prasch. Ovid. I. Trist. I. 41. appellauit *secessum, Carmina secessum scribentis et otia quaerunt.* Hor. A. P. 296. *secreta petit loca.* Senec. Ep. 80. *mihi silentium promittebam et sine interpellatore* secretum.

Vs. 7 — 10. Sensus: Cum tenue et sterile argumentum, seu, vt ait Burmannus, materiae non satis vberis exiguitas, cohiberet s. reprimeret spiritum, vsus est licentia poëtica, qua solent poëtae, instituitque excurrere in laudes Castoris et Pollucis, qui simili laude fuerant celebres.

Vs. 7. Notanda elegantia huj. versus. *Materia.* Passim vtitur Phaedrus hac voce de argumento fabularum. Vid. ad Prol. I. 1. et Epil. III. 6. vbi *materiae exiguae* (unfruchtbarer, magerer Stoff) opponit *materiae copiam*, quod Albinus vertit *matiere riche et abondante. Impetum* vocat poëticum spiritum,

Vsus poëtae, vt moris est, licentiâ,
Atque interposuit gemina Ledae sidera,
Auctoritatem similis referens gloriae.

Vs. 8. De varia Lectione hujus loci legendus Exc. XXIII. ad h. v.

Vs. 9. *Atque.* Facile potest *est* subintelligi sub *Vsus.* Aliter cum Guyeto scriberem *apte* (quod etiam placet Walchio). *Burmann.* Vide tamen mox ad *vs.* 10.

Vs. 10. *Auctoritatem similis referens gloriae.* Bentlejus eneruans egregium hunc versum, legit: *Auctoritatis illa referens*

---

calorem et furorem (*Begeisterung*), vt Ovid. IV. ex Pont. II, 25. *Impetus ille sacer qui vatum pectora nutrit.* Et ita alibi saepe. Quod noto, quia inepte etiam Gallicum interpretem video vertisse, *l'impetuosité de son esprit*, qua voce puto Gallos de vitio violentae mentis vti. Epil. III. 29. (vbi vide) dixit, *continetur spiritus. Burmann.*

Vs. 8. *Poëtae.* Per enallagen numeri, pro, poëtarum. Pluralis frequentior. Sic Burm. citat locum Cic. de Or. III. 38. *licentia poëtarum;* Ovid. III. Amor. XII. 41. *licentia vatum. Vt moris est.* Cf. L. V. F. I. 3. Quinctil. l. c. *more poëtis frequentissimo;* Cic. l. c. *in quo multa ornandi caussa, poëtarum more, in Castorem scripta et Pollucem.* Schwabe. Praeceptum hic secutus est Simonidas illud, quod inculcat Aristoteles in Topicis: vt si materia nobis insnior, aut sterilior obtigerit, illuc orationem deducamus, vbi abundare, et a proposito digredientes velut in campo libere excurrere atque exsultare possimus. Quod et Pindarum saepe factitasse videmus, et Horatium aliquando. *Rittershus.*

Vs. 9. *Interposuit gemina Ledae sidera.* Digressus exiit in laudes Castoris et Pollucis, vt ait Quinctilianus l. c. Erant Ledae vxoris Tyndari, filii, pugilatu clari et nobiles, Hor. I. Od. XII. 25. sq. (Hinc mox *auctoritas similis gloriae*), missi denique ad sidera. Fabula notissima. Senec. Herc. Fur. I. 13. *clara gemini signa Tyndaridae;* Hor. I. Od. III. 2. *fratres Helenae lucida sidera. Interposuit.* Cf. Prol. II. 9. et Prol. V. 1. *Schw.* Nempe exemplo illorum graui auxit laudes. *Tzschucke.* Vertunt, *einmischen, einweben.*

Vs. 10. *Auctoritatem similis referens gloriae.* Id est, illam gloriam, scilicet victorem esse

Opus approbauit; sed mercedis tertiam

gratia. Sed recte haeo refutauit Harius. *Burmann.* Ita bene MSS. Pith. Rem. et Vet. Edit. In MS. Per. *auctores aptae.* Inde Sanadon. et Philipp. frustra emendauere: *Auctores apte s. r. gloriae. Brotier.* Lectionem Cod. Per. Burmannus tolerabilem judicat, si *apte* pro *aptae* legatur.

---

in ludis sacris insignem esse inde probans, quod Castores, in ludis similibus victores, egregie fuerint celebrati, vnde suae laudationi et laudato Pyctae auctoritas accederet, neo pro leui re haberetur haec egressio in laudem Dioscurorum. *Gloria* vero est proprie honor et laus illa, quae ex bellis et factis fortibus reportatur vt vidimus L. I. F. XI. 1. Sed non minor habebatur apud Graecos, in ludis sacris victorem pronuntiari, quam hostium in acie. Ne ergo verbis gloriam hanc jactare vanis videretur Simonides, ostendit hac insignes fuisse etiam Jouis filios: et haec est *auctoritas,* siue exemplum, ex quo judicari de gloria debet, et qua vtitur ad celebrandam gloriam Scopae. Haec probare nihil attinet, cum ipsa Lexica suppeditent satis auctoritatis, vnde hanc vocem de facto, quo exemplum praebetur aliis, sumi pateat. *Burmann.*

Vs. 11. *Opus approbauit. Opus approbat* redemtor, vel quisquis suscepit, cum ostendit, illud ex lege perfectum (seu pacto locationis conueniens esse), quo facto illud *probari* a Censore, si publicum est, vel quocunque locatore, dicitur. Sic Apul. Met. VI. *ante istam vesperam opus expeditum approbato mihi. Gesner* in Thes. v. *approbo.* Scilicet Simonides illi, qui sub certa mercede id ab eo exegerat. *Sollemnia* verba. Vitruv. IX. C. 3. *Hiero coronam immani pretio locauit faciendam, et aurum ad sacoma rependit redemtori. Is ad tempus opus manu factum subtiliter regi approbauit.* Scheff. Male haec nonnulli ad Scopam referunt, vt Gallicus interpres, qui reddit, *Scopas temoigna estimer ces vers*; Guyetus, alii. Nam conductores *approbabant,* locatores *probabant.* Ita fere loqui veteres solent; itaque pycta *probat,* vt Liv. IV. C. 22. *Censores* (qui scil. locauerant) *villam publicam in campo Martio probauerunt.* Vid. Gruter. ad Senec. de Clem. I. 15. Gronov. ad Ej. Quaest. Nat. VII. 16. Burm. ad Quint. Decl. VII. princ. Haec e Not. Burmann. excerpsi, qui et alios laudat. Adde Notam Gudii.

Accepit partem. Cum reliqüum posceret,
Illi, inquit, reddent, quorum sunt laudes duae.
Verum, vt ne irate dimissum te sentiam,
Ad coenam mihi promitte, cognatos volo

Vs. 12. *Reliqüum.* MSS. Pith. Rem. et multae Editiones, Rittershus. Nevel. Rigalt. 2. Fab. Vrsin. Scheff. Maittar. Brot. al. habent *reliquam*; quod de duabus partibus dici non potest; duae autem restabant, cum Simonides tertiam accepisset partem, altera Castoris, altera Pollucis. Leonhardus tamen *reliquam* retineri posse censet, si subintelligatur *mercedem*. Walchius etiam *reliqua* legi posse putat, vel *reliquas*, vt jamjam conjecerat Gudius. Heins. *eumque reliquum.* Cf. Not. ad h. v.

Vs. 13. De V. L. hujus loci videndus Exc. XXIII. ad h. v.

Vs. 14. Cf. Excurs. XXIII. ad h. v.

Vs. 15. *Ad coenam mihi promitte.* Perott. *ad coenam mecum veni*, quod non accedit ad elegantiam vulgatae lectionis. Vid. Burmann. in praef.

Vs. 12. *Reliquum* mercedis. *Reliquum* h. l. est quadrisyllabum, vt L. I. XXXI. 13. et III. IV. 2. Vid. Wasius in Senar. p. 136. et Desbillonius, laudans locum Gell. L. V. C. 10. *ne reliquum mercedis daret.*

Vs. 13. *Quorum sunt laudes duae. Laudes* sunt laudationes, vt supra vs. 5. vbi vide. Intellige Castoris es Pollucis. Cf. Exc. XXIII. ad vs. 13. At si quis retinere velit lectionem, quorum sunt *laudis duae*, subintelligendum *partes*, ellipsi frequenti veteribus, qua in numeralibus omittunt partes. Sic Cic. Att. I. Ep. 17. *amoris tibi primas defero.* Istam ellipsin erudite illustrauit Gudius.

Vs. 14. Sensus: Verum vt sentiam (intelligam), te non discedere hinc iratum, ad coenam mihi promitte. *Desbill.* Sattler. *damit ich dich nicht unzufrieden von mir lasse. Vt ne.* Hae particulae non raro ita junguntur, vt Graecorum ἵνα μὴ, quod multis exemplis confirmauit Burmannus, laudans Jac. Gronov. ad Cic. I. Ep. ad Q. F. I. n. 13. Senec. III. de Benef. 10. *an hoc indicamus, vt ne demus beneficia sine teste.* Et ita saepe alii.

Vs. 15. *Ad coenam mihi promitte.* Formula inuitantium propria. Plin. L. I. Ep. 15. *Heus tu promittis ad coenam, nec venis*, Senec. Suas. 2. *ego*

Hodie inuitare, quorum es in numero mihi.
Fraudatus quamuis, et dolens iniuriâ,
Ne male dimissus gratiam corrumperet,

Vs. 16. *es.* Heinsius, vt sensus sit apertior, refingit *esto.* Idem adscripserat etiam orae codicis sui, posse legi, *quorum eris in numero mihi,* non improbante Tollio. Quibus conjecturis, cum vulgatum probum sit, non opus est. Cf. tamen Burm.

Vs. 18. *Male dimissus.* Vulgo legunt *male dimissam,* et explicant, ne male corrumperet gratiam, si eam dimitteret et recusaret oblatam, ita, vt *male,* quod interpretantur, imprudenter et cum suo detrimento, quemadmodum *male mulcatus* L. I. F. III. referatur ad *corrumperet.* Vid. Scheffer. At cum alii *dimissam* sine sensu legi statuant; Gronouius suspicatur, Phaedrum scripsisse, *ne male commissam gratiam dirumperet,* et exponit, amicitiam, tenui filo pendentem et vix cohaerentem, dissueret. Hancce conjecturam vir doctus exemplis fulcire studet, quae videri possunt in Notis Schefferi, quibus adde e Not. Burm. locum Petron. C. CXIII. *veritus ne inter initia coëuntis gratiae recentem cicatricem rescinderet.* Graeuio vero *ne*

---

ad prandium promisissem, i. e. promisissem, me ad prandium esse venturum. Citant etiam Plaut. Menaech. V. II. 43. *ad caenam ne promittat.* Nostri, *sich bey einem zusagen.* Schw.

Vs. 16. *Inuitare.* Pugiles nempe victores magno conuiuio solebant victoriam suam celebrare, ac sedulo prouidebant, vt ne hinc abesset, qui laudem ipsis scripsisset: Scopam ergo Simonides ejusque conuiuas induceret, vt se esse iratum crederent, si ad coenam non promitteret. *Debillon.* *Quorum es in numera mihi.* Ita loquitur ex consuetudine veteri, qua blandientes *patrem* aliquem, aut *fratrem* (aut *cognatum*) appellabant, teste Terentio, Horatio, aliis, vt hic Faber commode obseruat. *Scheff.* Vid. Ter. Phorm. III. II. 11. *Tu mihi cognatus, tu parens, tu amicus.* Sattler. *Heute geb ich einen Schmaufs den Anverwandten, und dazu gehörst auch du.*

Vs. 17. *Fraudatus.* Parte mercedis promissae. vs. 5. 6. 12. 13.

Vs. 18. Sensus: Ne si non promitteret ad coenam, male, ideoque iratus dimitteretur a pycta, et rumperet, perderet omnem gratiam, i. e. amicitiam, sicque prorsus alienaret

Promisit. Rediit horâ dictâ, recubuit.

male commissam gratiam corrumperet dictum videtur, vt *male cohaerens concordia* Vellej. L. II. C. 47. ad quem locum consulendi Bipontini. V. Ep. 351. Graev. ad Nic. Heins. in Burm. Syll. Epp. T. IV. p. 422. coll. Ep. 355. ad Graev. in Syll. Epp. T. IV. p. 429. Gudio et Heinsio, quibus praeter Bentlejum et Burmannum, obsequuntur alii, placet *dimissus*, ad quod *male* referendum, sensu, quo dixi. Aliam Burmanni conjecturam, quam ipse dicit temere tentatam, et cui Heinsii et Gudii emendationem praefert, nec non violentiorem Harii medicinam praetermitto, sed consulant, quorum interest, Notas Burmanni. Agmen claudat obseruatio Desbillonii: „Sensus, *inquit*, est: ne oblatam sibi gratiam, siue amicitiam male dimittendo corrumperet. Plana, opinor, ibi sunt omnia; mirorque hunc locum a Burmanno, Bentlejo, Gudio, Gronouio fuisse tam laboriose vexatum: qui mihi quidem nodum in scirpo quaesiisse videntur. Quis neget, *gratiam* hic idem esse ac amicitiam? Bene autem latine amicitiam dici posse *dimissam*, forte non crediderint: at Cicero de Am. 21. *amicitias nonnumquam dimittendas* commemorat. Lectio ergo, quam reuocauimus, non erat, innitis MSS. Codicibus, veteribusque multis editionibus, repudianda." Mihi quidem, vt ingenue fatear, lectio *dimissus* non magno placet opere, maxime cum

hominem, a quo jamjam male fuerat tractatus. *Gratiam corrumpere* explicant, amicitiam rumpere, fere, vt Ovidius dixit in Ibin 40. *gratia rupta.* Vid. Burmann. Equidem verterem: *Damit er, wenn er nicht in guten von ihm käme, die Gunst des Mannes nicht ganz verscherzen möchte.* Sattler. *um es mit ihm nicht gänzlich zu verderben.* Burmannus conjicit, voluisse Phaedrum iterum notare auaritiam Simonidis, qui licet fraudatus esset mercede, nolebat tamen hominis tam nobilis et potentis gratiam perdere, ne inde in ludibrium veniret aliorum, qui hoc exemplo inducti, postea similem illi fraudem facerent, quoties Deorum laudes immisceret laudibus victorum in ludis sacris. Quare voluisse interesse conuiuio et dissimulare injuriam, ne si male dimissus et ideo iratus abstinuisset, reliqui scirent, ipsi mercedis pactae fuisse abnegatas duas partes, et forte idem deinde facturi essent.

Vs. 19. *Promisit.* Vid. ad vs. 15. *hora dicta,* Constituta,

Splendebat hilare poculis conuiuium;
Magno apparatu laeta resonabat domus:
Duo cum repente juuenes, sparsi puluere,

paullo ante praecesserit *irate dimissus*; adeo quidem, vt de vulgata *dimissom* vlterius cogitandum, et Desbillonii placita Ponderanda putem. Cf. Ephem. Götting. ann. 1781. Partic. 53.

Vs. 19. *Rediit.* MS. Per. *redit.*

Vs. 21. *Laeta.* Rigaltius edidit *laete.* Guyetus *late*, quod intempestiuum esse putat Burmannus; Heinsius *lauta* conjiciebat, vt ita et apud Silium X. 376. *lautas mensas* pro *laetis* reponebat; sed v. Drakenb. Notas. Vulgatam *laeta* recte tuetur Burmann. Vid. infra Notas. *Laeta* etiam habent veteres Editiones. Hic versus deerat in Cod. Per.

Vs. 22. *Duo cum repente.* In vulgatis, et Nevel. Rigalt. 2. Fab. Leonh. Richter. est, *repente cum duo juuenes s. p.* quem versum Hoogstratanus nullo modo dimetiri potest, nisi *duo*

---

vt L. IV. XI. 19. *Recubuit.* Ita non raro, pro, *accubuit.* Vid. Hor. III. Od. III. 11. I. Ep. V. 1. Plin. L. IX. Ep. 23. n. 4. Non panca exempla collegit ex Martial. Anton. *de Rooy*, V. D. cujus vide Animadv. crit. p. 96. Graeci ἀνακεῖσθαι.

Vs. 20. *Splendebat.* Proprie *splendere* de conuiuiis et eorum lauto apparatu poni, docuit Cerda ad Virg. I. Aen. 637. (641.) *Burmann. hilare poculis.* Id est, quod hilarabant pocula. Virg. Ecl. V. 69. *Et multo inprimis hilarans conuiuia Baccho.* Desbillon.

Vs. 21. *Magno apparatu.* Instrumentorum musicorum inprimis copiam intelligo, quibus celebrabatur conuiuium hocce apparatissimum; etsi simul indicare possit poëta atrepitum tali in re solitum. Cf. Plin. L. I. Ep. 15. n. 2. *Laeta domus* dicitur ex sollemni formula. Vid. loca Ovidii, a Burmanno adducta IV. Fast. 543. *Tota domus laeta est* cet. III. ex Pont. I. 135. sq. XVI. Ep. 91. Apte vero *laeta*; celebratur enim victoria domini hocce conuiuio. *Resonabat.* Virg. Aen. IV. 668. *Scheffer.* Cl. Sattler. *Setzte sich zur Tafel, wo bey dem Glanze der Pokale alles fröhlich war, Und von dem Lerm des Gastgebots das frohe Haus laut wiederhallt.*

Vs. 22. *Sparsi puluere.* Tamquam ex longo itinere venientes. Cf. quae de duobus juuenibus commemorat Flor. II. 12. *Leonhardi.*

Sudore multo diffluentes, corpore
Humanam supra formam, cuidam seruulo

vox sit monosyllaba, quo nil durius. Hinc varie emendatum. Heinsius et Gudius, quos sequitur Walch. *repente cum juuenes duo;* Bentlejus et Burmannus *repente duo cum juuenes.* Secuti Lallemant. Brot. Desbillon. Bipontini. Sed MS. Per. habet *duo cum repente j.* quod olim recepi post Heusingerum; sic enim verborum ordo videbatur esse concinnior; sicque edidit cl. Jördens.

Vs. 23. *Sudore multo diffluentes, corpore* cet. Vulgo *sudore multo diffluentes corpora*, vt *corpora* sit Graecismus, apud Latinos poëtas frequens, atque etiam apud historicos obuius, quemadmodum L. IV. F. XIV. 12. Ita ediderunt Brot. et Desbillonins. Nonnullae etiam editiones, vt Rittershus. Nevel. Vrsin. habent *defluentes*, etsi jam olim Rittershusius conjiceret *diffluentes*. Sed probant viri docti lectionem et distinctionem Scheferi, *sudore multo diffluentes, corpore s. h. f.* quam tamen non

---

Vs. 23. 24. *Corpore humanam supra formam.* Forma hic staturam totius corporis notat. Vid. Salmas. Exerc. Plin. p. 42. b. c. Nam ita solent fingere, majores, et etiam pulchriores apparere deos, et imagines etiam defunctorum, vt Ovid. II. Fast. 503. *Pulcher et humano major, trabeaque decorus Romulus*, sed haec notissima: vnde patet tamen, quam male *formam* de solo vultu sumserit Gallicus interpres, *paroissant à leur visage plus que des hommes*, debuisset *à leur stature*, vel, *taille.* Ne vero offendat quem *corpore*, de duobus dictum, pro *corporibus*, poëtis hanc numerorum enallagen esse familiarissimam, sciat. Sic Ovid. III. Trist. III. 69. *atque vtinam pereant animae cum corpore nostrae*, pro, *cum corporibus.* Id. IV. Met. 412. et passim. Et ita etiam de vno homine *corpora* saepe dicunt. Ovid. I. Met. 527. de Daphne, *nudabant corpora venti.* Et saepins alibi. *Burmann.* A Suet. Ner. I. hi duo vocantur *juuenes gemini augustiore forma.* Hisce adde Justin. L. XX. c. 3. *Seruulo.* Phaedrum credo de seruo, conuiuis epulantibus ministrante, diminutiuum *seruulus* vsurpasse, quoniam ejusmodi serui tam pocillatores, quam alii hujus generis, pueri erant. J. E. J. *Walch* in Pocillator. Phryg. quae Disrert. exstat in Act. Soc. Lat. Jen. Vol. II. p. 159.

Mandant, vt ad se prouocet Simonidem;
Illius interesse, ne faciat moram.
Homo perturbatus excitat Simonidem.
Vnum promôrat vix pedem triclinio,

admittit Walchius, quia *corpus abluere* etiam dixerit Curtius pro *se*. Hinc *diffluentes corpora sudore*, recte dici contendit. Non negat hoc Burmannus, sed et *diffluere sudore* simpliciter sine τῷ *corpora*, vel *corpore* dici non inconcinne posse probat ex Apul. L. I. Met. *sudore frigido miser perfluo*, et L. II. *frigido sudore diffluens*, vt Heinsius pro *defluens* malebat. Ita etiam Plin. L. XXI. 13. *Nam et sudore diffluunt*, teste Scheff.

Vs. 26. 27. Hi versus in MS. Per. desiderabantur.

Vs. 28. *promorat.* MS. Pith. *mouerat.* Vide Gud.

Vs. 25. *Prouocet.* Extra domum, foras vocet. Ter. Eun. III. I. 52. sq. *Pamphilam cantatum prouocemus*, vbi Donatus: *eleganter, quia ille foris est, haec intus: illum intromittamus, hanc prouocemus, haec est in verbis poëtae germana proprietas.* Sic *prouisere*, videre, quid foris geratur, et similia Terentio et aliis vsitata. *Burm.* Alia exempla vid. in Not. Schefferi et Desbillon. Cf. quoque L. I. F. XI. 11.

Vs. 26. *Illius interesse.* Hoc est, rem ipsi grauem nuntiandam. *Tzschucke.*

Vs. 27. *Perturbatus* conspectu tam augustae formae. *Scheff.* *excitat.* Male Schefferus, (Rittershus. Hoogstrat. alii interpretantur) *extra vocat*: hoc enim est *prouocare*; sed *excitare* est jubere surgere e toro, in quo recubabat, vt in ipsis a Scheffero adductis exemplis. Vid. Petron. C. 96. et ibi Notas. Apud Quinctilianum vero in hac narratione est *excitus*, quod idem esse, vidimus ad L. II. F. VIII. 1. *Burm.* Liv. VIII. 10. *Triarios suos excitauerunt;* nam illi ante sub vexillis considebant, vt ait ibid. C. 8. *Gronov.* Suet. Aug. 14. *cum spectaculo ludorum, gregarium militem, in XIV. ordinibus sedentem, excitari per apparitorem jussisset.* Rigalt.

Vs. 28. *Promorat.* De quantitate hujus verbi v. Wasius in Senar. p. 191. *triclinio.* Capiendum pro loco, in quo recumbebant. Quinctil. l. c. *vix eo limen egresso triclinium illud supra conuiuas corruit.* Cicero appellat *conclaue, in quo epularetur. Scopas.* Vid. quae ad h. l. notat Desbillonius in Addend. p. LX.

Ruina camarae subito oppressit ceteros;
Nec vlli juuenes sunt reperti ad januam.
Vt est vulgatus ordo narratae rei,
Omnes scierunt, Numinum praesentiam
Vati dedisse vitam mercedis loco.

Vs. 29. *Ruina camarae.* MS. Per. *ruina domus.* Quae lectio iterum probat, textum Phaedri non raro a Perotto fuisse interpolatum.

Vs. 31. *narratae.* Lallemant. et Brotier. *patratae* ediderunt, sine auctoritate.

Vs. 32. *scierunt.* Ita MS. Pith. Rem. et Edit. Vet. Sed MS. Per. habet, *omnes dixerunt*, quod amplectuntur Sansdon. Philipp. Lallemant. Cf. Exc. XXIII. ad h. v.

Vs. 29. *Camarae.* Fornicis, tecti concamarati. *Gronov.* Glossae veteres: *Fornix, camara. Rigalt.* *Camaram* semper esse scribendum, docuimus ad Petron. XXX. (p. 112.) et ita *concamaratio* in lapide apud Reines. I. 105. vt *concamaratus* apud Suet. Aug. 90. Gallus *le plancher* reddidit, cum debuisset *la voûte.* Camara, quae firmior tabulatis esse solet, ruens magis inopinatum casum exprimit. *Burmann.* Sic scribi constanter in MSS. et lapidibus, etiam Gudius testatur.

Vs. 31. 32. *Ordo narratae rei.* Series. Notat maxima minimaque distincte exposita. Tac. IV. Ann. 69. *ordinem fraudis suumque ipsi dedecus narrauere.* Suet. Claud. 37. *nec dubitauit Claudius, ordinem rei gestae perferre ad Senatum.* Scheff. *scierunt.* Persuasum habuerunt. V. Exc. XXIII. ad h. v. coll. Not. Heins. *Numinum praesentiam.* Apparitionem Castor. et Pollucis.

Eamdem historiam narrant Cicero, Quinctilianus, Val. Max. locis supra citatis. Sed Phaedrus eam non parum locupletauit, et vt poëta exornauit; illud tamen omisit, quod Cicero tradit, Simonidem hac occasione artem inuenisse memoriae, et ex eo quod meminisset, quo eorum quisque loco cubuisset, demonstratorem vniuscujusque sepeliendi fuisse; cum alii neque Scopam, neque ceteros conuiuas, triclinii ruina oppressos atque obtritos, vllo modo internoscere potuissent.

Idem argumentum tractauit Fontanius L. I. F. 14.

EPILOGUS.

Adhuc supersunt multa, quae possim loqui,
Et copiosa abundat rerum varietas;
Sed temperatae suaues sunt argutiae,

Vs. 1. *Possim.* Schefferus mallet *possem.* Male; praesens enim *supersunt* requirit conjunctiuum praesentis *possim*, vt Epil. III. 1. *loqui.* Heinsio et Bentlejo placet *eloqui;* nescit Burmannus quare, nam et hoc e communi sententia de fabellis scripto prodendis debet intelligi. Varia hic disputat vir doctus, quae nolumus repetere.

Vs. 3. *Suaues sunt.* Bentlejus hic iterum obtrudit *suaue sunt.* Cujus Graecismi an studiosus fuerit Phaedrus, nescio. Certe nullum exstat vestigium, nisi hic et L. III. VII. 1. sed vtrumque a Bentleji manu impressum; vellem vero exemplum

Vs. 1. *Loqui.* Capiendum pro, dicere, et hinc scribere. Poëtae enim, licet scribant, *loqui* et *dicere* passim dicuntur. Hor. III. Od. 25. 18. et IV. Od. 15. 1. Vid. Barth. Adv. IX. 7. quem Burmannus citat. Isto autem sensu verbum *loqui* capiendum esse, vel docere potest vs. 5. *chartis* nomen victurum *meis*, et Epil. III. 1. *supersunt mihi*, *quae scribam.* Non enim assentiendum est Burm. cujus placita conjeci in Exc. XXIV. ad h. v. vbi v.

Vs. 2. Multae et variae res in promptu sunt, quae argumentum fabularum praebere possint. Idem, quod hic Particuloni, dixit Epil. III. 6. 7. ad Eutychum. *Abundat*; augat copiam. *Tzschuck.*

Vs. 3. 4. Sensus: suaue et jucundum est, si in scribendis argutis libellis modus adhibeatur, contra molestum et taediosum, si excedatur modus. *Argutiae.* Libellos suos *argutos* vocat Ovid. V. Trist. IX. 23. et Martial. I. Ep. 2. Bipont. teste Burmanno. *Offendunt.* Displicent, taedio sunt. Cf. L. III. F. X. 60. Liv. IV. 42. cum *consulare nomen offenderet.* Plura dabit Scheffer. Cl. Sattler. *der Witz wird angenehm durch Mäßigung, Im Uebermaße wird er ekelhaft. Vir sanctissime.* Integerrime, Sic L. III. X. 30. *sancta vxor* de integra vitae et innocente. *Hoogstrat.* Vell. II. 46. n. 2. *Crassus, vir cetera sanctissimus.* Santoroc.

Immodicae offendunt. Quare, vir sanctissime,
Particulo, chartis nomen victurum meis,
Latinis dum manebit pretium litteris,

simul vir doctus protulisset, vbi plurali additur. Illud neutrum singulare *triste lupus* vulgo adduci solet; sed an *triste lupi stabulis* etiam dicere liceat dubitabo, donec auctoritates videam. Certe Voss. de Constr. C. V. quae producit, omnia singulare habent, substantiuum, vt nec apud Vrsin. Sect. VIII. C. 2. p. 24. exemplum exstat pluralis substantiui nominis. Doceri hoc equidem cupio. *Burmann.*

Vs. 4. *immodicae.* MSS. Pith. Rem. et Edit. Vet. vt Nevel. Vrsin. *immodica;* at Rittershus. emendauit *immodicas.* Cf. Gud. et Brotier.

Vs. 5. *chartis.* MS. Pith. *artis*, fide Gudii.

Vs. 5. *Particulo, nomen* (per appositionem), quod *chartis*, fabellis *meis* victurum est. Ita Ovid. Amor. III. I. 65. *das nostro victurum nomen amori*, coll. Virg. Aen. IX. 446. sq. Sunt, qui integrum Particulonis nomen statuant fuisse *Philetus Vrsus Particulo.* Vid. Nov. Acerr. Phil. P. II. p. 174. *Lange* et *Meinecke* VV. Cl. Cl. ad h. l. et Schulze ad L. V. X. 10. At vero Particulo, cui Phaedrus quartum dedicauit librum, et Philetus, cui quintum, probe distinguendi. Vid. Vita Phaedri sub fin. et ad Prol. IV. 24. Ex hoc loco intelligitur, plenum bonae spei fuisse Phaedrum, ad posteritatem peruentura esse scripta sua, coll. Prol. III. 32. et Prol. IV. 29. Id quod ei vitio verti nequit, vt nonnullis visum est. Hunc enim morem fuisse priscis scriptoribus, vel probare potest locus Lucani L. IX. 982—986. quem affert Gudius, vbi poëta sibi et Caesari, ad Trojam Hectoris tumulum lustranti, satis arroganter idem spondet, et vt ait Gudius, iuuenili quadam jactantia, par Homero sibi visus, parem aeternitatis famam sperat. Paullo modestior Statius Theb. XII. 810. sq. canens: *Durabisne procul, dominoque legere superstes, O mihi bissenos multum vigilata per annos, Thebai.* Hisce adde obseruata in Exc. XVIII. ad Epil. II. 15. et Vit. Phaedri in fine.

Vs. 6. *Latinis dum manebit pretium litteris.* Cic. de Legg. I. 1. *Dum Latinae loquentur litterae, quercus huic loco non deerit, quae Mariana dicatur*, quem locum Praschio debeo. Cic. pro Rosc. Am. 32. *Dum hominum genus erit, qui accu-*

Si non ingenium, certe breuitatem approba,
Quae commendari tanto debet justius,
Quanto Poëtae sunt molesti validius.

Vs. 7. *Approba.* In MS. Pith. Rem. *approbat.* Pithoeus recte emendauit *approba.* Mallet cl. *Sanadon*, *proba.* *Brotier.* Non moueo litem huic lectioni, sed nil impedit, quo minus et hic *approbo* legamus, sc. tibi, vt supra L. IV. XXIV. 11. hoc verbum explicuimus. *Burmann.* In vulgato *approba* forte nil mutandum.

---

set eos non deerit. De particula *dum* hoc sensu videndus Tursell. p. m. 285.

Vs. 7. *Certe.* Saltem. *Approba*, lauda. *Breuitatem.* Ex ipso orationis contextu, nec non vs. 1. 2. huj. Epil. luculenter patet, hic non de concisa styli in singulis fabulis breuitate esse sermonem, sed de exiguo fabularum numero, quas e larga materiae copia profert. Quod acute obseruatum cel. *Jacobs*, in Obseruatt. ad Phaedr. coll. *Nachtrag zu Sulzer.* P. VI. p. 73. Not. * Vid. etiam quae notantur ad L. III. X. 59. sq. et Ep. III. 8.

Vs. 8. *Tanto justius.* Tanto majori jure. Vid. Epil. III. 23.

Vs. 9. Sensus: Quanto majorem poëtae, dum carmina obtrudunt, creare molestiam solent. *Desbillon.* *molesti.* Scilicet recitationibus suis, quibus frequentissime fere enecabant homines. Nam, vt Horatius (A. P. 472.) ait, *indoctum doctumque fugat recitator acerbus.* Tales Martialis describit tum alios poëtastros, tum Ligurinum L. III. (44. 45. 50.), quem hoc nomine perstringit. Talem Petronius introducit in Satyrico, Eumolpum, qui in triuiis, in balineis, in conuiuiis sua hominibus quibuslibet carmina recitarit. *Rittershus.* Laudant quoque Interpp Juvenal. Sat. I. 1. 2. III. 6 — 9. Hor. L. I. Sat. III. 1 — 3. *validius.* Vid. ad L. I. F. XIX. 8. Gerike: *Je lästiger die Dichterlinge sind.*

In MSS. Pith. Rem. et Edit. Vet. hic Epilogus reperitur inter Fabulas V. et VI. Libri V. quae inscribuntur: *Scurra et Rusticus*; *Duo Calui.* At ex Prologo Libri IV. ad Particulonem patet, hunc esse ejusdem libri Epilogum, quem *Sanadon* et *Philippe* (etiam Lallemant et R. *Prevost*) in finem Libri V. immerito conjecerunt. *Brotier.* Cui recte obsecuti sunt Bipont. Jakob, Lange, Meineke, Editor Edit. stereotypae, VV. Cll.

PHAEDRI

AUGUSTI LIBERTI

FABULARUM AESOPIARUM

LIBER QUINTUS.

P H A E D R I

FABULARUM AESOPIARUM

LIBER QUINTUS.



Princeps tibicen — —
— — sinistram fregit tibiam,
Duas cum dextras maluisset perdere.

Phaedr. V. VII. 4. 8. 9.

P H A E D R I

AUGUSTI LIBERTI

FABULARUM AESOPIARUM

LIBER QUINTUS.

PROLOGUS. *)

Aesopi nomen sicubi interposuero,
Cui reddidi jam pridem, quidquid debui,
Auctoritatis esse scito gratiâ:

*) Fide Brotierii in MSS. Pith. et Rem. Liber quintus non est distinctus a quarto; sed Pithoeus hunc Prologum praefixit L. V. quem Phaedrus dedicauisse videtur Phileto, cujus mentio facta in fabula hujus libri vltima. Pithoeo recte obsecuti Brotierius, Bipontini, Lange. At vero in plurimis Editionibus Prologus hujus libri duplex est; sed alterum pertinere ad Librum IV. docui ad Prol. IV. init. et ad vs. 14. dicti prologi.

Vs. 1—3. Sicubi in fabulis huj. libri Aesopi, tamquam auctoris et inuentoris hujus vel illius fabulae, mentionem fecero; scito, id non alia de caussa fieri, quam vt iis major concilietur auctoritas, vtque magis placeant. Magna enim Aesopi in scribendis fabulis erat auctoritas. Huic autem jam pridem, passim videlicet in Libris quatuor superioribus, reddidi quidquid debui, i. e. fabulas, ab eo inuentas, non mihi vindicaui, sed praedicaui eum tamquam auctorem, cum multas earum Latine verterem, seu versibus polirem senariis. (Vid. L. I. II. 9. VI. 2. L III. III. 14. XIV. 2. et alibi.) Praestiti igitur, quod initio operis promisi: *Aesopus auctor quam materiam reperit, Hanc ego poliui versibus senariis.* Quae in vniuersum dicta nunc restringit aliquantulum Phaedrus, nec Aesopi fabulas esse dicit, vbi nomen ejus interponitur, sed esse hoc factum auctoritatis gratia. Sed putat Burmannus simul, ita loqui Phaedrum, vt melius lateret ipsius proposi-

Vt quidam artifices nostro faciunt saeculo,
Qui pretium operibus majus inueniunt, nouo 5

Vs. 5. *Nouo.* Ita legendum e MSS. Rem. et Edit. Vet. At Desbillonius, post Bentlejum, edidit *nouis.* „Hic reposui, *inquit*, *nouis*, quae vox satis belle opponitur voci *vetustis*, quam vs. 8. exhibet. Cum autem aequatur *marmori suo*, quid necesse fuit, vt adjiceretur, *nouo?*" Guyet. Philipp. Lallemant. praeferant *suis.*

---

tum, qui sub antiquis illis, vt videbatur, fabulis res, sua memoria gestas, voluerit adumbrare. Mirum tamen videri possit, praeter hunc prologum, nullam in hoc libro V. exstare fabulam, in qua nomen Aesopi occurrat: ex quo fortasse non inepte colligi potest, nonnullas fabulas periisse. Vtcunque res sit, probabile est, fabulas h. l. quotquot exstant, esse a Phaedro inuentas. Omitto, nullam libri V. fabulam occurrere apud Aesopum; probe enim scio, multas Aesopi fabulas adhuc latere in tenebris. Sed verba, *Aesopo reddidi jam pridem, quidquid debui*, luculenter indicare mihi videntur, fabulas, hoc libro narratas, esse a manu Phaedri, cum diserte dicat poëta, nomen Aesopi non vt inuentoris fabularum a se esse interpositum, sed mere *auctoritatis gratia, pour leur donner plus de credit*, vt recte Lallemant. *interposuero. Interponere* est inserere, immiscere, quo sensu hoc verbo vtitur Prol. II. 9. L. IV. F. XXIV. 9. Totum locum *Jacobs.* V. C. refert ad ἀστεῖα et historias, passim in Phaedri fabulis obuias, etsi non neget, haec quoque intelligi posse de fabulis, a Phaedro inuentis. Equidem mallem posterius. Sed ἀστεῖα et historias puto respexisse nostrum Prol. II. 8. 9. vbi vide. Cf. *Jacobs.* Lat. Fabulist. in Nachtrag zu Sulzer. P. VI. p. 64.

Vs. 4. sqq. Clarum est, Phaedrum imitari velle illos artifices, qui vt statuas et signa noua, quae ipsi faciunt ad exempla antiquorum, persuadeant emtoribus, esse archetypa et antiqui operis, (sicque carius vendant) adscribunt nomen veteris et celebris artificis alicujus. *Burmann.*

Vs. 4. *nostro saeculo.* Pro indefinito annorum numero, nostra aetate. Vid. Ovid. Art. II. 277. et Santoroc. ad h. l.

Vs. 5. *Operibus.* Statuis, picturis, operibus caelatis. *Pretium majus inueniunt.* Carius vendunt. Citat Gronovius locum Lampridii in Alexand.

Si marmori adscripserunt Praxitelen suo,
* Trito Myronem argento. Fabulae exaudiant

Vs. 6. *suo.* Lallemant. *nouo.*

Vs. 7. 8. De hoc loco v. Excurs. XXV. *Trito.* In libris scriptis est *detrito. Fabulae exaudiant Adeo fugatae.* Punctum

Sev. (cap. 51.) *qui vniones cum pretium non inuenirent* cet. Male nonnulli haec ita interpretantur: inueniunt, majus pretium operibus sc. esse.

Vs. 6. *Nouo si marmori suo.* Statuis, signis, e marmore factis. *Adscripserunt Praxitelem,* i. e. nomen Praxitelis. *Schw. Praxitelem — Myronem.* Praxitelis marmorea, et Myronis siue aerea, siue argentea signa (mox *argentum Myronis*) quanto fuere in pretio, vel vnicus Ciceronis locus Verr. IV. 2. ostendit. Notum autem est, artifices Graecos operibus suis nomina sua adscribere solitos. (Multa veterum artificum nomina in monimentis antiquis, quas hodie adhuc exstant, hic commemorat Gudius.) Vid. Martial. L. IX. Ep. 45. De Praxitelis Venere et Myronis bucula aerea vid. Ep. Auson. LVI. sqq. (inprimis Plin. XXXIV. 8. et XXXVI. 5. adde Notas Freinshemii, Cic. Verr. IV. 43. vbi laudat Myronis signum Apollinis pulcherrimum, et Juuenal. Sat. VIII. 102.) *Gudius.* Vide de his titulis, qui operibus inscribebantur, praeter illos, quos Gudius hic profert, alios et simul Gudianos castigatos apud Gronov. Praef. T. IX. Thes. A. G. (vbi vide p. 7.) Ad has fraudes respicit Statius L. IV. Silv. VI. 24. quae Gevartius L. IV. Papin. Lect. C. IX. illustranit. Apud Martialem multis locis diuites illi et beati Trimalchiones inducuntur, se Mentoris, Myos, Myronis et aliorum manu caelata pocula habere, jactantes, et non falsa, sed vera, quae Archetypa vocantur, possidere. Vid. IV. 39. VIII. 34. 51. XIV. 93. et alibi, at Petron. C. 52. *Burmann.* Myron Praxitele annis fere LXXX. vetustior perhibetur. Illum quidem Plin. L. XXXIV. 8. inter statuarios recenset; sed et scalpturam exercuit, etiamque laborauit in argento, vt Statius docet Silv. L. I. III. 50. *Desbillon.* De tempore, quo vixit Praxiteles, et de ejus operibus consulendus Plin. H. N. L. XXXIII. C. 9. et 12. coll. L. XXXIV. C. 8. et XXXVI. C. 5. De Myrone ejusque Operibus Plin. L. XXXIV. 8. et XXXVI. cap. 5.

Vs. 7. *Trito argento,* i. e. caelato. De verbo *terere,* quod

Adeo fugatae. Plus vetustis nam fauet
Inuidia mordax, quam bonis praesentibus.
Sed jam ad fabellam talis exempli feror.

est in MS. Pith. ante *adeo fugatae*, sed Pithoeus haec verba ad superiora retulit, indignante Brotierio. *vetustis*. Sic est in libris scriptis; at emendauit Bentlejus *vetustati*. Secuti Brotier. Bipontini. *Nam*. Hanc particulam, quae abest in Codd. MSS, addidit Pithoeus post *vetustis*.

---

tam de sculptura (γλύφειν) quam de tornatura (τορνεύειν) vsurpari solet, docte disputat Salmas. in Exerc. Plin. p. 406.

Vs. 8. 9. Sensus: Inuidis hominibus magis placent vetusta, i. e. fabulae, ex antiquitate petitae, seu ab antiquis fictae, quam bona praesentia, i. e. fabulae, hocce tempore scriptae, ceteroquin eleganter compositae. *fauet*. Cf. Epil. II. 8. Schefferus et Hoogstrat. *plus fauet* explicant *minus nocet*. *Inuidia*, pro inuidis, vt L. III. IX. 4. *mordax*. Notanda elegantia epitheti. Cf. L. IV. VII. 1. et ad L. IV. XX. 1. Illustrando autem huic loco praeclare inseruiunt versus Martialis L. V. Ep. 10. quos laudat Gudius: *Hi sunt inuidiae nimirum, Regule, mores, Praeferat antiquos semper vt illa nouis*. Quibus adde Tac. Ann. L. II. 88. *Vetera extollimus, recentium incuriosi*; Vell. Pat. L. II. C. 92. *praesentia inuidia, praeterita*, i. e. vetusta, veneratione prosequimur; Plin. L. VI. Ep. 21. *Sum ex iis, qui mirer antiquos: non tamen, vt quidam, temporum nostrorum ingenia despicio*. Sattler. *günstiger ist der bitt're Neid der alten als der neuen Kunst.*

Vs. 10. Nexus orationis docet, sensum hujus versus esse: Sed venio nunc ad fabulam, continentem exemplum, quod probare possit, interdum antiqua anteferri nouis, s. inuidiam mordacem plus vetustis fauere, quam bonis praesentibus. Non tamen his conuenire videtur fabula sequens de Menandro; sed deest finis fabulae, vt nihil certi statui possit. Obseruat etiam Burmannus ad h. l. „Annon finis fabulae docuerit, quosdam hanc fraudem fecisse, dubitare licet, et versus suos edidisse pro Menandri, aut alterius prioris aeui poëtae.“ Contra Desbillonius verba Phaedri intelligit de fabella tali simpliciter, qualis seqnitur, sine vllo respectu ad ea quae praemissa sunt. *Fabellam talis exempli*, L. IV. II. 6. et L. I. III. 3. ipsam fabulam *exemplum* vocat.

FABULA I.

DEMETRIUS ET MENANDER. *)

Demetrius, qui dictus est Phalereus,
Athenas occupauit imperio improbo.

*) Libri scripti et multae Editiones habent: *Demetrius Rex et Menander poëta*, errore manifesto, vt ait Desbillonius, cum Demetrius Archon fuerit Athenis, non rex. Cf. Not. et Excurs. XXVI.

Vs. 1. *Qui dictus est Phalereus.* Sic vulgo legitur. *Schw.* Burmannus penultimam vocis *Phalereüs* producendam putat, ideoque, non optimo exemplo, hunc versum transpositum dat, *Demetrius Phalereus qui dictus est.* In eodem errore fuerunt alii plures, quorum doctrinam nos quoque admiramur. Cur vero producatur penultima? cum Graece vox scribatur Φαληρεὺς, et Latine quoties quatuor syllabis effertur, necessario vltimae proximam breuem habeat. Quodsi secus esset, quartum casum non *Phalerea*, sed *Phalereum* daret, a Φαλήρειος, quo tamen Graeco nemo vsus est. Sed haec pluribus disputaui ad *Vechneri* Hellenolex. p. 41. quibus adde Quinctil. Burm. L. X. C. 1. p. 902. vbi in variis lectionibus iterum legitur *Phalerea illum*

Vs. 2. *Athenas occupauit imperio improbo.* Factus est tyrannus Athenis. *Imperium* enim *improbum* est dominatio tyrannica. Quae quia libertati aduersari videbatur, vides, quare dicat *improbum*. *Schw.* Mirum videri alicui posset, hunc Demetrium a Pausania in *Atticis* (C. 25.) dici *tyrannum Atheniensibus datum* a Cassandro, sed *tyrannide dejectum* a Demetrio Poliorcete, et a Phaedro (vs. 14. huj. fab.) similiter *Tyrannum* vocari, qui *imperio improbo occupauerit Athenas*: cum ceteri Strabo, (L. IX. p. 609. Edit. Amstel. 1707. f.) Diod. Sic. (L. XVIII. T. II. p. 313. Wessel.) Cicero (de Legg. III. 6. et II. 26. de Fin. V. 19.) aliique (Diog. Laërt. V. 75) ejus administrationem certatim laudent; immo vero Strabo l. c. diserte affirmet, *non modo eum Democratiam non sustulisse, sed et meliorem reddidisse.* Verum tamen, quia erat vrbi datus

Vt mos est vulgi, passim et certatim ruunt,

Demetrium. De quantitate hujus vocis ita a me quondam consultus rescripsit, elegantis ingenii et doctrinae vir, J. H. Kromayerus: „Certum est, *Phalereus* verbum penultimam porrectam nec habere, nec habere posse, cum in Graeco Φαληρεὺς sit, quod habemus apud Suidam, Lucianum ac Diogenem Laërtium: ex quo sequitur, vt jure mirer, ad Phaedri locum, quem recte ad testimonium citas, tantopere nuper Burmannum fluctuasse. *Heusinger.* Cum Graece dicatur plerumque Φαληρεὺς, raro autem Φαληραῖος, non video, cur *Phalereus* penultimam syllabam habere breuem non possit. Schefferum ergo et Hoogstratanum, qui hanc esse natura sua longam pronuntiant, non esse audiendos puto. Neque necesse est, verba transponi hoc modo: *Demetrius, Phalereus qui dictus est,* vt fecit Burmannus; aut reponi *Phalerius*, vt volebat Heinsius. (Vid. Burm. Syll. Epp. T. V. p. 89.) Jam vero si arbitrati sunt, vocem *Phalereus* terminari diphthongo, quam duas in vocales distrahere non liceat, falsos eos esse ostendet Philipp. *Labbe* in Indicibus eruditae pronuntiationis. Vid. Virg. Ecl. III. 46. Ovid. Her. Ep. VIII. 31. Virg. Cul. 116. *Desbillon.* Flexio *Phalerius* nondum mihi videtur certa; etsi Cockmannus testatur, apud Cic. L. I. Off. 1. in Codd. quos adhibuarit, esse *Phalerius.* Danetus edidit *Phaleraeus*, male in vltima sede spondeum ponens. v. Burm. coll. Exc. XXVI. in fin.

Vs. 3. *ruunt.* In libris scriptis, etiam MS. Perotti et nonnullis Editionibus, vt Neveleti, Meursii est *ruit*, vnde Bent-

---

ἐπιμελητὴς a Cassandro (Diodor. l. c.) et ita facto ipso praecipuam istic obtinebat potestatem atque auctoritatem, immo paene plus, quam ipse populus, videbatur posse, ideo, licet sua illa potestate minime abuteratur, *Tyrannus* tamen Atheniensium, aeque ac Lindiorum Cleobulus, et Cinitas hoc ejus *imperio improbo*, quia non a populo acceperat, et populus id inuitus ferebat, oppressa dicitur. *Perizonius* ad Aelian. V. H. L. III. C. 17. Hisce addenda sunt, quae scribit Diogenes Laërt. V. 76. sq. σφόδρα δὲ λαμπρὸς ὢν παρὰ τοῖς Ἀθηναίοις, ὅμως ἐπεσκοτίσθη καὶ αὐτὸς ὑπὸ τοῦ τὰ πάντα διεσθίοντος φθόνου. ἐπιβουλευθεὶς γὰρ ὑπό τινων δίκην θανάτου οὐ παρὼν ὦφλεν. Et mox: ἀλλὰ καὶ τὸ ἐπὶ τῆς ἀρχῆς αὐτοῦ ἐπέγραψαν ἀνομίας.

Feliciter! succlamant. Ipsi principes

lejus fecit: *Vt mos est, vulgus passim et certatim ruit, Feliciter succlamat.* Sic edidit etiam, post Meursium et Bentlejum Cuninghamus. Sed Codd. MSS. licet *ruit* habeant, exhibent tamen *succlamant*; quare Burmannus non videt, qui magis liceat reponere *succlamat*, quam *ruunt*. Is tamen, si quis lectionem Bentlejanam praeferre velit, legendum monet *succlamans*.

Vs. 4. *Succlamant.* Alii, vt Nevelet. Rigalt. Fab. Vrsin. Danet. jungunt, *succlamant ipsi principes.* Sed recte Rittersh. et Meursius post *succlamant* punctum ponunt, probantibus Scheffero, Gud. Hoogstrat. Heinsio, Burmanno. Nam hic egregie obseruat: „Gradatio est; *vulgus* ruit et clamoribus faustis testatur gaudium. *Principes* grauiter incedentes, et gementes tacite, tyranno gratulantur imperium. *Vltimi*, sequentes otium, repunt.

Quae docent, non defuisse Athenis, quibus Demetrius displiceret, et qui sollicitati a Demetrio Poliorcete (Diog. V. 77.) ejus imperium appellarent *improbum*. Cf. Exc. XXVI. ad h. l.

Vs. 3. *Passim ruunt*, sc. homines, ciues. Etsi enim recte dicitur *ruunt*, subintellecto *vulgus*, vt multis firmari potest exemplis; rectius tamen Hoogstratanus supplet *homines*, probante Burmanno. Vid. ad Ep. II. 3. *Passim et certatim ruunt* vero explicandum: hic ibi et quidem praecipiti cursu, temere, sine lege et ordine affluunt, ita vt quisque primus ad nouum regem, s. tyrannum accedere studeat. Notanda elegantia et vis verborum. Apte Burmannus landat Ovid. XV. Met. 729. *Huc omnes populi passim, matrumque patrumque obuia turba ruit.* τὸ *passim* suitem esse sine ordine et lege, et opponi τῷ *ordinatim* idem docuit Burmannus ad Quinctil. Decl. IV. 13. Hisce adde Lucret. V. 822. aliaque exempla in Gesneri Thes. L. L. *ruunt.* Frequenter et eleganter de iis, qui cupiditate et velut furore quodam feruntur impulsi. Exempla suppeditabit Gesnerus. Cf. Donatus ad Ter. Ad. III. II. 21. et IV. II. 11. quem citat Burmannus, vbi proprie de suibus vsurpari dicit, vt Virg. G. III. 255. et Ovid. Met. VIII. 343. *certatim.* Dum alius alium praeire conatur. Vid. L. I. II. 19. Virg. VII. 585. Plin. L. II. Ep. 9. *omnes ne certatim amant.*

Vs. 4. *Feliciter.* Vox faustis acclamationibus familiaris. Ita Sueton. Claud. 7. Domit. C. 13. Flor. L. III. C. 5. 20.

Illam osculantur, quâ sunt oppressi, manum,
Tacite gementes tristem fortunae vicem.
Quin etiam resides, et sequentes otium,

Vs. 5. Meursius h. v. postponit sexto.
Vs. 6. *Tacite.* MS. Perotti *taciti.*

---

quos citat *Brisson.* de Form. L. VIII. p. m. 719. Cui addi potest *Ferrarius* de Acclam. et Plausu L. II. C. 1. in Graev. Thes. A. R. T. VI. p. 57. Sattler. *Viel Glück und Heil! Principes.* Praecipui ciues, qui ad exemplum vulgi etiam ad tyrannum se conferunt. Eodem modo Nep. Cim. 3. *Principes Atheniensium* dixit.

Vs. 5. *Osculantur manum.* Osculabantur manus, inprimis potentiorum, in petitione, gratiarum actione, gratulatione et omni officii nota. Tac. Hist. I. 45. *ruere cuncti in castra — exosculari Othonis manum.* Ita Sueton. Tib. 72. Claudian. in Rufin. L. II. 443. quem Santoroc. citat. Plura dabunt de antiquissimo illo manum osculandi more Lips. Elect. L. II. C. 6. p. 683. et Rittershus. de Osculis.

Vs. 6. *Tacite gementes.* Non audent palam queri, metuentes Demetrium. *gementes tristem fortunae vicem.* Ob miserandam rerum suarum mutationem. Subintelligenda enim est praepositio. Ita Cicero Att. II. Ep. 19. *gemere virtutem*; Id. Red. Sen. C. 5. *gemere malum.* Cf. Scheff. et L. I. F. II. 5—8.

Vs. 7. 8. *Resides et sequentes otium.* Intelligi in vniuersum possunt qui remanent otiosi a labore, et vitam priuatam degunt, s. ii, qui neque negotiationibus, neque agricultura occupabantur, neque rempublicam tractabant. *Otium* enim *sequi* dicuntur, qui publicis muneribus se abstinent, aut vitam a negotiis vacuam eligunt. Ita Nep. Pel. 2. *Hi omnes fere Athenas se contulerant, non que sequerentur otium.* Ter. Adelph. I. 1. 17. sq. Vid. Burmann. Inprimis vero intelligere videtur litteris deditos, maxime poëtas, quia praeter ceteros memorat Menandrum poëtam. Non enim video, quare cum Scheffero soli Philosophi intelligi debeant, quos Phaedrus iis opponat, qui in republica munere aliquo perfunguntur; cum non solum philosophi, sed etiam poëtae et historici, aliique litterarum studiosi *otium sequi* et *otio frui* recte dicantur; id quod non opus est confirmare exemplis. Quod Phaedrus dixit *sequi otium,*

Ne defuisse noceat, repunt vltimi:
In quîs Menander, nobilis comoediis,

Vs. 8. *Repunt.* Vulgo legitur *repetunt*, vt Rigalt. Edit. 2. Nevelet. Vrsin. quod jungunt cum *feliciter* Vs. 4. Sic est in MSS. Pith. Rem. vnde Rittershusius fecit *reptant*, quem sequuntur Faber, Hoogstrat. Bentlej. Cuningham. Danet. Funcc. Maittar. Toll. Richter. Desbillonius, cum Editore Edit. stereotypae. Sed jam olim quidam legebant *repunt*, vt Tarinus teste Menag. ad Diog. Laërt. L. V. 79. (Sic jam olim conjecerat Rittershusius) Guyetus, Santoroc. Quod quis postea in Codice Perotti reperiebatur, merito placuit. Sunt etiam, qui legant *adreptant*, vel *adrepunt*, quod defendit Heinsius in Advers. p. 374. sed non videt Burmannus, quomodo saluo versu possit reponi, nisi transpositis verbis legatur, *Ne noceat defuisse, adrepunt vltimi.* De hac lectione v. Scheffer. et Heins. in Ep. VII. et VIII.

Vs. 9. *In quîs.* Ita scribendum pro *quibus*, vt L. III. XIII. 11. Male nonnulli in *queis*. Vid. Desbillon.

---

est apud Cic. de Off. I. 20. *ad otium perfugere*; et Off. III. 1. *otium persequi.*

Vs. 8. *Ne noceat* sc. sibi. *Defuisse.* Vel explicant abfui se, vt cl. Sattler. post Schefferum: *um durch wegbleiben nicht zu schaden sich*; vel, quod mallem, supplent *officio*, vt Rittershus. Sic enim verbum *deesse* absolute vsurpari solet. Cic. Cat. I. 1. *Nos, nos consules desumus.* Vtrumque sensu bono. *Repunt.* Lento gradu accedunt, lente procedunt. Lepide dictum; cf. vs. 13. Ter. Adelph. IV. VI. 3. *perreptaui vsque omne oppidum ad portam, ad locum*, vbi sermo est de incessu senis. Hor. Sat. I. V. 25. *millia tum pransi tria repsimus*, i. e. lenti processimus. *Schw.* Potest languidus ille ingressus notare luxuria et libidine solutum corpus, vt habitus etiam Menandri ostendebat. Vid. Gronov. ad Senec. de Vit. beat. C. XII. Non pugnabo tamen, si quis lentos illos, quia inuiti et grauantes tyrannidem accedebant ad Demetrium, magis adreptasse, quam venisse velit intelligere, et etiam quia otium sequebantur, tardo et segni incessu ipsam viuendi sectam ostendisse. *Burmann.* Praestat amplecti posterius.

Vs. 9. *In quis.* Inter quos, vel in quorum numero. *Menander.* Multus de eo est apud

Quas, ipsum ignorans, legerat Demetrius,
Et admiratus fuerat ingenium viri,
Vnguento delibutus, vestitu affluens,

Vs. 10. 11. Maittar. et Bentlej. hosce versus parenthesi includunt.

Vs. 12. *Affluens.* Ita legitur in MSS. Pith. Rem. et Editt. Vet. Sed Gronov. L. II. Obs. C. 7 et Vlitius ad Nemes. vs. 92. mallent *effluens*, proprium vestitus laxi verbum. Ita enim Tibull. I. Ej. VI. 40. Bip. *effluit effuso cui toga laxa sinu.* Heinsius, cujus Notas vide, conjiciebat *fluens*, vt sit, pro in fluenti veste, vt supra L. III. VIII. 3. *insignis facie pulchra.* Vid. Bronkhus. ad Prop. II. XXII. 26. quem Burmannus laudat in Animadvers. ad Lect. Perott. vbi Editor Propertii, praeter alia, citat Petronii, (Cap. 133.) *quem Lydus adorat vestifluus.* Habet etiam Sueton. Jul. C. 45. *cinctura fluxior*; Virg. vero A. I. 320. *sinus fluentes.* Lectio Heinsii confirmata est MS. Perotti, et recepta a Lallemant.

---

omnes rumor nonae comoediae poëta, strabis quidem oculis, sed acuto ingenio, et insanus mulierum amator. Scripsit Comoedias CVIII. (quarum non nisi fragmenta eaque perpauca ad nos peruenerunt, edita praeter alios a Joann. Clerico Amstel. 1709. 8.) et epistolas ad Ptolemaeum regem, et alias plurimas orationes prosae. Suidas. *Freinshemius.* Natus est Ol. CIX. 3. V. *Anacharsis Reisen.* T. VI. p. 256. Vers. germ. Plura de eo vid. apud Quinctil. J. O. L. I. 8. X. 1. Gell. XVII. 4. Ovid. I. Amor. XV. 17. Prop. L. III. XX. 28. maxime Fabric. B. G. Vol. I. p. 730. *Nobilis.* Clarus. Cf. L. I. XIV. 13.

Vs. 10. *Ipsum ignorans.* Dum ipsum ignorabat, i. e. de facie non nouerat. Sic Nep. Aristid. 1. *respondit, se ignorare Aristidem, sed sibi non placere* cet. De verbo *ignorare* v. Bronkhus. ad Prop. L. II. II. 56. et ad V. II. 11. Nostri, *ohne ihn von Person zu kennen.*

Vs. 11. *Viri.* Cum dignitate ponitur. *Scheffer.* Cf. L. IV. XXI. 21.

Vs. 12. *Vnguento delibutus.* Veteres non solum sanitatis, sed etiam deliciarum et luxuriae caussa, praecipue in conuiuiis, vnguentis vtebantur. *Leonhard.* Hunc locum illustrat Rigaltius ad Artemidori Oneirocrit. p. 35. (vbi docet, viros vnguenta olere, turpe

Veniebat gressu delicato et languido.
Hunc vbi Tyrannus vidit extremo agmine:

---

putatum fuisse, laudans praeter alia Suet. Vespas. 8.) *Prasch.* Hinc *mundum* (i. e. elegantem, cultum, totum a pyxide et speculo) dici a Propert. L. IV. V. 43. notat Broukhus.; quamuis ego ad elegantiam sermonis referre illud epitheton malim, vt *munda verba* Ovid. III. Art. Am. 479. et passim. *Burm. Vestitu affluens.* Pro affluenti, i. e. laxo, quippe mollioris. *Tzschuck. Vestitu affluens* est, qui vestitu fluxiore (laxis, non adstrictis tunicis) incedit. Et sic solebant delicatiores mollioresque: vestem prolixam longeque demissam post se trahebant. Vide, quae habet Salmasius ad Tertulliani Pall. p. 339. *Scheffer.* Salmas. et Vlit. ad Nemes. Cyn. 92. de Menandri luxu accipiendum putant locum Tertulliani cit. *Prorsus si quis Menandrico fluxu* (alii legunt, forsan rectius, *Maeandrico flexu*) *delicatam vestem humi protrahat, audiat pone se, quod et Comicus: qualem demens iste chlamydem disperdit!* At compara Not. Tollii P. III. Phaedri p. 180. coll. Heyne ad Virg. V. 251. *Schw.* Talem vestitum laxum ridet Horatius In Maena Epod. IV. coll. L. I. Ep. XVIII. 30. Vid. etiam Hor. A. P. 214. Plato vero in Alcib. I. cum vitam luxuriosam describit, ei quoque attribuit ἱματίων ἕλξεις. Haec e Notis Fabri excerpsi. Hisce adde Graev. ad Cic. Off. I. 36. *Meineke* V. Cl. *mit fliegendem Gewande nicht gegürtet.*

Vs. 13. *Gressu delicato et languido.* Molli, effeminato, affectato, numerato et lento, non vt solent incedere industrii et strenui. Talem incessum describit Petron. C. CXXVI. *quo incessus tute compositus, et ne vestigia quidem extra mensuram aberrantia.* Catull. XLII. 8. Bip. *inimice incedere.* Eodem modo Seneca de Provid. 5. *malos integris corporibus solutos ac delicatos incedere.* Ita *molliter incedit* Ovid. II. Amor. IV. 23. quae loca debentur Burmanno, qui plura dabit. Adde Graev. ad Cic. I. Off. 36. Sattler. *mit weichem abgemessnen Schritt.* In hoc versu et praecedenti graphice expressa sunt omnia.

Vs. 14. 15. *Tyrannus.* Vid. Not. ad vs. 2. *Cinaedus.* Id est effeminatus. Neque forte suspicio tam probrosa a Menandro multum abludit, si vera narrantur in Ej. epistola, quae inter epistolas Alciphronis tertia est Libri II. ipsum nempe, a Ptolemaeo rege inui-

Quisnam cinaedus ille in conspectu meo

Vs. 15. *Quisnam.* Sic est in MS. Pith. et Rem. fide Gudii atque Desbillonii, quam lectionem Bentlejus, Desbillonius, Bipontini recte retinent. Alii reponunt *quidnam*, vt Rigalt. in Edit. 2. Ita enim in admirationibus hac conjunctione vtuntur. Vid. Cic. L. II. ad Div. 8. init. Ter. Andr. III. IV. 1. coll. Cuperi Obseruat. L. II. C. 20. qui distinguit: *Quidnam? Cinaedus* cet. Schefferus conjicit: *Quid? Nam* cet. sed praefert *quinam*. Gudius et Walchius distinguunt: *Quisnam cinaedus ille? in conspectu meo audet venire?* Rittershusius, *Quia nam*, vel, *quinam*, i. e. quomodo, qua fronte, probante Leonhardo; Santoroeus, *quid? num* cet. Alii, vt Nevelet. Fab. Vrsin. Richter. Lallem. Scheffer. Burm. ediderunt *quinam*. At Burmannus ad h. l. obseruat: „Nihil hic mutandum, nec reponendum *Quidnam? nec quid? Nam* cet. Centies Terentius ita, cum subito quis in conspectum venit, vt Eun. III. IV. 7. *quisnam hic a Thaide exit?* Heaut. II. IV. 23. *quisnam hic adolescens est*, et passim. *Quisnam* vero, an *quinam* dicatur, parum interest. Plaut. Aul. IV. IX. 17. *quinam homo hic ante aedis nostras ejulans conqueritur moerens?* Vtrumque *quinam* et *quisnam* suos habet auctores." Equidem lectionem librorum scriptorum praeferendam arbitror. *Cinaedus*. Perperam Dane-

---

tatum, transmigrare in Aegyptum noluisse, ne suam Glyceram relinqueret. *Desbillon*. Vid. ad L. IV. XIV. 3. *in conspectu meo*. Praeter adducta a Sceffero (et Rittershusio) Caes. L. VIII. de B. G. 8. vt in antiquis scriptis et editis Davisius testatur, *in conspectu hostium exercitum adducit*, et cap. 23. *statuisse Comius dicebatur, numquam in conspectu cujusquam Romani venire*. Cap. 27. *etsi nondum in conspectu venerat hostibus*. (in quibus tamen Caesaris locis *Morus* edidit *conspectum*) Frontin. I. XI. 18. *nudatum in conspectu suorum produxit*. Val. Max. I. VII. Ext. 2. *postquam in conspectu venisset*; ita Codices et editi olim nonnulli. Omnibus his hodie *m affingere* est, veteres librarios doctiores fingere, quam erant. Illi enim deuoti grammaticis satis legibus erant, ne violarent eas, at non satis eruditi, vt *in conspectu* Latine posse dici crederent, et majori jure suspicari licet, illos, vbi *in conspectu* reperiebant, formasse *conspectum*. *Burmann*. cujus longa est ad h. l. disputatio.

Audet venire? Responderunt proximi:
Hic est Menander scriptor. Mutatus statim

* * *

tua edidit: *Effeminatus quid hic in conspectu meo*, propterea notatus a Burmanno. *Effeminatus* quoque dedit Maittarius. *in conspectu meo.* Hanc lectionem, quae MSS. Codicum Pithoeani Remensisque ac multarum Editionum est, plurimis auctorum veterum similibus exemplis Schefferus et Burmannus defenderunt. In Codice Perotti legitur, *in conspectum meum*; sed cum *in conspectu*, aeque ac, *in conspectum venire*, oratio latina sit, veterem lectionem retinendam esse credidi. *Desbillon.* cf. Not. ad h. v. *in conspectum* recepere Lallem. Brotier.

Vs. 16. *Responderunt.* Cuninghamus *respondere.*

Vs. 16. *Proximi.* Qui ex amicis, vel ministris circa Demetrium erant. *Scheff. Proximi* pro proxime adstantibus habet Sueton. Tib. 11.

Vs. 17. *Hic est Menander scriptor.* Hic est ille eximius poëta Menander. Formula *hic est* in tali re admodum frequens. Vid. Pers. Sat. I. 28. Hor. IV. Od. III. 22. Martial. V. 13. Graeci ὅτος ἐστι Plin. L. IX. Ep. 23. Neveletus laudat Lucian. Ἐνυπνίῳ. (11. fin.) τῶν ὁρώντων ἕκαστος τὸν πλησίον κινήσας δείξει σε τῷ δακτύλῳ, ὅτος ἐκεῖνος λέγων. ad quem loc. v. Viros doctos in Cl. Reitz. T. I. p. 26. Vid. etiam Burmann. ad Vellej. I. XI. 3. *Scriptor.* Ita κατ᾽ ἐξοχὴν vocari comicos poëtas, censet Rittershusius; sed Schefferus capit pro omni, qui aliquid scripsit laudans Donat. Prol. Adelph. Rectius Burmannus hic pro poëta, carminibus editis claro, poni statuit; etsi non neget, omnibus, qui memoriae aliquid produnt, hunc titulum dari.

Compara *Boulangeri* Fabulam: *Demetrius et Menandre.* L. III. F. IV. p. 90.

FABULA II.

VIATORES ET LATRO.

Duo cum incidissent in Latronem milites,
Vnus profugit, alter autem restitit,
Et vindicauit sese forti dexterâ.
Latrone occiso, timidus accurrit comes,

Vs. 1. 2. Cum in libris scriptis desit hujus fabulae initium, Burmannus, cui aliquid praecessisse videtur de jactata ab hoc milite fortitudine, plenius lacunam explere conatus est. Alii aliter supplere tentauerunt. Quibus omnibus nunc non opus est, postquam initium fabulae in MS. Perotti inuentum est: *Duo cum incidissent in latronem milites, Vnus profugit, alter autem restitit, Et vindicauit* cet. Ad quae notat Burmannus: „Quae si vera sunt, debet intelligi, gloriosum illum militem in via fortiter locutum, quae omisit Phaedrus, quasi satis per se intelligi possint e sequentibus.“ Quae tamen intelligere, vix puto opus esse. Versus Perotti recte receperunt Brotier. Bipontin. Desbillon. Lange, Meineke, Didot. Lallem. Jördens, Jakob. Supplementa virorum doctorum varia videri possunt ab iis, quorum refert in Editt. Rittershus. Vrsini, Hoogstrat. Danet. Maittar. Burm. Aesopi, Fabb. Aesop. Delect. p. 113. Vid. etiam Albinus, Gallicus interpres, a Burmanno notatus, et Misc. Lips. p. 260. Inutile enim visum est, hic ea subjungere.

Vs. 3. Hoogstratanus mallet legere: *Seseque forti vindicauit dextera.* Ita enim versum gratius fluere censet.

Vs. 4. *Timidus.* Bene, non *tumidus*, vt vult Meursius. Hoc vult, eum, qui hactenus fuit timidus, et stetit e longinquo, nunc accurrisse, simulque isto *accurrit* pulcre notat simulationem studii et ardoris. *Scheffer.*

Vs. 2. *Restitit.* Cf. L. II. XII. 3. Sattler. *hielt stand.*

Vs. 3. *Vindicauit sese.* Se defendit. Ita Caes. B. G. VII. 76.

Stringitque gladium dein, rejectâ paenulâ,
Cedo, inquit, illum, jam curabo sentiat,

Vs. 5. *dein.* MS. Per. et Pith. *deinde.*

Vs. 5. *Stringitque gladium.* Cf. L. III. X. 33. *Rejecta.* Id est, in tergum rejecta. Vide, quae nos ad Ovid. II. Met. 582. annotauimus. Nec hoc intellexit Gallus, nec ejus Censor, qui, *jettant son manteau par* (vel *à*) *terre*; sed hoc est *dejecta*. Parantes enim se ad pugnam *rejiciebant* vestes, non *dejiciebant*. *Burmann.* Vid. Virg. V. A. 421. sqq. *Penula.* De paenula fuse agit *Ferrarius* de Re Vest. P. II. L. II. C. 1. 9. in Graev. Thes. A. R. T. VI. *Schw.* Veste peculiari eorum, qui faciebant iter, ex corio, vel coacta lana, pluuiis arcendis, cum pileo a tergo, forma cuculli. Vid. Ferrar. de re vest. P. II. L. II. C. 2. et 7. (vbi vide Fig. 18.) *Scheffer.* Vestem fuisse militum, probat *Bartholinus* de Paenula C. 8. Notandus hic locus Cic. pro Mil. 10. *Cum autem hic de rheda, rejecta paenula, desiluisset, seque acri animo defenderet.* Supperaddebatur tunicae. Cf. Salmas. ad Lamprid. Commod. C. 16. Bartholinus l. c. C. 4. et Juvenal. V. 78. Effigiem militis paenula habes apud Ferrar. l. c.

Vs. 6. *Cedo illum.* Da illum, i. e. vbi est ille? *Hoogstratan.* Ita Ter. Heo. IV. IV. 86. *Puerum, Philippe, mihi cedo, ego alam.* Id. Adelph. III. IV. 38. *coram ipsum cedo.* Et sic alibi. Vid. V. III. Phaedri ad h. l. Da hoc verbo conf. Voss. de Anal. L. III. C. 40. et Donatus ad Ter. Andr. IV. V. 24. vbi haec leguntur: *Cedo* idem significat, quod *dic*, et *da* mihi, et est dictum cum quadam fiducia et contemtu ejus, cum quo sermo est. Ex quo intelligitur, apte h. l. vsurpari, quemadmodum jam olim Schefferus notauit. *jam.* Notanda vis hujus particulae pro mox, statim. Nam futuro tempori juncta magnam celeritatem promittit. Ter. Andr. IV. V. 37. *ni puerum tollis, jamjam ego hunc mediam in viam prouoluam.* Liv. L. II. 29. *Dictatorem creemus.* Jam *hic quo nunc omnia ardent, conticescet furor.* Vid. Drakenb. ad Liv. V. 39. T. II. p. 174. Verba *jam curabo sentiat*, vertere possis: *ich will ihm gleich zeigen.* Fingit autem, latronem superstitem adhuc, et vincendum. Vid. Freinshem.

Quos attentarit. Tunc, qui depugnauerat:
Vellem, istis verbis saltem adjuuisses modo,
Constantior fuissem, vera existimans:
Nunc conde ferrum, et linguam pariter futilem,
Vt possis alios ignorantes fallere.

Vs. 9. Hic versus deest in MS. Per. sed habent MSS. Pith. Rem. et libri editi.

Vs. 7. *Quos.* Quales, quam fortes. Schefferus citat Ter. Eun. I. I. 21. *sentiet, qui vir siem.* Id. II. III. 14. *Nunc Parmeno te ostendes, qui vir sies.* *attentarit.* Aggressus sit, vt apud Cic. Quir. p. red. 7. fin. et pro Sext. 4. *depugnauerat.* Id est, qui non tantum fortiter pugnauerat, sed ex pugna victor exstiterat. Liv. L. XXXIV. 46. *Cum Gallis Insubribus et Bojis signis collatis depugnauit: decem millia hostium caesa sunt.* De gladiatoribus, qui desperati pugnant, et aut vincere, aut mori debent, hoc verbo frequenter vtuntur, vt Cic. X. ad Fam. 32. Suet. Caes. XXXIX. et alii. Eadem fere vis τῷ *decertare.* L. I. XXX. 5. *Burmann.*

Vs. 8. *modo.* Paullo ante, cum mihi negotium esset cum latrone illo. Vid. ad L. II. VIII. 8.

Vs. 9. *Vera existimans.* Quia mihi persuasissem, te vera loqui.

Vs. 10. *Conde ferrum*, gladium in vagina. Cf. V. 5. et L. II. VIII. 4. L. IV. I. 18. *futilem.* Magnifica, at vana et leuia loquentem. Sil. XV. 797. *futilis ictus*, i. e. vanus. Cic. III. Fin. C. 11. jungit *vanos, leues, futiles.* Schefferus et Ill. *de Schirach* Clav. P. I. p. 148. τὸ *futilem* referunt simul ad *ferrum*, vt *ferrum futile* sit, quod ad speciem inanem gestatur. Sattler, *jetzt lass das Schwerdt und deine Zunge, die Prahlerin, nur ruhn.* Vid. quae notantur ad IV. XVII. 33.

Vs. 11. *ignorantes* sc. te. *Ignorare* est, mores, indolem animumque alicujus nondum satis cognouisse. Ita Ter. Eun. V. IX. 59. et Heaut. I. I. 53. Cf. Clav. Schirach. P. I. p. 166. et ad L. V. I. 10. Omnes fere editiones hunc versum majori distinctione claudunt; at Desbillonius jungit cum sqq. hoc sensu: Licet verbis tuis istis magnificis alios, qui te ignorant, possis forte fallere; ego

Ego, qui sum expertus, quantis fugias viribus,
Scio, quam virtuti non sit credendum tuae.

Vs. 12. *fugias.* Cuninghamus edidit *fugeris.*

Vs. 13. *Scio quam.* In MSS. Pith. et Rem. legitur *scio quid*, pro quo Pithoeus reposuit *scio quod*; sicque vulgo legunt. Sed legendum esse *quam*, vidit Gronov. ad h. l. Scheffero, Bentlejo, Burmanno, Gesnero in Thes. Fabr. T. II. p. 423. Heusingero, aliis suffragantibus. Gronovius enim *scio quod* Latine dici negat; aut enim corrupta esse, aut aliter accipienda, quaecunque in hanc rem congesserint viri docti. Atque etiam *Sanctius* Min. L. III. C. 14. *scio quod* non Latinum esse, acriter contendebat, addicente Gudio. Non pauci tamen, nec sine caussa, tuentur Latinitatem locutionis *scio quod*, vt Scioppius in Auctar. Mariangeli p. m. 45. sqq. Voss. de Constr. C. 20. et 62. Faber in Not. ad Phaedr. Desbillonius, qui laudat Plaut. Asin. I. I. 37. maxime Perizonius ad Sanct. Min. L. III. C. 14. p. m. 546. sqq. Receperunt etiam Bipontini, Editor. Edit. stereotyp. Jördens *scio quod.* At vero cum in MS. Perotti sit *scio quam*; MSS. Pith. et Rem. vero habeant *scio quid*; lectionem Perotti jam olim recipiendam duxi, quae placet Burmanno, et recepta est a Cuninghamo, Tollio, Lallemant. Brotierio, Desbillon. Tzschuck. Langio, al. Ita Ovid. IV. Fast. 529. *Dux comiti narrat, quam sit sibi filius aeger*, vbi etiam *quod* vulgo legitur, teste Burmanno. Gudius e libris scriptis non inepte legendum proponit: *Scio quid virtuti nunc sit credendum tuae*, vt sit sensus: scio nunc, quid tribuendum sit. Hancce conjecturam amplectitur Schirach. Clav. P. I. p. 148.

---

tamen cet. Laudat vero Cic. Ep. ad Brut. IX. *vt reliqua ex sententia succedant; vix satis liberi videmur fore.*

Vs. 12. *Quantis fugias viribus.* Acerbe jactationem explodit. *Tzschucke.* Lepide dictum. Gerike: *wie brav du laufen kannst.* Vid. vs. 2. Simili modo Phaedrus de asino L. I. XI. 7. *clamorem tollit viribus*; Plautus Amphitr. teste Rigaltio, *cum alii pugnabant maxime, ego tum fugiebam maxime.* Apte quoque Scioppius memorat *acrem fugitorem* Plauti in Trin. III. II. 97.

Vs. 13. *Scio quam.* Vid. V. L. *Virtuti credendum tuae.* Confidendum. Eodem modo Sallust. Jug. 106. *virtuti suorum satis credere.* Vid. vs. 6. 7.

Illi assignari debet haec narratio,
Qui re secunda fortis est, dubia fugax.

Vs. 14. 15. Hi versus deerant in MS. Perott.

Vs. 14. Idem Phaedrus aliis verbis dixit L. I. VII. 3. XIV. 17. XXII. 10. *assignari.* Vid. ad L. IV. V. 57. Sattler. *auf den zielt diese Fabel.*

Vs. 15. *Re dubia*, ardua, infesta. Plaut. Epid. I. II. 10. *Is est amicus, qui in re dubia re iuuat, vbi re est opus.* Ita non raro *res dubiae.*

Eamdem fabulam narrat *Boulanger* L. I. F. XIV. p. 23. sub titulo: *Les Voyageurs et le Voleur.*

FABULA III.

CALUUS ET MUSCA.

Calui momordit Musca nudatum caput:
Quam opprimere captans alapam sibi duxit grauem,
Tunc illa irridens: Punctum volucris paruulae

Vs. 3. *Irridens.* Anonymus Nil. *ridens*, et ita in priori editione Schefferus conjecerat legendum. Et credo rectius; sed mutatum a sciolo, qui risum proprium homini esse credebat, nec decore muscae dari. Sed hominum actiones bestiis attribui in fabulis, saepe diximus. Praeterea huc referri posset adagium, *habet et musca splenem*: splen enim sedes risus habetur. *Burmann.* Etiam Hoogstratano placet *ridens*; mollius enim versum fluere dicit, et *ridere* saepe dici pro *irridere.* Habet tamen MS. Per. *irridens.*

Vs. 2. *opprimere.* Interficere vid. Vs. 3. 4. coll. L. IV. XXIV. 29. *captans.* Teutans. Vid. ad L. IV. VIII. 6. *Alapam.* Hic est ictus, nisi velimus aberrasse, vel caput latiori sensu dictum. *Tzschuck.* — *duxit.* Inflixit; proprie. Quinctil. J. O. VI. III. 83. *Colaphum tibi ducam, et formulam scribam, quod caput durum habeas*: qui locus probat colaphum, s. alapam non faciei soli impingi, quemadmodum jam vidit Schefferus. Rittershusius laudat Paullum L. IV. D. de injur. *Cum seruo meo pugnum ducere vellem* cet. Citant Interpp. Gronovii L. II. Obs. C. 1. (p. 213.) et Vavessor. de Vi et Vsu quor. verb. p. 170. Edit. Opp. vbi docet, alapam et colaphum pro quouis ictu sumi, inflicto manu, siue capiti, seu genis; siue palma, siue pugno; et malle gallice verti *soufflet*, cum reddi debeat *un coup.* Cf. Burmann. *grauem.* Nostri *derb.*

Vs. 3. *Punctum.* Punctionem, ictum, qui fit aculeo. Cf. L. III. F. VI. 3. memorat Desbillonius, post Gudium, locum Plin. L. XXIX. C. 6. sub fin. *mustelae, etiam oculis punctu erutis, ajunt, visum reuerti.* *Volucris paruulae.* Lepide dictum.

Voluisti morte vlcisci; quid facies tibi,
Injuriae qui addideris contumeliam?
Respondit: Mecum facile redeo in gratiam,
Quia non fuisse mentem laedendi scio.

Vs. 5. *Qui addideris.* In MS. Gud. i. e. Pithoei et in vetusto, Cod. Rigaltii erat, *quia dederis.* Ita edidit Neveletus; sed Excerpta Rigaltii exhibent, *injuriae qui addideris contumeliam*, probantibus Heinsio et Salmasio.

Vs. 7. *Quia non.* Bentlejus sine necessitate reponit, *cui non*: quem egregie confutauit Burmannus.

Vs. 4. *Quid facies tibi?* Vid. L. IV. VII. 21. L. IV. I. 8.

Vs. 5. Ineptit hic strenue Scioppius, modo *contumeliam injuriae* explicans pro *contumelia injuriosa*, modo refingens *injuria eam*, (i. e. per injuriam) tandem *injuriam* (ab *injurius, a, um*) *contumeliam dederis.* Sed *injuria* et *contumelia*, sunt diuersa. *Contumelia* erat, quod caput verbersuerat, alaps enim contumeliosa habebatur, *injuria*, quod non jure muscam voluerat occidere, et leuem punctum morte vlcisci, vt vs. 10. *optem necare vel majore incommodo*, vbi duo haec conjungit, sed leuiori verbo *contumeliam* vocat *incommodum. Burm.* Alii aliter. Gronovius, cui parent alii, *injuriam* refert ad dolorem ex ictu, *contumeliam* ad turpitudinem; sed cl. *Schulze* per *injuriam* punctionem muscae intelligit, referens *contumeliam* ad alapam, quam sibi inflixerat, hoc sensu, vt ipse ait: *Nicht genug gestochen zu seyn, mufstest du noch dich selbst durch einen Schlag beschimpfen?* At vero verbum *addideris* non obscure indicare videtur, separandam hic non esse a contumelia injuriam, id quod olim acute obseruatum Desbillonio. Itaque caluus ducendo sibi alapam injuriam fecit, sed caput verberando addidit injuriae contumeliam. Ita fere cl. *Lange*, cujus Prolegg. in Phaedr. vid. p. 27. sq. De voce *contumelia* vid. ad L. I. XXIX. 2. coll. Burm. ad h. l. et Freinshem. ad Flor. IV. XII. 51. *addideris.* Simili modo Ovid. Fast. II. 261. *addis mendacia culpae.*

Vs. 6. *Respondit* sc. caluus: de ducta alapa facile mihi ignosco. *redeo in gratiam.* Vid. Nep. Alcib. 5. Att. 17.

Vs. 7. Injuris enim aestimatur ex animo laedendi. *Leon-*

Sed te, contemti generis animal improbum,
Quae delectaris bibere humanum sanguinem,
Optem necare, vel majore incommodo.
Hoc argumentum veniam ei dari docet,

Vs. 10. *Optem necare.* Perottus perperam, *optem carere*; Heinsius *enecare*, e conjectura.

Vs. 11. sqq. Hi versus in Codice Perotti deerant, sed fabula erat inscripta: *His, qui casu peccant, dandam esse veniam, qui vero consulto delinquunt, eos esse puniendos.* Reliqua vide in Excursu XXVIII. ad hos versus.

---

hard. Hinc Cicero: *Non exitus rerum, sed consilia hominum vindicantur; vbi non est mens laedendi, ibi nulla injuria. laedendi.* Cf. Prol. III. 49. L. III. XVI. 13.

Vs. 8. *Improbum.* Impudens, vt L. II. I. 4. et L. I. XXII. 9. *contemti generis.* Cf. L. IV. XXIII. 12. Respicit vniuersum muscarum genus. Vult enim, praeterea quod es e contemto genere muscarum, etiam improba es. *Schw.* Musca apud Aegyptios sacerdotes, qui animalium et rerum figuris pro litteris et vocibus in scriptura vtebantur, quas Hieroglyphicas Graeci dixere, impudentiae, symbolum. Homer. Il. XVII. 570. καὶ οἱ μυίης θάρσος ἐνὶ στήθεσσιν ἔθηκεν (ἐνῆκεν *Niemeyer*). Apud Cic. de Or. L. II. C 60. refertur dictum Vargulae, cum eum duo molesti complecterentur, *puer abige muscas.* Sympos. Aenigm. 23. in quo loquitur musca: *improba sum, fateor.* Gronov.

Vs. 9. *Delectaris bibere.* Sunt verba, animi perturbationem, cupiditatem conatumue significantia, quae in soluto sermone infinitiuum non admittant, illumque more poëtarum in carmine tantum adsciscant. Cicero posuisset *delectaris bibendo.* Cf. *Jani* A. P. p. 156. Hor. L. I. Ep. XVI. 32. *vir bonus et prudens dici delector ego.*

Vs. 10. *Vel.* Notanda vis particulae, quae respondet Germanorum *auch*, *sogar.* Cic. L. VII. Ep. 15. *quam sint morosi, qui amant, vel ex hoc intelligi potest. incommodo majore*, quum id erat, cum mihi alapam darem. *Hoogstratan.* Verte: *Auch wenn mir noch ein grösserer Nachtheil daraus erwachsen sollte.*

Vs. 11. *Hoc argumentum.* Vid. ad II. VII. 13.

Qui casu peccat. Nam qui consilio est nocens,
Illum esse quamuis dignum poenâ judico.

Vs. 12. *Peccat.* Vid. ad L. I. VIII. 2. *consilio.* Schefferus recte explicat animo deliberato, laudans locum Ciceronis: *Qui esset, qui me in consulatu non casu potius existimaret, quam consilio fortem fuisse.* Opponitur praecedenti *casu*; Sattler. *unabsichtlich.* Adde Heins. ad Ovid. Trist. V. V. 33. quem citat Burmannus.

Vs. 13. *Illum.* Intellige, qui consilio est nocens. Non enim ad superius, *qui casu peccat*, sed proxime antecedens referendum. Burmannus contra morem loquendi vsitatum *illum* dici de vltimo censet, cum debeat de primo intelligi: quod quidem fieri concedit, vbi *hic* et *ille* occurrit, sed exemplum adhuc quaerit, licet forte hic vel illic latere existimet, vbi τὸ *ille*, solum positum, ita possit capi. Forte huc referendus locus Curtii L. V. C. 7. fin. *His copiis auctus* (Alexander) *Darium persequi statuit.* Et mox C. 8. *Ille* (Darius) *jam Ecbatana peruenerat, caput Mediae*, in quo loco *ille*, solum positum, de vltimo, non de primo, debet intelligi. Et ita, si recte memini, saepius apud Curtium. *Quamuis dignum*, i. e. valde dignum, s. dignissimum. Hoc sensu vox *quamuis* legitur apud Plaut. Men. II. II. 43. *quamuis ridiculus est, vbi vxor non adest.* Cic. pro Rosc. Am. 32. *quamuis diu dicere.* Et alibi. Vid. ad L. I. F. XXVIII. 1. Verte: *Wer absichtlich dem andern schadet, den halte ich für sehr strafwürdig.*

Sub musca latere videtur Burmanno, parasiti improbi persona, qui contemti generis et improbum animal, vt placeret regibus suis, venerandos viros, vel forte ipsum Phaedrum senem lacessebat. Quae in suspenso relinquimus. Idem argumentum tractat *Anonymus Neveleti* F. 32. *Romulus* Divion. et Vlmens. L. II. 13. *Anonymus Nilant.* F. 66.

FABULA IV.

HOMO ET ASINUS.

Quidam immolasset verrem cum sancto Herculi,
Cui pro salute votum debebat suâ,
Asello jussit reliquias pôni hordei.
Quas aspernatus ille sic locutus est:

Vs. 1. MS. Perott. '*Quidam cum immolasset verem sancto Herculi* —. *Sancto.* Nonnulli suspicantur *Sanco*, vt J. F. Gronovius, Guyetus, et teste Rittershusio, Colerus, alii. *Sancus Semo* autem Hercules Sabinis dictus est, de quo v. Interpp. ad Ovid. VI. Fast. 214. memoratum Burmanno, cui haec emendatio nimis affectata videtur, atque etiam Schefferus, Rigalt. et Faber eam recte rejiciunt. Praeterea epitheton *Sancti* et *sanctissimi* notum est saepe Herculi proprie dari. Cf. Not.

Vs. 3. *Reliquias.* MS. Gud. i. e. Pith. et Por. *relliquias.* Vid. V. L. ad L. I. XXII. 6.

Vs. 1. *Immolasset.* Vid. ad L. IV. VI. 9. *Sancto.* Sollemne Herculis epitheton. Ita Prop. L. IV. IX. 71. Herculem vocat *sanctum patrem*; coll. vs. 73. sq. ibique Passerat. Cicero pro Sext. 68. *sanctissimum Herculem.* Hisce adde Gruteri Inscr. p. XLVIII. 1. 2. 11. et marmora antiqua Reinesii, Mazochii, quae laudat Broukhus. ad Prop. loc. paullo ante cit. nec non Indic. Freinshem. et quos citat Burmann. ad h. l. coll. supra V. L. *verrem.* Victima Herculis ob deuictum ab eo Erymantheum aprum.

Vs. 2. Vouerat nimirum verrem, Herculi immolandum, si saluti redderetur.

Vs. 3. *Poni.* Apponi: notanda proprietas verbi. Vid. ad L. I. F. XXVI. 5. Cf. etiam *Jani* A. P. p. 101. Quibus adde Hor. L. II. Sat. VI. 63. sq. qui locus Desbillonio debetur. *hordei.* Quo verres fuerat saginatus. *Gronov.*

Tuum libenter prorsus appeterem cibum,
Nisi, qui nutritus illo est, jugulatus foret.
Hujus respectu fabulae deterritus,
Periculosum semper reputaui lucrum.

Vs. 5. *Tuum libenter.* In Codice (Pith. nec non Rem.) est, *libenter tuum*; sed transpositae millies sunt voces, quia olim, more soluti sermonis, scriptae fuere hae fabulae, quare religiose nimis ordinem seruare, si legem metricam soluit, stultum est. Bentlejus, qui centies turbauit ordinem vulgatum, hic eam religionem praeferens, inde facit *libenter istum.* Quam belle autem dicatur, *istum* appeterem, sequente mox, nisi qui nutritus *illo*, relinquo ipsius Bentleji judicio. *Burm.* Codex Perotti *libenter istum*, (Ita quoque Cuningham. Lallemant.) vbi Bentleji mens iterum cum Perotti manu conspirat, et vnde conficere possit, *istum* etiam δειχτικῶς poni, quod ad L. I. F. 1. nolebat admittere. *Idem.*

Vs. 6. *Illo est.* Ita MS. Perotti. Laurentius inepte edidit *eo est.*

Vs. 8. *Reputaui.* Sic legitur in libris scriptis et veteribus Editionibus, vt Rittershus. Neveleti, Vrsini. Pro quo Rigal-

---

Vs. 5. *Tuum cibum*, quem tu mihi nunc subita largitate, quam suspectam alibi (L. I. XXIII.) docet esse Phaedrus, objicis; solebat enim carduis et vilissimis vepribus pasci asinus, nunc melior ipsi suspectus est cibus. *Burmann.*

Vs. 6. *jugulatus foret. Jugulare* est praecidere jugulum. Cic. V. 40. Tusc. *nec grunnitum audiunt, cum jugulatur sus. Santoroe.*

Vs. 7. *Respectu.* Latine satis dictum hoc, docet Livius, qui saepe ea voce vtitur, et de cujus propria significatione et vsu vid. Gronov. ad Liv. XXI. 44. *Burmann.* Latinitatem hujus vocis, quam nonnulli in dubium vocant, tuentur Schefferus e Liv. L. XXXIX. 28. fin. Desbillonius e Liv. L. II. 30. Lucan. L. VIII. 490. Martial. XI. 50. Multa exempla quoque congessit Gudius, vt omittam alios. *deterritus.* Ovid. Met. X. 600. *euentu deterritus.* Cic. L. X. Att. 15. med. *pudore deterritus.* Sattler. *durch die Beherzigung dieser Fabel.*

Vs. 8. *Periculosum semper reputaui lucrum.* Semper ego diligenter consideraui et ponderaui, diuitias lucro acquisi-

Sed dicis, qui rapuere diuitias, habent.

tius in Editione 2. sine graui caussa ex ingenio suo reposuit *vitaui*. Burmannus *vitaui* credit fuisse glossema, quod miratur viros doctos non vidisse, natum ex interpretatione verae lectionis, quam putat esse *recusaui*, vt ante *aspernatus*. Senec. Ep. CI. *debilitatem non recusat*. Noster L. III. F. II. 16. *damnum haud recusant*. Vt metro vero satisfiat, legendum censet vel *periclosum*, vel *saepe recusaui*; edidit tamen *vitaui*, quam lectionem sunt amplexi plurimi. At vero Bentlejo, Cuninghamo, Tollio, Desbillonio lectio Codd. MSS. et Vet. Editt. *reputaui* genuina videtur, sicque edidere. Quibus ego accedo; non enim subest causa, cum bono sensu dicatur *reputaui lucrum periculosum*, quare recedendum sit a veteri scriptura. Vid. Not. ad vs. 8. Olim etiam Heinsius legebat *reputato*. Meursius frustra statuebat post vs. 8. aliquem versum excidisse, in quo lucrum fuerit descriptum. Non enim lucrum quoduis esse periculosum, sed illud tantummodo, quod honestam famam jugularet. At vid. Not. ad vs. 8. Reliqui versus in MS. Perotti deerant.

Vs. 9. Iterum post h. v. Meursio versus excidisse videtur. *dicis*. Heinsius *dices*, vt Prol. III. 8. et alibi; quod receperunt Hoogstratan. Bentlej. Lallem. Brot. Didot. Wakefield. V. C. loco mox citando. Sed *dicis* est in antiquis Editionibus. Parum interesse videtur Burmanno; vtrumque enim rectum. Walch. et Santoroc. haec per interrogationem capiunt, pro,

---

tas, etsi jure possidendas, periculosas esse. Locus enim non de turpi lucro et injusto intelligendus, quemadmodum volunt intelligi Rittershusius, Meursius, Desbillonius. Hordei certe reliquiae, quae ponuntur asello, referri non possunt ad turpe lucrum. Atque etiam porcus saginatus fuit cibo non turpi, aut injuste parto, sed quem ipsi vltro obtulerant. Vid. Scheffer. Nihilo vero secius diuitias Phaedrus ait esse periculosas. Experientia nempe, vt videtur, fuerat edoctus, non paucos isto tempore diuitiis affluentes homines, in periculum adductos, cum vita opes perdidisse. Vid. Sueton. Tib. C. 49. Hinc diuitiarum non ita appetentem esse fatetur. Lege quae ad hanc fabulam congessit Tollius.

Vs. 9. Nexus orationis postulat, vt haec ita explicentur. Sed objicis: sunt tamen, qui per vim et rapinas locupletati,

Numeremus agedum, qui deprensi perierint:

num autem dicas? indignante Burmanno; hoc enim commento nihil elegantiae aut vigoris accedit orationi. *Rapuere.* Bentlejus reponit *latuere*, vt *latentes* deprensis opponantur, quam lectionem fuse tueri audet *van Bergen* V. Cl. in Obs. crit. C. XXXI. p. 65. sq. at vid. Exc. XXIX. ad h. v. Hanc lectionem rejicit post Harium et Burmannum, cl. *Wakefield* Silv. crit. P. I. Sect. XXXII. p. 65. qui legi tamen jubet: *Sed dices, qui rapuere diuitias, latent:* quae sic puto intelligi debere: non omnes, qui rapuere diuitias, protrahuntur ad poenas; sed multi occultas opes possident, sicque inter modicos habentur et effugiunt manus principum, qui saepe nummatos puniunt, vt eorum diuitiis potiantur: in quo certe sententia rectius procederet, quam in emendatione Bentlejana. Cf. Burm. *habent.* Cuninghamus *vigent.*

Vs. 10. *perierint.* In MS. Pith. est *perierunt*, quod probat Gudius, et recepit Hoogstratanus post Neveletum; et merito placere potest. Vid. ad L. IV. XXI. 15. Nolui tamen quidquam mutare, cum *perierint* probent plurimi. *qui deprensi.* Heinsius, *quot deprensi*, e conjectura.

---

opes atque diuitias possidere sine periculo pergent; tantum abest, vt ii, qui jure possident diuitias, lucro acquisitas, habeant, quod metuant periculum. *Dicis.* Hoc verbum pro *objicere* apud Cic. pro Leg. Man. 8. et Tusc. I. 17. *Habent.* Verba multa actiua simpliciter pronuntiantur, suppresso per ellipsin casu quarto: *habere*, pro, *diuitem esse*, vbi subaudiendum, *diuitias*, *opes*, quemadmodum Graeci vtuntur verbo ἔχειν sc. χρήματα. cf. *Jani* A. P. p. 189. Adde Juvenal. Sat. XIV. 207. sq. Cic. L. VII. Ep. 29. ad Div. et Not. ad Prol. III. 21. Sattler. *Wer recht zusammen scharret, der ist reich.* At Cl. *Tzschucke* melius in hoc nexu, ne languere videatur oratio, censet distingui post *rapuere.* Contra Burmannus, vnumquemque pro arbitrio distinguere posse contendit, *qui rapuere diuitias, habent*; vel, *qui rapuere, diuitias habent*: nam Phaedrus et *habere* simpliciter, vt h. l. et *habere diuitias* L. IV. XXI. 1. dicit. Equidem mallem prius.

Vs. 10. *Deprensi.* Exquisite. Explicandum de raptoribus et furibus, qui hocce tempore in rapinis et furtis (ἐπ' αὐτοφώρῳ) deprehendebantur; quemadmodum Cicero dixit, *deprehendere*

Majorem turbam punitorum reperies.
Paucis temeritas est bono, multis malo.

Vs. 12. *Paucis temeritas est bono.* Ita MSS. Pith. Rem. et Edit. Vet. Sine auctoritate et necessitate Philipp. emendauit *auiditas.* v. Brotier.

---

in scelere, in adulterio, Verr. V. 43. Or. II. 68. Cui interpretationi fanet verbum *rapuere* vs. praec. Burmanno metaphora desumta videtur a nauigantibus, qui tempestate subita opprimuntur, vt dicat Phaedrus, numeremus jam eos, qui se huic incerto et fluctuoso mari commiserint, et quam pauci e naufragio enatarint: quam multos reperimus deprehensos, i. e. obrutos, mersos. Laudat vero Serv. ad Virg. IV. G. 421. et ad V. A. 52. it. Ovid. VI. Met. 660. et alios. Schefferus hunc locum capit in vniuersum de iis, qui propter diuitias in subitum atque inopinatum periculum incidebant, et variis accusationibus circumuenti et suppliciis affecti peribant. Exempla suppeditare possunt Tacitus Ann. VI. 19. atque Suet. Tib. C. 49. At Desbillonius: „Hic forte, *inquit*, intelligendi sunt homines flagitiosi, qui fauente Sejano ditati, ab ipsomet deinde sancto Herculi, i. e. Tiberio, bona eorum appetenti, quasi totidem porci saginati, immolati fuissent: ita vt diris istis exemplis deterriti ipsi Aselli, i. e. pauperes de plebe homunculi, tales munerum reliquias, sine relictas horum diuitum prouincias refugere solerent."

Vs. 11. Bene subducta ratione patebit, plures fuisse punitos, quam impune diuitias rapuisse. *Hoogstratan.*

Vs. 12. *Temeritas.* Referendum ad diuitias, cum injuria acquisitas, ad furta, rapinas cet. *est bono.* Commodo, vtilitati. Ita Cicero pro Rosc. *accusans ii, quibus occidi patrem Roscii bono fuit.* Scheffer.

Sui temporis conditionem spectat hac fabula Phaedrus, quo multi per vim et rapinam locupletati in periculum incidebant, et cum vita opes perdebant. Verres saginatus imago est ministrorum regiae superbiae, qui cum injuria et rapinis diuitias congesserunt, deinde occiduntur propter opes: quibus pro

spongiis vtuntur principes, vt Vespasianus dicebat apud Suet. C. 16. Ex damnatorum vero bonis pars saepe dabatur delatoribus et aliis. Recusat autem asellus, i. e. simplex et vilis quidam ciuis, qui tamen periculum ex opibus satis prospiciebat, quae ipsi quasi objiciebantur, vt experirentur exploratores aulici, an eas inuaderet et appeteret auide, vt deinde calumniis eum opprimerent. Tale quid latere puto sub hac fabula. *Burmann.*

FABULA V.

SCURRA ET RUSTICUS.

Prauo fauore labi mortales solent,
Et, pro judicio dum stant erroris sui,

Vs. 1. *Labi.* MS. Pith. *lavi*, e permutatione sollemni.
Vs. 2. Cuninghamus: *Et pro judicii stant errore dum suo.*

Vs. 1. Sensus: Homines per nimium fauorem, partium studium, quo abripiuntur in alios, errare solent. Sequuntur enim in judicando, vt ait Plutarchus re in simili Sympos. L. V. 1. opinionem, non veritatem. Intelligenda haec de fauore scenico, quo student spectatores histrionibus; error autem est, quod, caeco fauora aucti, applaudant his vel illis histrionibus, cnm alii sint plausu digniores. At Burmannus eum intelligit fauorem, quo sibi quisque placet, vt hic populus errore suo sibi fauebat, donec rebus postea conuictus ad poenitentiam actus est, vt *sibi fauere* dici, non vno loco probat; etsi de fauore scenico si quis capere velit, facile patiatur. Sed de turba sibi placente rectius capi putat, quia sequentia id exigant, *pro judiclo erroris sui stant*, qui error sit, quod faueant sibi. Etiam Walch. et Santoroc. istum fauorem intelligunt, quem Graeci φιλαυτίαν vocant; sed jam olim, fortasse rectius, explicaui de fauore scenico, quo spectatores histriones amplectnntur, probantibus cl. Tzschuckio et Desbillonio, qui vellet, Burmannus attulisset exemplum aliquod idoneum, quo nos doceret, potuisse hic Latine dici prauum fauorem hominnm, vt amor judicii proprii prauus significaretur. Recte Albinus, Gallicus interpres, immerito taxatus a Burmanno, haec reddidit: *Les hommes se trompent d'ordinaire, lorsqu' ils sont preoccupés de passion pour quelque personne. Prauo fauore labi.* Dictum vt *errore*, *imprudentia*, *ambitione* cet. *labi. mortales.* Vid. L. I. XX. 2. Ceterum in hanc sententiam elegans Aristophanis judicium est apud Vitruv. Praef. L. VII. teste Rigaltio.

Vs. 2. 3. Dum fortiter et constanter propugnant judicium

Ad poenitendum rebus manifestis agi.

Vs. 1 — 3. In MS. Per. hi versus erant omissi.

---

suum errans, i. e. falsum, non raro ipso opere et euentu, et palpabilibus, vt ita loquar, argumentis conuicti, quasi vi quadam solent compelli ad errorem agnoscendum et poenitendum. *Dum stant.* Id est pertinaciter pugnant, vt stantes in acie milites, vel in foro aduocati. Ovid. I. Art. 200. *stabunt pro signis jusque piumque tuis.* Vide supra L. III. X. 37. *Judicium erroris*, singularis (et insolita) etiam locutio, vel notat errans judicium, falsum, nota figura; vel posset esse pro *errore judicii*, vt Ovid. III. ex Pont. IX. 11. *judicium tamen hic nostrum non decipit error.* Burmann. Locutio, ex re bellica translata. Liv. L. XXXVIII. *pro Juba atque Afris stetisse*, i. e. partes eorum propugnasse. *Scheffer.* Adde Ovid. Trist. I. II. 5. Sattler. *auf dem Irrthum fest verharren.*

Vs. 3. *rebus manifestis. Res* pro argumento D. XI. §. 2. ad Leg. Aquil. *innumerabilibus rebus probari potest.* Caes. VII. B. G. 54. *etsi multis jam rebus perfidiam Aeduorum suspectam habebat. Gronov.* Vid. Graev. ad Cic. Parad. IV. 1. vbi docet, *res* saepe esse rationes, argumenta. Ita vtuntur Graeci τοῖς πράγμασι. Sic Plut. in Sulla, ἐλέγχεσθαι τοῖς πράγμασι, teste Gronovio Obs. III. C. 6. *Rebus manifestis* non male vertas: *sie werden durch den Augenschein überführt.* Vid. vs. 36. sqq. *Schwabe.* Schefferus pro *in rebus*, cum res sunt factae manifestae: non commode satis, sed melius puto ita explicari: licet verbis propugnent errorem suum, non tamen tam verbis reuinci debent, quam manifestis rebus, i. e. factis, ipso opere et euentu, vt postea dicit, *aperto pignore*, id est, argumento, cui contradici non potest, *errorem probans.* Sic Cic. X. ad Fam. XI. *me, quem esse voluisti, eum exitu rebusque cognoscis*, vbi v. Graev. it. Gronov. III. Obs. C. 6. et Heins. ad Ovid. XIII. Met. 383. Ovidius centies; vid. Ep. XVI. 257. Sic populo, qui fauebat scurrae, et ideo praejudicata de ejus arte opinione occupatas mentes habebat, non poterat hic vllo modo persuaderi, rusticum melius mimo edere vocem porci, nisi, postquam viuo porco prolato, rebus manifestis erroris sui conuictus esset; et ideo non *induci*, sed *agi* dicitur, quasi vi quadam compelli ad errorem

Facturus ludos diues quidam et nobilis,
Proposito cunctos inuitauit praemio,
Quam quisque posset, vt nouitatem ostenderet,

Vs. 4. *Diues quidam et nobilis.* MS. Pith. Rem. et Edit. Vet. vt Nevelet. Rigalt. Vrsin. Faber. nec non editiones aliae, *quidam diues nobilis*, omissa praepositione *et*. Sed *diues quidam et nobilis* est in Codice Perotti, quam quidem lectionem etiam Heusingerus recte praefert alteri, *quidam diues nobiles*, i. e. ludos non obuios, quotidianos, sed celebres, quam tuentur Schefferus, Heinsius, inprimis Burmannus, quorum Notas vide. Sed lectionis Perott. veritas confirmatur loco Phaedri mox Fab. VII. 16. *Erat facturus ludos quidam nobilis*, quod viri docti memorati sine necessitate mutant in *nobiles*; maxime vero loco nostri non multum dissimili L. III. V. 6. *Venit ecce diues et potens*, qui luculenter docet, frustra a viris doctis intrudi *nobiles*. Lectionem Perott. olim a me receptam secuti etiam Lallemant. Brotier. Bipont. Jördens. Nihilo secius Desbillonius inhaeret τῷ *nobiles*. Monet enim, praeeunte Nic. Heinsio in praef. ad Edit. Elzevir. Virg. Romanis, Augusti praesertim saeculo, scriptoribus in vsu frequentissimo fuisse, vt declinationis tertiae nominibus, quae casum pluralem in *ium* terminant, quartus deinde casus in *is*, non in *es* terminaretur: quod vetustissima quaeque monimenta testentur; sed vsum illum nunc apud nos obsoleuisse.

Vs. 6. *posset.* MS. Pith. *possit. Nouitatem ostenderet.* MS. Per. *nouitatem faceret.*

---

agnoscendum, et poenitendum, quae vis verbi satis nota. Ita *ad perniciem agi* L. IV. XIII. 3. et similia obuia. *Burmann.*

Vs. 4. *Facturus.* Proprie de iis, qui spectacula edunt. Vid. infra VII. 16. Alia exempla habes in Not. Schefferi. *Ludos*, Intellige scenicos, *nobilis*. Referendum ad nobilitatem generis. Sattler. *ein adelicher Reicher.* Neque inepte jungit *diues et nobilis*, quia non omnes nobiles sunt diuites. Cf. Scheff. et Walch. Distinguit etiam Ter. Adelph. III. IV. 57. *potentes, diuites, nobiles.*

Vs. 5. *Proposito.* Vid. ad L. I. XIV. 9.

Vs. 6. *Nouitatem ostenderet.* Nouas artes, noua inuenta in lucem proferret. Hor. A. P. 222. *Illecebris erat et grata nouitate morandus spectator*, quem lo-

Venere artifices laudis ad certamina:
Quos inter scurra, notus vrbano sale,

Vs. 8. *Scurra notas vrbano sale.* Perottus, *Scurra vnus vrbano sale.*

---

cum notauit Desbillonius post Schefferum. De verbo *ostendere* v. ad Prol. IV. 12.

Vs. 7. *Artifices scenici.* Ita Plauto Amphitr. Prol. 70. histriones appellantur *artifices*; ita laudat Cic. pro Arch. 8. *excellentem artem* Roscii. *Venere*, nomina sua profitebantur apud eum, qui facturus erat ludos. Fuerant variae et plane mirificae istorum artificum artes. Ejus enim generis erant quoque mimi, Cybistetae, petauristae, petaminarii, funambuli, scurrae, θαυματοποιοί, seu praestigiatores alii. Vid. Casaub. ad Theophr. C. VII. περὶ ἀπονοίας. Isti voluptatum ministri in ἐμβολίοις scenicis, uno alterove fabulae actu finito, artes suas exercebant. *Laudis ad certamina.* Vt certarent de laude et praemio proposito. *Hoogstratan.* Vid. vs. 5. sq. Vox *certamen* de ludis et spectaculis frequens est. Ita Ovid. M. X. 177. *certamina disci.* Cic. Tusc. Quaest. II. 26. *in certamen descendere*, vbi sermo est de ludis gymnicis. Ceterum artifices, quos Phaedrus h. v. memorat, passim laudantur a priscis scriptoribus. Vid. Petron. XLVII. L. III. LX. vbi consulendi viri docti in Edit. Burm. Adde Ter. Hec. Prol. A. 34. Juven. III. 77. XIV. 265. Martial. II. 86. quos laudat Editor Anonymus Phaedri. (Lips. 1802.)

Vs. 8. *Scurra.* Nihil aliud fuit, quam sectator, pedissequus; neque primum inhonestum sensum habebat, sed homines denotabat vrbanos et elegantes, qui salibus et dictorum lepore diuites et potentes, quos sectabantur, delectabant. Postea cum otiosi diuites effusos risus ex omni materia quaererent, adeoque in omnem licentiam jocantium studia erumperent, male audire scurrarum nomen coepit, et iis solis attribui, qui risum ab audientibus captant, non habita verecundiae ratione, aut dignitatis. Hoc sensu ceperunt Hoogstratan. et Danet. Sed scurrae etiam vocati, qui gestu et imitatione, vt mimi et gesticulatores, risum mouere conabantur. Sic Phaedrus h. l. *scurram* vocat, qui porcelli vocem imitabatur. Cf. *Gesner* in Thes. L. L. et quos laudat Dispontin. coll. *Ernesti* in Clav. h. v. *notus vrbano*

Habere dixit se genus spectaculi,
Quod in theatro numquam prolatum foret.
Dispersus rumor ciuitatem concitat:

Vs. 11. *concitat.* MS. Per. conuocat.

---

sale. Capiendum pro jocis facetis, quibus inest elegantia et eruditio quaedam e conuersatione politorum venustorumque hominum. *Sal* et *sales* dici de vtroque genere facetiarum, nempe eo, quod est in singulis verbis, quae dicteria dicuntur, et quod est fusum aequabiliter per totam orationem, jamjam obseruauit *Ernesti* in Clav. Epitheton *vrbanos* autem, quod explicandum facetus, dicax, *(ein Spasmacher feiner Art)* jam apud Plautum Trin. I. II. 165. Mostel. I. I. 14. de scurris occurrit. Et apud Cic. L. IX. ad Div. 15. veteres atque *vrbani sales* pro festiuiter et argute dictis. Vid. Ernesti voc. *vrbanus.*

Vs. 9. *Habere.* Recte Praschius, hoc dici de re inuenta, et ita *habere* saepius pro *inuenire* ponitur, vt Donatus ad Ter. Eun. III. II. 22. *num quid habes* explicat, *inuenisti.* Vid. ad L. IV. I. 13. *Burm.* Virg. Ecl. IX. 32. *incipe si quid habes. Prasch.* Cum hoc Phaedri loco comparandus Athen. 4. 23. S. 175.

Vs. 10. 11. *Prolatum foret.* Insolentem da re praeterita vocis *foret* vsum pronuntiat Johnsonius; sed sine dubio non in mentem venit viro docto, saepius ita veteres vsos hoc verbi, multis partibus defecti, tempore. Ovid. VI. Ep 144. vbi pro *fuisset.* Virgil. X. 327. Et ita etiam de praeterito capitur. L. III. X. 13. et Prol. III. 28. vt obseruat Perizon. ad Sanct. Minerv. L. I. C. 14. p. 188. sq. *Burmann.* qui et alios laudat. De vsu hujus verbi in theatro videndus Heinsius in Not. Schefferi. Ex sententia scurrae haec intelligenda.

Vs. 11. *concitat.* Recte Schefferus, conuocat in locum vnum. Creber ejus verbi vsus de subitis motibus, cum clamore, rumore et similibus homines tumultuantes loca implent. Ovid. Ep. XVI. 340. Id. III. Fast. 764. *Femineos thyrso concitat ille choros.* Ita vt hic ciuitatem, ita *nemus concitare* I. Fast. 436. Et ita ille saepius. *Concire* eodem sensu saepe occurrit, vt Val. Flacc. VI. 35. *concire Scythiom.* Burm. Ita Caes. B. G. VII. 77. *Galliam ad auxilium concitare.* Simili modo L. IV. XXIV. 27. *excitat*, pro, *euocat.* Cum hoc versu compara L. IV. V. 13.

Paullo ante vacua turbam deficiunt loca.
In scenâ vero postquam solus constitit,
Sine apparatu, nullis adjutoribus,
Silentium ipsa fecit exspectatio.
Ille in sinum repente demisit caput,

Vs. 16. *demisit.* Neveletus *dimisit.* —

Vs. 12. *Turbam deficiunt loca.* Turbae non sufficiunt sedilia in theatro, paullo ante vacua. *Gronov.* De hoc loquendi genere, quod etiam optimis et florentissimis Romanae reipublicae temporibus obtinebat, praeter alios egit Nic. Heinsius ad Ovid. I. Amor. VIII. 93. et II. Met. 382. *Burmann.*

Vs. 14. *sine apparatu.* Recte vidit Editor Anon. Lips. (1802.) intelligendas esse machinas artificum scenicorum, qui in emboliis oblectabant vulgus, e. g. funambulorum, petauristarum cet. *Adjutoribus.* Translata vox ex negotiis granibus et publicis, vbi *adjutores* dicebantur magistratuum, et deinde principum, inter amicos praecipui, qui opera et consilio illis aderant, vt Legati apud Livium saepius, *L.* VI. 22 XXVI. 9. et alibi. Sic Augustus sibi *adjutores* adsciuit, Suet. C. XXXIX. Hinc etiam in scena dicti, qui mimos et histriones in partibus agendis adjuuabant (voce, tibiis, cet.) vt hic Schefferus et Faber recte docuerunt. Vide plura apud J. Drusium in Miscell. Cent. II. C. 28. Distincti vero erant a *monitoribus*, qui verba subjiciebant, ne errarent histriones. Ter. Heaut. V. I. 2. *adjutor meus et monitor:* qui et *secundarii* dicebantur, et Graecis ὑποβολεῖς, vt Gloss. *monitor,* ὑποβολεύς. *Burmann.* Sueton. in Lib. de clar. Grammat. *Hic* (de Crassitio loquitur) *initio circa scenam versatus est, dum mimographos adjuuat.* Faber.

Vs. 15. *Exspectatio.* Dum omnes spectatores in summa exspectatione erant, quale tandem genus spectaculi proferretur, quia solus in scena constiterat scurra, eo ipso factum est, vt omnes tacerent. Male haec Hoogstratanus cum Gudio cepit de mora scurrae. Vide enim vs. 13. Sttler. *Erwartung machte alles mäuschen still.*

Vs. 16. *in sinum.* Intellige sinum pallii (vs. 18.) non togae, aut pallae. Sinum togae intelligit *Büchling*, quem vide ad h. l. sinum pallae Editor Phaedri Anon. (Lips. 1802.); sed v. mox ad vs. 18.

Et sic porcelli vocem est imitatus suâ,
Verum vt subesse pallio contenderent,
Et excuti juberent. Quo facto, simul

Vs. 17. *Porcelli vocem est imitatus sua.* Ita edidi e MSS. Pith. Rem. et Edit. Vet. MS. Per. habet: *Et sic porcellum voce imitatus est sua.* Cui obsecuti sunt Sanadon. et Philipp. Heusingerus mallet: *Et sic porcelli vocem imitatus est sua.*

Vs. 18. *Verum.* Heinsius *verrem.* Sed nil mutandum. Cf. vs. 32. et Burm.

Vs. 17. *sua* voce. De homine, animantium voces exprimente, vid. Auson. Epigr. LXXV. Cf. Not. ad vs. 18.

Vs. 18. *Verum.* Subintellige *porcellum*, vt reuera postea rusticus attulit. Vid. ad Ovid. I. Art. Am. 62. *Burmann. Subesse pallio.* Cum pallii mentionem h. l. injiciat lepidissimus fabellarum narrator, non est, quod dubitemus, rem omnem, quam narrat, non in Romano theatro, sed in Graeca aliqua ciuitate peractam esse. Graecorum enim est pallium. Idem apparet ex vniuersa orationis serie. Graecae luxuriae fuit, praemio proposito inuitare agyrtas et circumforaneos circulatores, qui nouitate spectaculi vel praestigiis peruellerent spectatorum animos. Graeci ejusmodi nugis mirum in modum delectabantur, iisque auidissime inhiabant. Graeculam *ciuitatem* rumor de nouo aliquo spectaculo sparsus concitare potuit, Romani abhorruerunt ab hac lenitate. Sed conficit rem narratio apud Plutarchum in Symposiacis V. 1. p. 674. B. C. Ed. Frf. vnde intelligimus, Parmenonem quendam habuisse hunc quaestum, vt per Graeciae oppida degrunniret in theatris. Respicit ad eumdem Parmenonem Plutarchus de *audiend. poëtis* C. 3. p. 16. vbi *Krebsius* contulit locum e Symposiacis. Laudauere Plutarchum Rigaltius aliique. Itaque omnia in hac festiua historiola referenda esse ad scenam Graecam, satis liquet. *Böttiger. contenderent.* Potest capi, vt inter se sponsionibus certarent spectatores, quemadmodum moris in ludis. *Burm.*

Vs. 19. *Excuti juberent* sc. pallium. *Excutere* est scrutari, num abditum haberet porcellum sub pallio (*durchsuchen, visitiren.*) Nempe proprie *excutiuntur* vestes sinusque eorum, qui furti, aut caedis suspecti sunt, vt apud Plaut. Aul. IV. IV. 19. Hinc verbum hoc dili-

Nihil est repertum, multis onerant laudibus,
Hominemque plausu prosequuntur maximo.

Vs. 20. *Laudibus.* *Lancibus* Gudius et Heinsius, quis nouitate sua placebat, arripuerunt e Codice Pithoeano at Remensi. Statuunt enim, misisse munera esculenta spectatores in lancibus actori ludorum aut gladiatori, si cui fauerent. Vid. Heinsii Ep. ad Muncker. in Burm. Syll. Epp. p. 402. At bene vindicauit Burmannus vulgatum *laudibus* scribens: „Fateor, inter dona *lances* saepe reperiri et pateras et similia; sed munera et praemia histrionibus non a populo, qui gratis spectare maxime amabat, et sine tali apparatu ad ludos ruebat, sed ab editoribus et judicibus solebant dari. Neque loca, quae producunt, aliter intelligenda esse patet; vel illa agunt de donis, alia occasione missis, vt Saturnaliorum tempore cet. Populus plausu, acclamationibus, jactatione togae, osculis jactis cet. testabatur studium, et ita *laudibus*, quae non magno constabant, onerabant, quia ad *laudis certamina* veniebant histriones et scurrae: et hoc docent sequentia, *plausu prosequuntur*, et *mouet plausus.* Denique obuia et elegans locutio *onerare laudibus* locum suum facile tuetur. Liv. IV. 13. *laudibus immodicis onerare*, at X. 14. *juuenes — nunc laudibus, nunc promissis onerat.* Ita *honoribus onerare* Justin. V. 4. et talia plurima sunt obuia: nihil ergo hic captandum noui.“ Gudius probat eruditissime, lances olim industriae praemium histrionibus datas fuisse; sed hoc vt in istis ludis fieret, lances in theatrum afferre secum debuissent spectatores: quod certe vsu vmquam venisse Romanis, nemo, opinor, concesserit. *Desbillon.* *Laudens examen et explorationem significat.* Ita Cic. X. Ep. ad Div. 31. *Tabellarii sexcentis locis excutiuntur.* Quinctil. X. I. 104. *excutere bibliothecas.* Et sic alibi. Vid. Gesneri Thes. L. L. et Schelleri Lexic. *Quo facto simul.* Pro simul ac factum hoc esset, quod loquendi genus, frequentissimum poëtis, illustrauit Heins. ad Ovid. I. Fast. 667. et ad Val. Flacc. IV. 88. et apud alios etiam occurrere docuit J. F. Gronov. (etiam Drakenborch. in hoc genere enim loquendi Liv. plurimus est) ad Liv. I. 41. *Burmann.* Id est simul ac excusso pallio non est repertus porcellus.

Vs. 20. *multis o. l.* Eleganter de nimiis. *Tzschuck.* Cf. V. L.

Hoc vidit fieri Rusticus. Non mehercule
Me vincet, inquit: et statim professus est,
Idem facturum melius se postridie.
Fit turba major. Jam fauor mentes tenet,
Et derisuri, non spectaturi, sedent.

dibus etiam tuetur Drakenb. ad Sil. III. 15. Ita *onerare promissis*, *donis* cet.

Vs. 22. *Mehercule.* Perottus *mehercules. Vidit fieri.* Bentlejus et Heinsius, *videt vt fieri;* Cuninghamus, *Videt vt hoc fieri.* Sed. v. V. L. ad L. I. VI. 1.

Vs. 25. *Jam.* Vrsinus *nam*; perperam, vt jam Schefferus notauit.

Vs. 26. Libri scripti hunc locum, a manu emendatrice varie interpolatum, corrupte exhibent. Pithoeus et Neveletus testantur, in MS. Pith. legi: *Et derisuros, non expectaturos sit et.* Vid. Desbillon. et Editionem Nevelet. ad marginem: sed Cod. Rem. habet: *Et derisuros, non spectaturos sit et*, teste Gudio. Burmannus, auctoritate Heinsii fultus, contendit, in MS. Pithoei fuisse, *derisuros, non spectaturos sitis;* Brotierius vero, nouissimus Cod. Pith. collator, lectionem Codicis, quod

---

Vs. 22. *Mehercule.* Vid. ad L. III. V. 4. et XVII. 8.

Vs. 25. *Fit turba major.* Concursus omnis generis hominum. *Scheff.* Recte Sattler. *Zulauf. Fauor* (erga scurram) *mentes tenet.* Scilicet praejudicata opinione, nihil rusticum ad scurram fore. Fauor erga scurram eos adeo totos occupauerat, vt non possent vere judicare. Ita Justinus II. 12. *quae vos Jones dementia tenet?* Suet. Aug. C. 6. *tenet vicinitatem opinio.* Ovid. I. Art. 445. *Spes tenet in longum, semel est si credita, tempus*, vt hic fauor, vbi semel occupauit mentes, non patitur, sibi contrarium persuaderi. *Burmann. Fauor* et *favere* maxime propria spectaculorum verba, de spectatoribus applaudentibus in theatro, vt infra F. VII. 29. Cic. pro Rosc. Com. 10. *quem fauorem in scenam secum attulit Panurgus?* Multa hac de re disputat et exemplis firmat Ferrarius de Acclam. et Plaus. L. II. C. 4. Cf. Prol. II. 8. Sattler. *aus vorgefafster Gunst.*

Vs. 26. Sedent non tam ea mente, vt spectent, quam vt derideant rusticum promissorem.

Vterque prodit. Scurra degrunnit prior,

mirum videri possit, non indicauit, et locum, vt alios, intactum reliquit, varie tentatum a viris doctis. Heinsius, *Vt derisuros, non spectaturos scias*; Hoogstratanus, *Et derisores, non spectatores sedent.* De Heinsii et Hoogstratani emendationibus plura videri possunt in Notis Burmanni, qui legendum proponit, *Et derisuros, non spectaturos putes*, ad quam lectionem firmandam varia affert vir doctus. Salmasius et Gudius, *Et derisuros, non spectaturos, stitit*, vt *sistere* sit, se praesentem exhibere; Johnsonius, *Et derisuros, non spectaturos citat*, i. e. conuocat: quem confutauit Burmannus; cum *fauor citat derisuros*, sit insolentissima locutio, et nulla hic opus sit citatione, aut conuocatione, cum pridie rusticus promisisset, se adfore, et de scurra victoriam reportaturum. Et hinc sine vllo praecone aut simili citatione *fit turba major* sponte ruentium ad ludos. In Codice Perotti erat, *Et derisurus, non spectaturus, sedet.* Sic legendum censet Heusingerus, non *sedent.* Omnes fere Editiones hanc Pithoei lectionem habent: *Et derisuri, non spectaturi, sedent*, a qua discedere cum Burmanno et Desbillonio non ausus sum. Burmannus enim: „cum omnia, *inquit*, quae nouatores producunt, sint partim dubia, partim inepta, valeant, et tueatur locum suum, quod olim vulgatum fuit." Conjicit tamen Desbillonius, *Et derisuros non spectaturos ciet*; quae lectio ei valde probabilis videtur.

Vs. 27. *Degrunnit.* Alii (vt Rigalt. Ed. 2. Nevel. Scheffer. Desbillon. Maittar.) malunt *digrunnit*, sed credo vtriusque compositi nos defici exemplis: ratio docet, *degrunnit* esse praeferendum, non quia, vt *caput demisit* in sinum, ita *degrunnit* in sinum; sed quod *de* augeat, et notet, omni nisu, conatu et viribus imitatur grunnitum porci, vt in *depugnare* vidimus F. II. h. l. et *decertare* L. I. F. XXX. quod multis aliis exemplis probari posset. *Burmann. Degrunnit* primum

---

Vs. 27. *Vterque.* Et scurra et rusticus. *Prodit* sc. in scenam. Sed *in scenam prodire* notat, sese in scena sistere, et spectatoribus conspiciendum praebere, suas jamjam partes acturum. Vid. Misc. Obs. Nov. T. VI. p. 518. et Nep. in Praefat. *degrunnit.* Vox rarior, cujus colorem nota. *Schw.* Porcorum proprium est, vt Varro docet apud Nonium C. 2. *Desbillon.* Cf. V. L.

Mouetque plausus, et clamores suscitat.
Tunc simulans sese vestimentis Rusticus
Porcellum obtegere, (quod faciebat scilicet,

emendabat Rittershusius, suffragantibus Freinshemio, quem v. ad h. l. Heinsio, Guyeto, aliis. *Degrunnit* etiam est in Cod. Perotti, sed Gesnerus et Schellerus vnice afferunt *digrunnit*.

Vs. 28. *clamores*. MS. Perott. *clamorem*.

Vs. 29. *Tunc*. Perott. *tum*. *simulans*. Ita legitur in Excerpt. Rigalt. Alii, vt Rittershus. Vrsin. *simulat*.

Vs. 30. sq. *quod faciebat* cet. Haec vsque ad *latens* parenthesi (quae in aliis editionibus abest) recte inclusit Bentlejus, ex Freinshemii sententia: nam debent conjungi, *simulans porcellum obtegere*, *pervellit aurem vero*, *quem celauerat*. Burm. *compererant*. MSS. Pith. Rem. et Ed. vet. fide Brotierii habent: *Sed in priore quia nihil compererat latens*. Schw. Aliae Editiones (Rittershus. Rigalt. Nevelet.) *compererat latens*, quod quia sensum non habet, putabant abesse aliquid, et lacunae signa post hunc versum addiderant. Est autem perfecta sen-

---

Vs. 28. *Mouetque plausus*. Commouet multitudinem ad edendos plausus manibus. Vid. Ferrarius de Acclam. (et Plausu L. II. C. 3. vbi non pauca commemorantur exempla) *Scheffer*. Vid. vs. 21. *clamores suscitat*. Cf. L. I. VI. 4. L. I. XI. 7. Sattler. *Da ward sogleich geschrien und geklatscht.*

Vs. 29 — 33. Tunc simulat rusticus, sese vestimentis porcellum obtegere (et re vera, *scilicet*, hoc *faciebat*, obtegebat porcellum vestimentis; sed *latens*, ita, vt lateret, id est, ita, vt non deprehenderetur; *quia*, *in priore*, scurra, *cum nihil*, nullum porcellum, *comperissent* spectatores, non jus-serant rusticum excuti, nihil de vero porcello suspicantes) et *peruellit aurem vero*, porcello, quem celauerat, et *cum dolore vocem naturae*, naturalem grunnitum, exprimit. Cf. Interpp.

Vs. 30. *Scilicet*. Hic non ironiae inseruit, (quam videt ill. *de Schirach*. Clav. P. I. p. 338.) sed confirmat: *faciebat scilicet*, i. e. renera, non vt illi credebant, per lusum et jocum. Ter. Heaut. II. III. 117. *scilicet facturum me esse*. Vid. Manut. ad Cic. I. ad Div. Ep. 6. (qui non pauca exempla congessit) et Gronov. III. Obs. 9. *Burmann*.

Sed, in priore quia nil compererant, latens)
Peruellit aurem vero, quem celauerat,

tentia. Faciebat id reuera, quod simulare tantum videbatur; sed latebat, ideo fallebat spectatores, vt crederent, eum non obtegere porcellum, quia cum eosdem gestus adhibuisset scurra, delusi fuerant, et excusso eo, *nil compererant.* Et clarior erit sententia, si parentheseos addas notam: (*quod faciebat — latens*) *peruellit* cet. *Freinshem.* Vrsinus, Heins. Philipp. Lallemant. totum vs. 31. qui etiam deest in MS. Per. ejiciunt, quod mallet quoque Hoogstratan. Sed Brotierius, si quis h. v. retinere voluerit, versum vnum adhuc supplendum censet, in hunc modum: (*quod faciebat scilicet: Sed in priore quia nil compererat latens. Exsultare nihil reformidat doli.*) Quem quidem versum perperam in textum recepit. *Latens.* J. F. Gronov. conjicit, *quia nil compererant, tacent*, i. e. non jubent exeuti. Sic etiam Cuperus h. l. emendat, quem interpretatur ita: non clamant spectatores, perscrutandas vestes rustici, num quid intra eas occulti gerat; de quo vide vberius disputantem Cuperum L. I. Obs. C. 13. *Schw.* Sunt, qui legant *tacent*; sed ita praecedentia a sequentibus diuelluntur. Nihil hic mutandum videtur: et miror tam sollicite hoc verbum excussum, ac si quid inesset vitii, quod nullum est. τὸ *latens* opponitur illi, qui deprehenditur: quemadmodum deprensus fuisset rusticus, si eum excuti jussisset populus, sicut pridie fuerat excussus scurra. *Tollius.* Cf. Not. ad h. v. Schefferus retinens τὸ *latens*, positumesse existimat, oro, non obseruari, improbante Cupero l. c.

Vs. 32. *Peruellit aurem vero,* Gruterus legit: *aure vtraque*

Vs. 31. *in priore nil compererant.* In scurra explorato nullum inuenerant porcellum. *Tzschucke. latens.* Conjungendum cum *faciebat*; *quod faciebat*, sed *latens.* Explicant, latenter; at sic praecedentibus, *in priore quia nil compererant*, minus apte respondet. Contra interpretatio nostra nexui orationis accommodatior est vid. ad vs. 29. sqq. Sunt etiam, qui τὸ *latere* explicent, *non intelligi, non obseruari*, et jungant *latens peruellit*, sensu minus commodo, vt praecedentia docent. *vero*, i. e. porco. Sattler. *Er zwickte das versteckte Ferkel dann ins Ohr.*

Et cum dolore vocem naturae exprimit.
Acclamat populus, Scurram multo similius
Imitatum, et cogit, rusticum trudi foras.
At ille profert ipsum porcellum e sinu,
Turpemque aperto pignore errorem probans:

quem celauerat. Scheffer. Heinsius legi vult, *Verri*, quod merito displicet Bentlejo. Cf. Burm. Syll. Epp. T. III. p. 491. et T. V. p. 402. MS. Per. habet *aurem porco*, *quem:* quod ex glossa exceptum non inepte putat cl. Tzschucke. Optime MSS. Pith. Rem. et libri editi *aurem vero*. Vid. vs. 18.

Vs. 34. *Acclamat.* Schefferus conjicit, *at clamat*, quod displicet; sequitur enim mox *at ille*.

Vs. 36. *e sinu.* Perott. *de sinu*.

Vs. 37. *aperto pignore.* Non damno hanc lectionem, nescio tamen exemplum similis locutionis: quare forte potuit scribere *certo pignore*, quod Ovidio aliquoties vsitatum est. Vid. Heins.

Vs. 33. *Vocem naturae.* Ita junge, non vt Schulzius, *vocem exprimit naturae*, *vt naturae* sit datiui casus.

Vs. 34. *Multo similius imitatum* sc. vocem porcelli.

Vs. 35. *Cogit.* Equidem haereo. Quem enim cogit? Deinde qui *cogit trudi?* Nexus postulat *jussit*, sed scripturae vestigia forte: *et coepit rusticos* . . . An pro simplici *truditur* illud poni possit, dubito. *Cogor habere* et similia sic occurrere, noui, sed est ratio dispar. *Tzschucke.* Verbum *cogit* referendum ad *populus*; puto enim h. l. idem esse, quod nostrum *erzwingen*, quo sensu Cic. de Legg. II. 6. dixit, *vi et minis cogere omnia*, vt dicat Phaedrus, populus non desistens clamare et tumultuari, effecit tandem clamoribus et tumultu, vt foras truderetur rusticus. *Trudi foras.* Vid. L. V. VII. 39. Ter. Eun. IV. V. 11.

Vs. 36. *At ille.* Rusticus. Perperam Santorocus intelligit scurram." Et enim vero est similius, rusticum, non scurram, porcellum protulisse, et sic errorem probasse. Deinde *at ille* h. l. eodem modo dicitur, vt L. I. F. XV. 7. *Profert porcellum e sinu.* Intellige, dum ille truditur.

Vs. 37. *Aperto pignore. Aperto* est claro ac manifesto, *pignus* notat argumentum certissimum. Curtius L. IX. C. 6.

En! hic declarat, quales sitis judices.

ad Ovid. III. Fast. 741. quod eo magis posset credi, quia et alibi librarii has voces confuderunt, vt apud eumdem Ovid. I. Met. 228. *discrimine certo*, inuenit in duobus optimae notae Codicibus Heinsius, pro vulgato *aperto*. Quia tamen *apertum pignus* non absurde dictum est, relinquamus Phaedro sua verba, donec per Codices, si quos fortuna offert, aliter constet. *Burmann. probans.* In Cod. Perott. erat *exprob* . . . . forte *exprobrans*, quod verum putat Heusingerus, et receperunt Lallemant. Philipp. Brotier. At MSS. Pith. Rem. et libri vet. editi *errorem probans.*

---

n. 17. *nullum erga me beneuolentiae pignus atque indicium omisistis.* Ita saepe alii. *Scheff.* Adde Cic. Phil. I. 2. Ovid. Met. II. 38. *da pignora.* Curt. L. VI. C. 10. n. 11. L. VII. C. 2. n. 10.

Vs. 38. Hic porcellus ostendit errorem vestri judicii. *Hoogstratan.* Hic capiendum δεικτικῶς. Qui prauo fauore occoecati judicatis. *Leonhard.*

Similem historiam narrat Plutarchus loco, ad vs. 17. citato, vbi vide.

FABULA VI.

DUO CALUI.

Inuenit Caluus forte in triuio pectinem:
Accessit alter, aeque defectus pilis:
Eja, inquit, in commune, quodcunque est lucri.

Vs. 2. *Accessit.* Cuninghamus, *accedens.*

Vs. 3. *In commune.* Rigalt. in Edit. 3. Faber. Danet. Freinshem. Walch. Scheffer. ediderunt *est commune.* Male. τὸ *est* enim abest a MSS. Pith. et Rem. intrusum a Rigaltio ad fulciendum versum; *in* vero facillime excidere potuit. Cf. Gud. Heinsius legi jubet: *Esto, inquit, in commune.* Rittersh. Nevelet. Vrsin. *heja inquit commune.*

Vs. 1. *In triuio,* in quo solebant jacere res viles et abjectae. *Burmann.* Vid. quae notantur ad L. I. F. XXVII. 11.

Vs. 2. *defectus pilis.* Depilatus. Simili modo Tibull. II. V. 75. Bip. *Solem defectum lumine vidit.* Ovid. X. Met. 194. de ceruice: *defecta vigore ipsa sibi est oneri,* quem locum Schefferus affert. Huc etiam facit, notante Burmanno, Epigramma Martialis L. XIV. 25. Adde Notas ad L. I. XXI. 3.

Vs. 3. *Eja in commune.* Formula, cum duobus simul ambulantibus alter in via aliquid inuenerat, partem rei inuentae his verbis sibi vindicans. Senec. Ep. 120. (119.) *Quoties aliquid inueni, non exspecto, donec dicas:* in commune: *ipse mihi dico,* ad quem locum vid. Gronov. coll. Casaubon. ad Theophrast. περὶ βδελυρίας p. m. 292. Integra locutio est, *confer in commune,* quod Ciceronis est et aliorum passim, sed *confer* breuitatis caussa omittitur. Vid. Plaut. Pseud. IV. VII. 68. sq. Nostri dicunt: *halb Fund, halb Part.* cf. Gud. *Schw.* De hac formula quaedam habet Vavassor de Vi et Vsu quorumdam Verbor. p. 73. (in Edit. Opp. Amstel. p. 165) Sic dicitur Ἑρμῆς κοινός, *Mercurius communis,* (de quo Spanhem. ad Callimach. Hymn. in Dianam va 70.) cui (tamquam auctori) res inuentae et fortuito oblatae debebant conse-

Ostendit ille praedam, et adjecit simul:
Superûm voluntas fauit; sed, fato inuido,
Carbonem, vt ajunt, pro thesauro inuenimus.

---

crari. Vid. Stanlej. ad Aeschyl. Sept. contr. Thebas vs. 514. *Burmann.* De origine formulae Graecorum κοινὸς Ἑρμῆς videndus Phurnutus C. 16. quem Santoroeus, praeter alios, laudat.

Vs. 4. *Praedam.* Bono sensu capiendum. Cf. I. V. 11. L. II. VIII. 27. De quaestu omni enim, vt hic de re inuenta, vsurpari solet. Ita Hor. L. II. Sat. III. 68. *rejecta praeda.* Et Cic. Verr. III. 50. fin. *ipsum maximos quaestus praedasque fecisse.*

Vs. 5. Sensus est: fauerunt quidem superi, nam re vera praedam obtulerunt, sed fatum inuidit. Ita enim amua vterque comparati, vt praeda ista neuter juuari possit. *Desbillon.* *Superum voluntas fauit.* Sollemne hoc fuit. A Diis talia dicebant dari. *Scheff.* *inuido.* Sollemne in hac re epitheton. Stat. Theb. X. 378. *fata piis inuida.* Lucan. I. 70. *inuida fatorum series.*

Vs. 6. *Carbonem p. th. i.* Cesserunt haec in prouerbium, vsitatum Graecis aeque ac Latinis, quod dicitur de re nullius pretii, oblata ei, qui pretiosam exspectabat, cujus spe potiundae frustratus est. Ex euentu quopiam natum videtur, quo quispiam thesauri spe fodiens, carbones defossos inuenit. Nam antiquitus carbones in terra defodi solebant, ad indicandos agrorum terminos, quod nulla res magis durabilis, quam carbones, sub terra defossi: de quo vberius disputat Erasmus in Chil. I. Cent. 9. 31. Graeci dicunt, Ἄνθρακες ὁ θησαυρός. Vide Suidas in Ἄνθρακες ὁ θησαυρὸς et Erasmus l. c. et qui laudantur in Edit. Alciphronis eruditissimi *Wagneri* mei T. I. p. 317. Hisce adde obseruata Scheffero: „Natum hoc ex superstitione vulgi videtur, cui persuasum, nisi obseruentur omnia in thesauris effodiendis, quae obseruanda praecipiunt, qui peritiam hujus artis habent, argentum omne disparere, illiusque loco meros relinqui carbones, a dracone credo, cujus antea meminimus."

Quem spes delusit, huic querela conuenit.

Vs. 7. *Huic querela conuenit.* More suo Bentlejus *querela haec conuenit.* Quanto suauius et commodius potuisset ejecto *huic*, quod facile subintelligi jam toties vidimus, dari cum Rittershusio, vnde illud *haec* arreptum est: *Quem spes delusit, haec querela conuenit.* Sed tutius nihil nouare, quia Phaedrus saepe relatiuum praeponit. Vid. IV. IV. 1. *Burm.* MS. Pith. Rem. *huic querelae.* Pithoeus emendauit, *huic querela.* Tollius, *ei haec querella conuenit*, sc. Carbonem pro thesauro inueni.

Vs. 7. Sensus: Est quod quaeratur, qui spe frustratus est, s. quem spes fefellit. Idem dixit Phaedrus L. III. F. XVIII. 15. Sattler. *getäuschte Hoffnung hat zu klagen Recht.*

FABULA VII.

PRINCEPS TIBICEN. *)

Vbi vanus animus, aurâ captus friuolâ,
Arripuit insolentem sibi fiduciam,
Facile ad derisum stulta leuitas ducitur.

*) MSS. Pith. Rem. et Edit. Vet. *Procax tibicen*. Vid. Brot. Vs. 2. *Arripuit*. MS. Pith. Nevelet. Rigalt. 2. *abripuit*. Praschius reponit, *adripuit insolentem sui fiduciam*, vt *u* exteratur in *sui*.

Vs. 1 — 3. Sensus: Cum vani homines, i. e. inani superbia tumentes, (L. I. F. III. 4.) capti fauore populi, mutabili et cito perituro, insolentem sibi sumunt audaciam, isti leues et stulti facile deridendos se praebent. *Vbi*. De vsu hujus particulae v. Tursell. p. m. 1314. *vanus animus*. More Phaedri abstractum loco concreti, pro *vani homines* (eingebildete Menschen). *aura*. Fauor, plausus popularis; translatum ab aura, vela impellente. Vid. Scheller in Lex. h. v. Lucan. de Pompejo I. 132. sq. *totus popularibus auris impelli, plausuque sui gaudere theatri*. Vide etiam Cic. de Harusp. Resp. C. 20. fin. Hor. III. Od. II. 20. Virg. A. VI. 817. vbi v. Serv. et quae loca laudat Gronovius. *Friuola* est fragilis, (mutabilis) quae cito perit. *Scheffer*. *friuola* proprie sunt vasa fictilia quassa. *Fest*. Alii aliter. Desbillonius interpretatur *fallax*; Clav. Schirach. *vana*, cui nullae subsunt vires. *Arripuit*, sumit sibi, *insolentem fiduciam*. Simili modo Justin. XXVII. 2. *puer sceleratam virilemque sumit audaciam*, qui locus Burmanno debetur; sed *arripuit* est fortius, obseruante eodem; notat enim majorem arrogantiae gradum, et qui plus sibi sumit, quam debet. Idem quoque laudat Cic. Senec. XVIII. *non cani, non rugae repente auctoritatem arripere possunt*. et Apuleji Met. II. *capere audaciam praesentem*. Vertunt *übermüthiges Selbstvertrauen, Dreistigkeit, air de suffisance*.

Vs. 3. *Ad derisum ducitur*. Deridetur. L. I. F. XI. 2. dixit, *derisui est*. Locutio rarior. *stulta*. Epitheton Phaedro sol-

Princeps tibicen notior paulo fuit,
Operam Bathyllo solitus in scenâ dare.

---

lemne. L. II. IV. 26. L. III. XVII. 12. et alibi. *leuitas.* Olim capiebam pro superbia inani, praeeunte Burmanno, at nunc interpretor *Leichtsinn.* Prol. IV. 8. Sattler. totum hunc locum sic reddidit: *Wenn eitler Stolz, vom unbeständgen Wind der Gunst getäuscht, ein übermüth'ges Selbstvertrauen sich zueignet, wird der dumme Leichtsinn oft zum Spott.*

Vs. 4. *Princeps.* Nomen tibicinis proprium, ex quo ambiguitas vs. 27. sq. vnice explicanda. Erudite autem Gudius probat ex inscriptionibus, plurimas Romae fuisse familias, quae cognomen haberent *Princeps. Principis* Grammatici meminit Sueton. de ill. Gramm. C. 4. et *Princeps* memoratur inter libertos seruosque domus Augustae, teste Blanchinio in *Camera ed Inscriptioni sepulcrali,* cet. p. 69. quem citat cl. Brotier. Simili modo nomina propria sunt *Rex, Regulus, Tyrannus* al. de quibus v. Faber. *paulo notior.* Varie haec explicant Interpretes. Johnsonius supplet *aliis*, qui solebant Bathyllo operam dare. Ita fere Desbillonius, Schulzius, Langius. Schefferus hanc affert caussam, quare notior fuerit, nempe quia solebat inflare tibias, ad quas saltarot Bathyllus, pantomimus celeberrimus. Burmannus haec ita capit, vt tibicen paullo notior fuerit illo scurra, qui porci vocem effinxerat. Mihi quidem τὸ *paulo notior* explicandum videtur *satis*, vel *maxime notus.* Ita enim comparatiui non raro solent sumi. Hinc recte cl. Sattler. *Der Flötenspieler Fürst war ziemlich gut bekannt*, et Albinus, Gallicus Interpres, *étant assez connu.* Ceteroquin h. l. iterum conjicit Burmannus, Phaedrus hanc narrationem in mensa Particulonis, aut alterius patroni narrauisse, de qua et aliis conjecturis arbitrariis, quibus commemorandis ego quidem nolo morari lectores, videant, quorum refert, Notas viri docti, coll. Not. ad Prol. IV. 17 — 19.

Vs. 5. *Bathyllo.* De Bathyllo, Alexandrino, saltationis pantomimicae apud Romanos auctore, quem Maecenas habuit in deliciis, videnda erudita *Baylii* disputatio in Lex. Hist. crit. v. *Bathylle.* Cui adde viros doctos ad Tac. Ann. L. I. C. 54. in Edit. Amstel. 1685. 8. et qui laudantur in Edit. *Reimari* ad *Dion.* L. IV. 17. §. 151. Augustus autem Bathyllum Romam vocauit, a quo

Is forte ludis (non satis memini quibus)
Dum pegma rapitur, concidit casu graui

Vs. 7. *pegma.* MS. Pith. *pecma.* Ita ediderunt Rittershus. Rigalt. Meursius, Vrsinus.

---

successores ejus in eadem arte et ipsi quoque *Bathylli* vocati sunt. Saeculo praeterlapso varia Bathylli prodiere monimenta, praecipue vrna ejus sepulcralis vna cum illius statua et inscriptione, Columbario nimirum Liviae Augustique Libertorum, ad viae Appiae laenam, detecto. Cujus Columbarii, nec non ollarum, vrnarum et inscriptionum διατύπωσις studio Blanchinii, Gorii et Dominici de Rubei cum luculenta enarratione in lucem emissa est. Cf. *Ficoronius* de Larvis scenicis p. 18. *Schw.* De Bathyllo Casaubonus ad Pers. Sat. V. 123. „Cum Pylade, *inquit*, primus Romam intulit gesticulationem Pantomimorum." Quas autem Pantomimi fabulas sic agebant, eas saltare dicebantur. De stupenda illorum hominum industria Cassiodorus L. IV. Ep. 51. multa curiosa commemorat. *Desbillonius.* — *Operam in scena dare.* Idem est, quod *adjuuare*, vt F. V. *sine adjutoribus.* Saltanti enim Bathyllo tibicen modos praebebat; aliter alicui *operam dare* dicitur, qui discit ab aliquo, vt ita Bathyllus discipulos multos, qui ipsi operam dabant, habuit; sed hic est *adjuuare.* Burmann. Consulendae quoque Notae Schefferi et Tollii. Perperam h. l. intellexit Paufierus.

Vs. 7. *Pegma rapitur.* Graece πῆγμα; Sattler. *Flugmaschine. Schw.* Machina fuit artificiosa (e pluribus tignis, asseribus, tabulis coagmentata) pro diuersitate argumenti adornata, in qua (adhibitis ponderibus) vel in sublime attollere, vel e sublimi in praeceps dare, ac velut dehiscente terra absumere solebant siue homines, siue res, quas esset libitum. Vid. Lips. Amph. C. 22. Scal. ad Manil. p. 446. Philandr. ad Vitruv. L. 9. *Scheffer.* De hac machina et voce vide Serv. ad Virg. III. G. 24. Claud. Cons. Mallii vs. 324. *Mobile ponderibus descendat pegma reductis;* (vbi vid. *Gesner.*) Senec. Ep. LXXXVIII. *His annumeres licet machinatores, qui pegmata per se surgentia excogitant eet. Burmann.* Multa lectu digna habet etiam Gesnerus in Thes. L. L. h. v. maxime eruditissimus *Böttigerus* in Prolusione, Deum ex machina in re sce-

Nec opinans, et sinistram fregit tibiam,

Vs. 8. *Nec opinans.* Codd. Rem. et Pith. habent, *nec opia sed*, vel, *ne copia sed*, pro *ne opinans et.* Vid. Nevelet. ad marginem Editionis. Gruterus, Salmasius, Bentlejus, Bipontini reponunt, *nec opinus*, post Neveletum, vt L. I. F. IX. 6.

---

nica veterum illustrante Vimar. 1800. 4. p. 7. sq. Quibus initiis pegmata, *inquit*, orta in theatra tandem processerint, nemo, quantum equidem explorare potui, hactenus declarauit. Origines pegmatum e Poliorceticis veterum repetendae. In obsidionibus turres plurium tabulatorum admotas esse moenibus, in vulgus notum. Atqui constat istas turres et ἑλεπόλεις tanta solertia constructas fuisse, vt in terrorem oppidanorum subito a mole admodum exigua in plura tabulata excrescerent, plicatiles scilicet, et cochlearum ope celeriter erigendae, πύργοι ἐπτυγμένοι — ἀνίσταντο Appian. Civil. IV. 72. T. II. p. 624. *Schweigh.* Plura Lipsius collegit in Poliorceticis. Quam quidem machinamentorum solertiam in triumphis quoque vrbanae multitudini venditarunt victores, vt nouo spectaculo percellerentur hiantis plebeculae animi. Luculentus est locus Josephi de B. J. VII. 17. πήγματα τριώροφα καὶ τετρώροφα in triumpho Judaico ducta esse perhibentis. Et adhuc in gazis antiquariis seruantur numi, in quibus haec fercula triumphalia luculenter figurata oculis vsurpare licet, qualem exhibuit *Buonarotius Osservazioni sopra alcuni medaglioni* T. XI. 1. vbi docte de his ferculis disputauit p. 157. sq. Res deinde in pompas sacras, Circenses, cet. translata (vid. Plin. XXXIII. 3. s. 16.) in theatris etiam vsurpari coepit diuersimode. Pulcherrimus in hanc rem locus est Apuleji Metam. X. p. 232. 31. sq. Ed. Pricaei. Imponebantur istis pegmatibus dii personati, heroes et, cum pantomimis jam vnice delectarentur Romani, citharoedi etiam et tibicines, mimorum saltationibus accinentes, quod manifesto apparet e lepidissima fabella Phaedri V. 7. Summum artificium, quod e Senecae loco (Ep. LXXXVIII.) supra laudato, liquido patet, in eo ponebatur, vt plicatiles hae et confixiles machinae, quae sensim tantum paulatimque in tantum fastigium excreuerant, incredibili celeritate dissoluerentur et dehiscerent, in alias subinde for-

Duas cum dextras maluisset perdere.
Inter manus sublatus, et multum gemens
Domum refertur. Aliquot menses transeunt,
Ad sanitatem dum venit curatio,

quod recedit a vestigiis librorum scriptorum, qui fauent τῷ *opinans*, recte judicantibus Burmanno et Heusingero. Littera enim *n* centies omissa, vel virgula superducta notata. Legitur etiam *nec opinans* apud Terentium et Sueton. Aug. C. 10. Gudius lectionem MSS. *opia* retinere mallet, i. e. ὀπεῖα, instrumenta musica tibicinalia, foraminibus plena, quod caue retineas.

---

mas transeuntes. Hoc *raptare pegma* appellabant. Cautum haud dubie fuit in tam repentina ruina iis, qui in fastigio collocati essent, vt salui euaderent, quod tamen secus accidit in Principe illo tibicine. Alias qui ad mortem damnati essent latrones gladiatores (exemplum est latro Silurus apud Strabonem VI. p. 419. B.) in haec pegmata conjiciebantur sine vllis praesidiis, vt ruina ista contriti et comminuti oblectamento essent spectatoribus. *Böttiger*, qui plura dabit l. c.

Vs. 8. 9. *Sinistram fregit tibiam Duas cum dextras m. p.* De hoc loco cf. Excurs. XXX. coll. Tab. aen. in fronte huj. libri; Pitture d'Ercolano T. IV. F. XXXIV. p. 161. et T. XLIII. p. 201. *Burney's* General history of Music, T. I. Tab. VI. n. 1.

Vs. 10. *Inter manus sublatus.* Eorum scil. qui misero subuenerunt. Plautus Most. II. I. 8. Sic aliquis apud Liv. L. III. C. 13. *inter manus domum ablatus*; et apud Sen. de Breuit. vit. c. 12. *ex balneo inter manus elatus.* Desbillonius. Sic Flor. III. 19. fin. et 21. n. 26. et alii saepe loquuntur. *Burm.* Adde Not. Scheffer. et Scioppii suspect. Lect. L. III. C. 5. p. m. 130. sq.

Vs. 11. *Transeunt. Ire et transire* de tempore vsurpantur. Ovid. Met. II. vs. 330. sq. *Hoegstrat.* Tibull. I. IV. 27. *transiit aetas quam cito!* Senec. Thyest. 398. Sic cum *transierint mei nullo cum strepitu dies.*

Vs. 12. *Curatio venit ad sanitatem.* Locutio singularis et rarior. Similis locutio est ap. Prop. III. XXIII. 18. *vulneraque ad sanum nunc coiëre mea,* quo loco tamen nonnulli legunt *vulnera et ad saniem n. c. m.*

Vt spectatorum mos est, et lepidum genus,

Vs. 13. *Et lepidum genus.* Etsi in vulgato nihil est, quod morari possit lectores; tamen varie tentarunt viri docti hunc locum. Colerus conjicit *en lepidum genus*, cui cur assentiat non videt Rittershusius. Guyeto scribendum videtur, *vt spectatorum moris est, lepidum genus*, i. e. tibicen; quia apud Ciceronem est, *negauit moris esse Graecorum*, sed vide mox. Heinsius, *et cupidum genus*, quod, judicante Burmanno, non satis exprimit, cujus rei cupidum sit: nam durum esset sub-

---

Vid. Broukhus. ad h. l. Huic similem tantum illam inuenit Schefferus apud Plin. XXXIII. 3. *quo saepius arsit, proficit ad bonitatem.* Fortasse Phaedrus eodem modo dicere potuit *venit ad sanitatem*, quo Caesar, etsi alio sensu, B. G. I. 42. *reuerti ad sanitatem. Curatio.* Donat. ad Ter. Andr. I. I. 3. *curatio propria medicorum est*; *cura reliquorum.* Desbill. Haec vox admodum frequens est, vbi de opere medicorum sermo est. Cels. I. 6. Praef. *morborum curatio.* Cic. Off. I. 24. *grauioribus morbis periculosas curationes et ancipites medici adhibere coguntur.* Sic alibi saepius. *Ad sanitatem.* Ter. dixit *ad salutem*. Andr. III. II. 2. et Adelph. IV. I. 3. *Burm.* Male nonnulli vocem *curatio* capiunt pro medico: quod etiam significare posset: medicus recipit sanitatem.

Vs. 13. *Et lepidum genus.* Referenda haec ad spectatores, non ad tibicinem ejusque artem, quod volebat Rigaltius, improbantibus Fabro atque Scheffero. Idem est ac si dixisset, vt spectatorum mos est, et vt genus spectatorum (spectatores) solet esse lepidum; seu, vt spectatorum, quorum genus lepidum esse solet (qui solent esse lepidi) mos est. Vocat Phaedrus spectatores *lepidum genus*, i. e. lepidos (*artig, galant*) quia desiderio flagrabant, videndi Principis (Vs. 14.) quem per aliquot menses (Vs. 11. sq.) non audiuerant inflantem tibias, sicque publice ostendebant, quantopere delectarentur artifice isto scenico. Nil simplicius hac interpretatione loci, quem verto: *Das Publikum (man kennt schon seine Weise; es ist sehr artig und galant) wünscht sehnlich den* cet. *Genus spectatorum* autem eodem modo dictum, quo Phaedrus Prol. III. 33. dixit *fabularum genus*, pro fabulis, et L. IV. VII. 2. *jocorum genus* pro jocis. Cl. Satt-

Desiderari coepit, cujus flatibus
Solebat excitari saltantis vigor.

intelligere, cupidum videndi Principem. At sequitur *desidarari coepit.* Jo. Fr. Gronov. malebat *ad lepidum genus*, i. e. vt solent esse affecti erga illud suaue genus tibicinum. Sed vellet, Burmannus illustrasset genus illud dicendi, *esse ad aliquem*, cujus, si non addatur adjectiuum aliquod, exemplum ignorat. Cl. *van Bergen* Crit. Obs. C. XXXIV. p. 76. si quid mutandum, pro *et*, scriberet *id*, atque explicaret *id lepidum genus* (tibicinis) *cujus flatibus solebat excitari saltantis vigor, coepit desiderari, vt spectatorum mos est*, si quid diu abest, quod antea semper adesse solebat. Quamquam, si quem exigua haec mutatio τȣ̃ *et* in *id* offendat, sine vlla correctione eumdem sensum elicere possit, si modo *et* sumat pro *etiam.* Sed vt omittam, *lepidum genus* melius referri ad spectatores, quam ad Principem, Vid. Not. ad vs. 13. nescio, an *genus tibicinis* de vno tibicine recte dicatur. Certe Phaedrus dixit *pauidum genus* de ranis, non de rana; *proprium genus*, de graculis; *genus mortalium*, de hominibus. Ita *genus piscium* apud Hor. I. Od. II. 9. etsi probe sciam, alio sensu dici posse *genus tibicinis* pro ejusdem prole, vt *genus* Adrasti Ovid. Fast. 433. pro Diomede.

---

ler. haec ita reddidit: *Das Publikum, man kennet seine Sitte, seine Launen ja.* Alii interpretes longius abeunt, Schefferus, cui obsecutus est ill. de Schirach, *lepidum genus* interpretatur, quod gaudet rebus laetis et jucundis. Burmannus spectatores ita dici censet, quia in desiderio suo testando et postulando Principe, jocis vel dictis quibusdam fuerant vsi. Laudat vero Sueton. Claud. C. 21. Tit. C. 8 Desbillonius τὸ *lepidum genus* ironice capit, tamquam si stulte cupidum dicere voluerit poëta. Alii τὸ *lepidus* reddunt *drollicht, possirlich, komisch, launig, gutmüthig.*

Vs. 14. *Desiderari coepit* is, vel Princeps. *flatibus.* Canticibus. Sic *tibicines* dicti *flatares.* Festus: *flator, tibicen.* Scheffer.

Vs. 15. *Saltantis* Bathylli. *Vigor.* Eleganter at apte. *Tzschucke.* Sattler. *Durch dessen Flötenton das Tänzers Feuer angefachet ward.*

Erat facturus ludos quidam nobilis,
Et incipiebat ingredi Princeps. Eum
Adducit pretio, precibus, vt tantummodo
Ipso ludorum ostenderet sese die.
Qui simul aduenit, rumor de tibicine
Fremit in theatro: quidam affirmant mortuum,

Vs. 16. *Nobilis.* Praeter J. F. Gronov. et Burmannum ediderunt *nobiles*: Bentlej. Richter. Desbillon. Didot. sed vid. ad L. V. F. V. 4. *Nobilis* habent Rittersh. Rigalt. Nevel. Faber, Vrsin. Scheffer. prima Burmanni, Maittar. Lallem. Brotier. Jördens. al.

Vs. 17. 18. Vid. Excurs. XXX. ad h. v. *adducit.* Cl. Brotier e libris scriptis et Plin. H. N. VII. 48. tuetur *reducit*, quod alienum est h. l. cum repugnet sensui et nexus orationis requirat *adducit*, vel *inducit.*

Vs. 16. *Erat facturus ludos quidam nobilis.* Vid. ad L. V. V. 4.

Vs. 17—19. *Ingredi.* Incedere, ambulare. Plin. H. N. XI. 51. *Qui celerius fari coepere, tardius ingredi incipiunt.* Desbillon. Cic. L. X. ad Div. Ep. 17. *cum primum posse ingredi coepit.*

Vs. 18. *Eum adducit* sc. nobilis, qui faciebat ludos (Vs. 16.) *Pretio, precibus.* Non solum promisit praemium, verum etiam adjecit preces. Vid. L. IV. XXIV. 6. et L. I. VIII. 1. 6. *Schw.* Formula sollemnis. Respexit autem locum Ter. Eun. V. IX. 24. sq. *perfice hoc precibus, pretio.* Scheffer.

Vs. 19. *ostenderet sese.* In conspectum prodiret populi, quamuis inflare non posset tibias. Cf. Excurs. XXX. ad vs. 25. not. k.

Vs. 20. *Qui* sc. dies ludorum, *simul*, simul ac, *aduenit.* Male τὸ *qui* referunt, Albinus, Gallicus interpres, ad Principem; Hoogstratanus ad *rumor.* *Aduenit.* Burmannus citat Virg. A. VII. 145. XI. 687. X. 11. Vid. etiam L. I. F. XVI. 7. *rumor fremit.* Eleganter, pro, fit rumor. De elegantia locutionis v. *Ernesti* Rhet. §. 302. Verbum *fremere* autem in tali re sollemne Virg. A. L. I. 559. *Cuncti simul ore fremebant Dardanidae.* Alii poëtae *rumor strepit.*

Quidam in conspectum proditurum sine morâ.
Aulaeo misso, deuolutis tonitrubus,
Di sunt locuti more translatitio.

Vs. 23. *Aulaeo misso.* Ita MS. Rem. et Edit. Vet. In MS. Pith. legitur *miso.* Philipp. emendauit, *demisso aulaeo.* Sine necessitate.

Vs. 24. *Di.* Heinsius *diis collocutis*, probante Walchio.

Vs. 22. *In conspectum proditurum.* Paullo ante, *sese ostenderet.* Cf. Not. ad L. V. V. 27.

Vs. 23. *Aulaeo misso.* *Aulaeum*, siue siparium demittebatur, sternebaturque, quando produituri erant Histriones; tollebatur autem, vbi finitum erat spectaculum. Cic. pro Coel. C. 27. *Scabilla concrepant; aulaeum tollitur.* *Desbillon.* Bene etiam haec explicauit cl. *Meineke.* Recte Sattlerus: *der Vorhang fiel.* Eodem modo Ammianus L. XXVI. dicit, *aulaeo misso*, i. e. demisso, teste Gronovio. Ex quo patet, minus accurate dici a Schulzio: „misso *könnte stehen entweder für* demisso, *vom Zuziehen des Vorhangs*, *oder für* dimoto *vom Aufziehen.* Apulej. I. Met. p. 106. et X. Met. p. 253. 23. Elmenh. dixit, *siparium scenicum complicare*; *aulaeum tragicum dimouere*; *aulaeum subducere.* Cum his compara Schefferi et Burmanni Notas. *Deuolutis tonitrubus.* Proprie, quia tonitrua imitabantur saxis deiectis post scenam, magno cum fragore, vt ex Festo constat v. *Claudiana tonitrua.* — *Scheff.* Festus: *Claudiana tonitrua appellabantur, quia Claud. Pulcher instituit, vt ludis post scenam conjectus lapidum ita fieret, vt veri tonitrus similitudinem imitaretur. Nam antea leues admodum et parui sonitus fiebant, cum claui et lapides in labrum aeneum conjicerentur.* Gronov. Claud. Pulcher aedilitatem gessit A. V. DCLV. *Brotier.* Vide mox Not. Desbillonii ad vs. 24.

Vs. 24. *Di sunt locuti.* Personae Deos exhibentes. Ita Deos loquentes inducit Plautus, Prol. Amphitruon. Mercurium; Prol. Aulul. Larem familiarem; Prol. Bacchid. Sileuum. *More translatitio.* *Translatitius* proprie aliunde petitus et translatus. In legibus et ediotis inprimis *tralatitium* dicitur, quod totidem verbis ex alia lege, alione edicto repetitum est; vnde ad Att. V, 21. Verr. I. 44. *tralatitium edictum.* Hinc *tralatitia* dicuntur vulgo vsitata, vulgata, nota: ad Div. VIII. 5. *nosti enim haec trala-*

Tunc Chorus ignotum et modo reducto canticum
Imposuit, cujus haec fuit sententia:
Laetare, incolumis Roma, saluo Principe.

Vs. 25. sq. De hoc loco vexato v. Exc. XXX. ad h. vs.

---

titia. Ernesti Clav. h. v. Aliter vocem *translatitius* explicat Salmasius Exerc. Plin. p. 124. non sine caussa aliter sentiente Scheffero. De vsu hujus vocis, apud ICtos v. Rittershusius. Adde Dispontin. Gesner. in Thes. et Wasium in Senar. p. 236. *Schw.* Verba Phaedri docere nos videntur, in ipso ludorum scenicorum principio solitos esse Deos loquentes introduci: quod quidem vel populo Romano, vel reipublicae optimatibus, vel postea Imperatoribus gratulandi plerumque caussa factum fuisse existimauerim. Hos etism Deos transenna, i. e. fune, demitti solitos in theatrum, satis aperte significat Sallustius, Histor. L. II. apud Nonium C. 2. Sect. 8. 59. (Locnm etism inuenias in Edit. Sallust. Bip. p. 237.) Is enim Ludos histricos a Metello Pio, in Hispaniam vlteriorem regresso, exhibitos commemorans: *Transenna*, inquit, *demissum Victoriae simulacrum cum machinato strepitu tonitruum, coronam capiti imponebat.* Vbi vides deuolutis quoque tonitrubus numen Victorise fuisse praenuntiatum. *Desbillon.*

more. In alia re Ovid. II. ex Pont. V. 54. *Hoc superos jures more solere loqui.* Burmann.

Vs. 25. sq. Tunc chorus et centicum, i. e. canticum, quod chorus canebat ex more, ceteris omnibus notissimum, sed tibicini, modo in theatrum reducto, plane ignotum, imposuit huic, s. decepit, eum, induxit in errorem, vt per Principem vs. 27. se designari crederet, cum de Imperstore, non de tibicine, sermo esset. *Chorus et canticum* vel explicari potest, canticum, quod chorus canebat ex more, vel per ἓν διὰ δυοῖν canticum chori. Vid. Burm. *Reducto.* Proprie. Ita Plin. H. N. VII. 48. *Galeria Copiola Emboliaria reducta est in scenam C. Poppaeo, Q. Sulpicio Consulibus*, quem locum produxit Brotier. *Imposuit.* Hoc verbum, vnde *impostor*, pro decipere capi, omnibus notum. Hisce adde, quae notantur in *Supplendis.* Vol. II. ad h. l.

Vs. 27. Formula sollemnis gratulantium, qua in rebus laetis, e. g. accepto de victoria nuntio, aut Principe e manifesto discrimine erepto, accla-

In plausus consurrectum est. Jactat basia

Vs. 28. *jactat.* Cf. Excurs. XXX. ad h. v.

---

mare solebant. Principibus. Ita Sueton. Cal. 6. refert, vbi Germanicum conualuisse nuntiatum est, hunc versum passim in vrbe esse decantatum: *Salva Roma, salva Patria, saluus est Germanicus.* Similiter Alexandro Severo post victoriam Parsicam vndique omnes acclamasse: *Salva Roma, quia saluus est Alexander,* auctor est Lampridius, Vita ejus. Vid. Brisson. de Form. L. VIII. p. m. 719. *Ferrar.* de Acclam. L. I. C. 12. Lindenbrogi Observatt. in Amm. Marcell. L. XIV. p. 11. *saluo Principe.* Quia saluus est Princeps, i. e. Caesar, s. ob salutem Principis. Intelligit Santorocus Augustum, qui, teste Suetonio, graues et periculosas valetudines per omnem vitam aliquot expertus est. Vid. C. 80. sq. Inprimis hic morbum innui putat, cui madebatur Antonius Musa. Cf. Suet. C. 59. *Aug.* Quia Princeps tibicen Augusti aeuo clarus fuit, (v. Vs. 4. 5. huj. fab.) haecce conjectura non vana est; sed haec cum aliis hujus generis in incerto relinquenda sunt. *Schw.* Hinc videtur colligi, accidisse illa post detectam Sejani (in quem sub Principis nomine ludere Phaedrum credit Rigaltius, contradicente Freinshem.) conjurationem, et supplicium de eo sumtum. Licet enim alio in argumento diceretur, tamen spectatores mora suo simul id accipiebant de Tiberio, et ideo edebant plausus. Moris hujus habes euidens exemplum apud Suet. Aug. C. 68 Sane in quae alias Augusti et Tiberii tempora haec sententia magis congruat, haud liquet, cum proferri eam moris fuerit, non nisi e manifesto vitae discrimine Principe erepto. *Scheff.* Brotierius haec censet contigisse A. V. DCCCXII. A. C. IX. quo ludos votiuos pro Salute Augusti factos constat: qua de re extant numi Augusti tam aurei, quam argentei.

Vs. 28. *Consurrectum est.* Simul ab omnibus surrectum est, vt plausus ederent. Stantes enim fere edebant, praesertim si hoc principis caussa facerent. Vnde intelligitur, quod habet Suet. Aug. C. 56. de filiis Augusti: *eisdem praetextatis adhuc assurrectum ab vniuersis in theatro, et a stantibus plausum, grauissime questus est.* Scheffer. Honoris praecipui caussa. Cic. Att. II. 19. *inimici erant equitibus, qui Curioni stantes plauserant.* Plaudebatur autem non praesentibus

Tibicen; gratulari fautores putat

Vs. 29. *putat.* Harius post Walchium, *jactat basia — putans*, quod receperunt Cuningham. Jördens.

---

tantum verum etiam absentibus viris magnis, principibus maxime. Sic apud Tac. Hist. L. II. 55. 2. *vt cessisse vita Othonem* cet. *certi auctores in theatrum attulerunt, Vitellio plausure.* Freinsh. Hisce adde locum Propertii L. III. XVI. 18. quem produxit Desbillonius. Surrexisse etiam qui sedentes interesant recitationibus, quoties plaudendum erat, probat Gudius e Plin. L. VI. Ep. 17. cf. Ferrar. de Acclam. et Plausu L. I. C. 14. in Graev. Thes. A. R. T. VI. *Jactat basia Tibicen.* Plura de hoc more Lipsius in Elect. (L. II. C. 6.) male tamen ibidem ab illo scriptum est, adorantes manum prius porrigere, deinde statim ad os referre solitos. Imo contra illi faciebant. Manum enim osculari, deinde eam versus illum, quem adorabant, protendere consueuerant. Et hoc erat, quod dicebant, *oscula jacere*, et *basia jactare*. Tac. L. I. Hist. 36. *Nec deerat Otho, protendens manus, adorare vulgum, jacere oscula* cet. *Jactare basia* apud Juuenalem (IV. Sat. 18.) Phaedrus: *jactat basia tibicen*, i. e. populum adorat. *Jacere* autem osculum is proprie dicitur, qui manum osculatur, deinde eam porrigit ad eos, quorum honori ac venerationi dat illud osculum. Nam protensione manus, quam prius erant osculati, quodammodo osculum ipsum porrigere et jactare ad eos videbantur, qui bus honorem illum deferebant. Hoc ostendit Juuenalis, cum dicit, (III. Sat. 106.) *A facie jactare manus laudare paratus Si bene ructauit.* Qui a facie jactat manus, is vtique manu faciem prius tangit, quam eam jactet, h. e. manum ad os refert, deinde eam jactat et porrigit, postquam eam osculatus est: et sic quodammodo osculum ipsum jactare ac porrigere creditur: *manu venerari* et *manu salutare* hoc dicebant. Tacitus L. XVI. Ann. de Nerone cantante: *postremo genu flexus, et coetum illum manu veneratus est.* Histrionem ille verum agebat; at histrionum, pantomimorum et cantorum mos hic erat, vt populum scenam ingressi adorarent. Vetus epigramma (L. IV. p. 131. in P. Pith. Epigramm. et Poëmat. Vet. Lugd. 1596.) *ingressus scenam populum saltator adorat.* Sic aurigae flagello populum venerabantur. Cum enim dextram manum in adorando ad

Equester ordo stultum errorem intelligit,
Magnoque risu canticum repeti jubet.

---

os referrent, aurigae, qui dextra flagellum tenebant, flagellum ipsum osculabantur et sic adorabant. *Salmasius* ad Vopisc. Prob. C. 23. T. II. Scriptt. H. A. p. 686. sq. qui plura dabit, cum quo conferendus *Ouzelius* in Animadv. ad Minuc. Fel. Octav. p. 9. Ejusmodi oscula dicuntur *labrata*, i. e. labris impressa, vt loquitur Minuc. Fel. p. 2. Ouzel. *Caecilius, simulacro Serapidis denotato, manum ori admouens osculum labiis pressit.* Princeps Tibicen autem, stulte sibi tribuens, quod in honorem Caesaris factum erat, basia jactando gratum suum animum populo vult significare. Cf. Gud. et Scheff. Notas; i. Exc. XXX. ad. h. v.

Vs. 29. *Gratulari.* Absolute, vt L. IV. XII. 4. intellige, sanitatem recuperatam. *Fautores.* Spectatores, qui appellantur *fauitores*, a Plaut. Amphitr. 66. teste Gronovio. Vid. ad L. V. V. 25.

Vs. 30. *Equester ordo stultum errorem intelligit.* Vide quae notantur in Exc. XXX. ad vs. 28. Sedebant autem equites loco separato in spectaculis publicis, in XIV. gradibus, proxime orchestrae junctis. Senec. de Benef. L. II. C. 12. appellat *equestria* sc. sedilia.

Vs. 31. *Repeti jubet.* Vt saepe fiebat, vbi ab histrionibus aliquid pronuntiaretur, quod spectatoribus placeret, et illi in alium sensum detorqueri posse gauderent. Vid. Cic. II. ad Att. 19. *Burmann.* Equites, qui sedebant propius, stultum errorem statim intelligunt, et canticum repeti jubent non sine magno risu: jubent autem repeti, non ab ipso tibicine, vt Porturegiensis interpres credidit; neque a Musicis, vt voluit hujus censor Tanaquillus Faber, sed ab vnico illo histrione, qui personam hujusmodi sustinebat. Diomedes Grammaticus L. III. p. 489. Putsch. *Membra Comoediarum tria sunt, Diuerbium, canticum, Chorus —. In canticis autem vna tantum debet esse persona.* Ibidem docet ille, Chorum abasse a Latinis comoediis: vnde conjicere licet, ludos Pantomimorum celebritatem apud Romanos ideo praesertim habuisse maximam, quod exhiberent oblectamenta omnia, quae Tragoediae separatim et Comoediae continebant; atque in iis argumenta modo tragica, modo comica gestu exprimerentur; quod at praeterea Can-

Iteratur illud. Homo meus se in pulpito
Totum prosternit: plaudit illudens eques;
Rogare populus hunc coronam existimat.

Vs. 32. *Iteratur.* Distinguit Bentlejus post *iteratur: illic homo:* qua *hic* et *illic* eleganter pro *tunc* sumi solet: quod debuisset probare vir doctus de τῷ *illic.* Sed producit exemplum; vt sunt ad manum plurima certe, de τῷ *hic*, de quo hic non agitur, quo modo si liceat emendare, nihil vmquam nos morabitur. Multo verosimilius Heinsius *illico;* sed seruemus *illud*, sc. canticum. *Burmann.*

---

ticum aliquod vnius Personae voce recitaretur, Chorusque saltantium, i. e. motibus et conuersionibus recte ordinatis incedentium, gestusve significantissimos exprimentium numerosissimus induceretur. *Desbill.*

Vs. 32. *Homo meus.* Eleganter. Petron. C. XLI. *duraui rogare interpretem meum.* C. LXII. *Homo meus coepit ad stellas facere.* Quinctil. Decl. XII. 18. *At legatus meus ad emendum modo proficiscitur,* vbi vide. In quibus omnibus judicii nostri de talis hominis ingenio vel moribus nota quaedam subest: et hoc Franci lingua sua, *mon homme* dicentes, obseruant. *Burmann.* Quibus adde locum Ter. Adelph. III. II. 38. quem affert Desbillonius. Non inepte cl. Tzschucke post Schefferum eleganter ita dici censet ad commiserationem noti hominis et hac narratione frequentati. Cf. L. II. II. 7. L. II. V. 19. 20. Alii, vt Gronov. Schulze, vel Phaedrum putant sic locutum esse per contemtum; vel per contemtum cum commiserationis sensu conjunctum. Ita sentit ill. de Schirach. Clav. P. I. v. *homo.* A genio linguae vernaculae non multum abhorrere videtur, si vertas: *mein guter Flötenspieler. pulpito.* Locus in proscenio eleuatior, in quo recitantes stabant; *die Zocke der Vorscene, der Bühne.* De eo videndus Vitruv. L. V. C. 6. et Vocabular. Vitruv. Rod. v. *pulpitum.*

Vs. 33. *Prosternit.* Lepide ad stultum hominis errorem ornandum. *Tzschucke.* Intendit cultum et pietatem: cum antea, vt animum gratum declararet, plaudenti populo jactasset basia. *Plaudit illudens eques.* Plaudunt equites, tibicinem irridentes.

Vs. 34. *Rogare coronam.* Rogare, vt corona, seu palma decoraretur, tamquam praemio, quo praestare ipsum in arte

Vt vero cuneis notuit res omnibus,
Princeps, ligato crure niueâ fasciâ,
Niueisque tunicis, niueis etiam calceis,

Vs. 37. *Niueis tunicis.* Gudius praefert *nivea tunica*, nisi quis accipere velit de duplici tunica.

---

musica publice ostenderetur. Ejusmodi coronae et palmae memorantur a Suet. Dom. 4. et Ner. 22. Laudat etiam Gronov. Plaut. Amphitr. Prol. 69. *qui ambissent palmam histrionibus.*

Vs. 35. *Cuneis.* Cunei sedilia erant spectatorum inter duo scalaria, quae dicebantur a forma *cunei*; cuneorum enim speciem exhibebant. Vid. *Rode* V. C. ad Vitruv. L. V. C. 6. not. c. Vers. Germ. Settler. *Gallerie.* Sensus: Vt vero *res*, stultus error tibicinis, *omnibus cuneis*, spectatoribus, in cuneis sedentibus, notuit.

Vs. 36. sqq. Sensus est: Princeps, qui crura sibi niueis fasciis ligauerat, niueamque etiam tunicam et calceos niueos induerat, cum adeo stultus esset, vt Canticum, in honorem Diuinae, siue Augustae Domus recitatum, sibi vindicaret et hinc superbiret, ab vniuersis spectatoribus jussus est prono capite foras protrudi. *Desbillon. Niuea fascia.* Haec non debent conjungi cum *superbiens* (quod facit Gudius, v. V. L.) sed cum *Princeps*, hoc modo: Princeps ligato crure, niuea fascia, Princeps niveis tunicis et calceis, vt supra L. II. V. *tunica*, *cirris dependentibus*; et mox fab. sq. *occasio*, *comosa fronte*: subintelligi potest *in* vel *cum*, vt dicimus *in hasta*, *in telo*, *in veste*; vel *cum veste* cet. vel potest jungi τῷ *ligato*, vt sit *crure ligato niuea fascia*, (ita praeter Gronovium jungunt alii) vt ita caput Lysimachi vulnerati diademate fuit ligatum, apud Justin. XV. 3. sed propter sequentia praefero prius. Erat vero hic habitus femineus, vt *niuei calcei*, de quibus vid. ad Ovid. III. Art. 271. Et ita Citharoedi et tibicines, molles plerumque viri, delicato et fere muliebri cultu (libero homine indigno) vtebantur. Nihil ergo hic deest, nec opus cum Hauptio — Misc. Lips. T. I. p. 260. intrudere versum inficetum —. Crediderunt vero quidam, sensum deficere, quia illos ablatiuos nescirent quo referent interpretes: nam cum *superbiens* non poterant conjungi, quia haec non esse ornamenta peculiaria diuinae do-

Superbiens honore diuinae domus,
Ab vniuersis capite et protrusus foras.

Vs. 38. *Superbiens honore diuinae domus.* Sic optime Paris. sublatis etiam notis lacunae ante hunc versum (quae habentur in Editt. Ritterahus. J. F. Gronov. al.) Deest enim nihil. Edebatur antea, *honorem vidit diuinae domus* (ita Nevel. Vrsin.) *Freinshem.* Gudius legit, *Honorem in diuinae domus*, de veteri hac formula, quae siglis etiam ita notatur IN H. D. D. erudite disputans. Vs. 33 — 39. hoc ordine legi vult Rigaltius: *T. p. plaudit illudens eques: Princeps ligato crure nivea fa cia; Niveisque tunicis, niueis etiam calcis, Superbiens honorem inuidit diuinae domus, Rogare populus h. c. e. Vt vero ouncis n. r. o. Ab vniuersis c. e. p. f.*

---

mus sciebant: nec per appositionem cum τῷ *honore* jungi; (ita tamen jungi vult Guyetus, qui τὸ *honore* capit pro candidis vestibus, candido ornatu) sed superbiebat princeps tibicen honore diuinae domus, i. e. canticum, hujus honori a laetante choro datum, suum in honorem credebat cantari et repeti; (vel plausus, qui facti erant in honorem imperatoris et domus Augustae, in suum fieri honorem). De *diuina domo* multa mentio in inscriptionibus. Vid. indicem Gruteri. (Hisce adde lapides, quos describit Gudius.) *Burm. Nivea fascia.* Delicatum et mollem in ipso vulnere producit, et risum mouet. *Tzschuck.* Quasi nondum procurato vulnere fomenta applicita erant. Amm. Marcell. L. XVII. de Pompejo (p. 103. Edit. Vales. et p. 112. Lindenbr. coll. Val. Max. L. VI. C. 2. §. 7. *quod aliquamdiu tegendi vlceris caussa deformis, fasciola candida crus colligabat.* Gronov. Cf. Exc. XXX. not. k. *niveis calceis.* Ex Ovidio, Martiale, Tertulliano notum est, albos calceos Romae vsitatos, elegantioribus et viris et mulieribus, quin etiam histrionibus. Vide Salmasium ad Aurel. Vopisc. C. 49. et Burm. ad Ovid. A. A. III. 271. supra jam cit. *superbiens honore diuinae domus.* De sensu horum verborum vid. paullo ante notata ad vs. 36. sqq. *Diuina domus* est *Caesarea*, s. vt appellat Val. Max. L. VIII. C. 15. init. *Augusta.* Add. nota Tollii P. III. Phaedri p. 183. Male h. l. intellexit ill. de Schirach Clav. P. I. v. *niveus*, vbi *refert*, inquit, *poëta vestitum hujus tibicinis, quo factum esse nobis*

persuadere vult, vt ita superbiret Princeps. At superbiebat hic honore diuinae domus. *Capite est protrusus foras.* Praeceps, prono capite protrusus est. Locutio frequens de illis, qui vi ex loco quodam extruduntur, qui plerumque cadunt vi impellentium in caput, vel proni certe capite protento fugere coguntur. Vid. Burmann. Ceterum non putauerim cum Gudio, Principem in inuidiam incidisse propter tunicas niveas, fasciam niveam et niveos calceos, quia istae fuerint vestes regum et superiorum, illa speciem habuerit diadematis: de quo copiose et erudite more suo disputat vir doctus. Erat enim hic habitus femineus communisque cum feminis citharoedorum, tibicinum et mollium virorum; nec probari potest, haec peculiaria domus Augustae ornamenta fuisse. Ipsi Gudio non dubium est, quin vsi fuerint tibicines Romae in ludricis actionibus tunicis candidis. Immo longe alia erat invidiae ratio, vt vidimus.

Hanc narrationem lepidam non esse fabulam, sed historiam illius temporis, jam olim notauit Rittershusius.

FABULA VIII.

OCCASIO DEPICTA. *)

Cursu volucri, pendens in nouaculâ,

*) In MSS. Pith. Rem. et Editt. Vet. legitur: *Tempus*, pro quo recentiores habent: *Occasio depicta*.

Vs. 1. Vulgo legitur: *Cursu volucri pendens in nouacula:* in qua lectione nil mutandum censeo; varie tamen locum sollicitant Critici. Pithoeus corrupte ediderat, *Cur sit*, vnde Rittershusius fecit, *Vir sit*, h. e. pingatur; formula, a Mathematicis sumta, qui lineam vel circulum pingere jubentes dicere soleant *sit*, vel *esto*; sed fere omnes deinde *Cursu* ediderunt. Bentlejus: *Cursu ille volucri*; sine necessitate. Buchnerus volebat *cur sic*, et post *reprehendere* vs. 4. ponebat interrogationis punctum, et pro *pendens* legebat *pendet*. τὸ sic etiam reponit Cuninghamus. Burmannus: „Posset et aliquis hic reponere, *cursu volucris, pendens in nouacula*, vt *cursu celer* et similia occurrunt: quia variare voluisse videtur noster occasionis, siue temporis dotes. Sed seruo vulgatam, et distinguo cum aliis post *volucri*: ita mox, *comosa fronte, nudo corpore*.

Vs. 1. Quidam hic imaginem temporis putant exprimi, quod tenebat nouaculam manu, ex Epigrammate Posidippi in Anthol. L. IV. C. XIV. p. 486. (*Brunck*. Anal. T. II. p. 49.) sed respicitur ad prouerbium Graecum ἐπὶ ξυρῦ ἀκμῆς, de quo Erasm. in Proverbiis titulo discriminis p. 260. cui adde aliud epigramma ex L. III. C. V. p. 291. Ἀκμᾶς ἑστηκυῖαν ἐπὶ ξυρῦ Ἕλλαδα πᾶσαν Ταῖς ἡμῶν ψυχαῖς κείμεθα ῥυσάμενοι. Neque hic de volante imagine, (quam vident Gronov. Dispontin.) aut cum alis (Rigalt. Toll. Hoogstrat. *cursu volucri* interpretantur *alatis pedibus*) agitur, sed quae suspensis pedibus stat in acie nouaculae, et jamjam auolatura videtur, vt recte Perizon. ad Aelian. L. XII. V. H. C. 58. *Pendere* saepe quidem de volantibus, qui in aëre, leni volatu se mouentes quasi pendent, vt et Schefferus ex Ovid. IV. Met. 616. docet, et ita alii; at hic capiendum de tali statu corporis, quo osten-

Caluus, comosa fronte, nudo corpore,

Et praeterea huc credo respexisse Senecam VI. Nat. Quaest. C. vlt. *in puncto fugientis temporis pendeo.*" *Cursu volucri pendens in nouacula*, scribendum et interpungendum esse, docet Drakenb. ad Silv. IV. 179. Nam *pendentem in cursus*, dixisse Stat. ad Crispin. Silv. V. II. 115. et *pendere in cursus* dici, vt *pendere in verbera*, de auriga, apud Virg. Aen. V. 147. et Sil. Quem Virgilii locum Desbillonius affert ad firmandum conjecturam suam, *pendens in nouaculam*, non quae pedibus ejus subjecta sit, quemadmodum plerique recte explicant, at quam gerit manu. Quam inconcinne vero cl. *Jakob* reposuerit *pedes in nouacula*, docet Censor doctus in A. L. Z. ann. 1785. II. p. 281. Broukhus. ad Prop. IV. II. 28. distinguit: *Cursu volucri, pendens, in nouacula;* alii *cursu volucri pendens, in nouacula.*

Vs. 2. *nudo corpore.* Bipontini ediderunt *nudo occipitio.* Cf. Not. ad vs. 2.

---

ditur inclinatio in celerem et volucrem cursum, vt apud Virg. V. A. 147. de aurigis, *pronique in verbera pendent.* Nec hic, *in nouacula* est, vt fab. prsec. diximus, *in fascia, hasta, in armis* (vt idem sit, quod, cum nouacula, nouaculam manu tenens, quae Scheferi (etiam Fabri, Gudii, Gronov. Maittarii, Santoroc.) est explicatio; sed reuera pendens in nonacula, pedibus tantum non ei inhaerentibus. *Cursus volucer* vt de volatu, ita et de celeri ingressu per terram potest intelligi, vt sit *caluus cursu volucri*, pro velox. Ita apud Claud. III de Laud. Stil. 321. *Non volucri fugiunt pernicia cursu*, et de nauigatione Ovid. I. Trist. X. 5. *Nec comites volucri contenta est vincere cursu.* *Burmann.* Ita cum Burmanno etiam ceperunt Heusinger et ill. de Schirach, cujus Clav. vide voc. *in* et v. *pendere.* Male haec reddidit Albinus, Gallicus interpres, ideo notatus a Burmanno. Gerike: *Im schnellen Flug hinschwebend über ein Schoermesser.* Ordo verborum: Caluus cursu volucri, pendens in nouacula, cet. significat occasionem rerum breuem. *nouacula.* Saepe legimus de celeribus et velocibus, super fluctus, arenas, aristas et similia (flores, gramina) cucurrisse. Vid ad Val. Flacc. III. 528. et Comment. ad Virg. VII. A. 808. sed nunquam super acumina nouaculae. *Burm.*

Non dubito, autorem hujus

Quem si occupâris, teneas; elapsum semel

---

fabellae ob oculos habuisse, cum haec scriberet, simulacrum aut sigillum aliquod Occasionis. Sed frustra sunt, qui ad inclutum illud Lysippi signum, quod epigrammate nobilitauit Posidippus, (Analect. T. II. p. 49. XIII.) fabellam hanc compositam esse clamitant. Lysippi Occasio suspensis pedibus librata orbi s. sphaerae insistebat, vt manifesto apparet e Callistrati statuis C. 6. p. 897. Ed. Olear. εἱστήκει δὲ ἐπί τινος σφαίρας, ἐπ' ἄκρων τῶν ταρσῶν βεβηκώς, quod, si certissimam Jacobsii conjecturam amplectaris, repetit in fine expositionis. Vid. *Jacobs Exercitt.* Crit. T. II. p. 39. Nostra vero Occasio *cursu volucri pendet in nouacula*, quod nisi vim verbis afferre, et contorta explicatione sensum illis affingere velis, a re plane alienum, nil aliud significat, quam Occasionis pedibus subjectam fuisse nouaculam. Bene obseruauit hoc post Perizonium Burmannus, male hoc nomine reprehensus ab obtrectatore ejus perpetuo, *van Bergen* in Obs. Crit. C. 32. p. 67. sqq. qui dum *in nouacula* exponit: instructus nouacula, parum profecto extricat. Nam quae ex Manilio et Virgilio laudat exempla satis nota, nil probant, cum semper τῷ *in* adjectum sit aliquid, vnde rarior illa significatio satis appareat; v. c. *fulget in arcu* Centaurus, explendescit ea sideris pars, quae arcum exprimit; *Horridus in jaculo* horret jaculis assidue vibratis; *in longa veste sacerdos*, i. e. indutus longa veste, vt quilibet intelligit, et sic sexcenta alia, quae congessit Broukhus. ad Tibull. I. 9. 70. et ad Propert. IV. 2. 28. Cf. quos laudat Drakenb. ad Silium II. 132. Scilicet fraudem hoc fecit interpretibus Phaedri, quod vnum Lysippi tantum signum, quo Καιρὸν exprimeret, in antiquitate cognitum et decantatum fuisse existimarent, parum memores, nobilissimum ejusmodi signum, quod Sicyone in propatulo (ἐν προθύροις Posidippi non satis aperte declarat locum) expositum omnes peregrinantes ad spectaculum sui alliceret, saepissime ab aliis artificibus fuisse expressum et repetitum. Recentiores artifices certamen sibi cum Lysippi ingenio ineundum esse rati passim nouarunt nonnulla, vt majorem spectatoribus injicerent admirationem. Sic factum esse censeo, vt nouaculam, quam dextrae Occasionis indiderat Lysippus, pedibus ejus subjicerent, repudiata sphaera, quam

Non ipse possit Jupiter reprehendere,

Vs. 4. *reprehendere.* Nevelet. *reprendere.* Sic in vno Statii libro inuenit Barth. quem v. ad Theb. VI. 568.

---

sollerter excogitauerat Lysippus, indicaturi scilicet occasionem *breuem* (i. e. ὀξὺν, vt est in epigrammate Posidippi. Sic ὀξύτεροι οἱ καιροὶ εἰς τὰ πολεμικὰ apud Xenoph. κ. π. VIII. C. 5. 7. vbi bene vertit *Zeunius:* quo *breuiores* esse solent opportunitates) ratione habita veteris prouerbii Homerici, ἐπὶ ξυροῦ ἀκμῆς ἵστασθαι (vid. Valkenaer. ad Herodot. p. 443. 30. *Warton* ad Theocrit. XXII. 16) Certe altera praeter vnam Lysippi imaginem veteribus cognita fuit τοῦ Καιροῦ deformatio. In illa nec nouaculae, nec sphaerae insistit Occasio, sed rotulae, et pedissequa illius effingitur Poenitentia, ἡ Μετάνοια. Phidiae vulgo tributum esse hoc inuentum, apparet ex epigrammate XII. Ausonii. Nimirum, quicquid praeclarum esset in artis operibus, Phidiae acceptum retulerunt posteriorum aetatum homines. Lysippi occasionem pulchre descripsit etiam Himerius in loco, quem Photius excerpsit, in editione nupera Himerii p. 240. vbi *Wernsdorfius* more suo omnia, quae reperiri possunt constipauit. Adde, quos laudauit Cl. *Jacobs* in Comment. ad Analect. T. III. p 146. *Böttiger.*

Vs. 2. *Comosa fronte.* Schefferus memorans Plinii (L. XVI. 6.) *comosam arborem*, explicat, comis abundante. Cato Grammaticus haec ita expressit: *fronte capillata est, sed post occasio calua.* v. Guyet. *nudo corpore.* Quo fit, vt non nisi fronte possit prehendi. Simulacrum Occasionis et Poenitentiae apud Auson. XII. 8. *caluo erat occipiti.* Cf. V. L. ad vs. 2. Adde Photii Ep. 170. p. 244. Edit. Lond. 1651. f.

Vs. 3. *occuparis.* Praeueneris et quasi in medio cursu interceperis. Ita Ovid. I. Trist. IX. 6. *occupare rates.* Cf. Epil. II. 5. Alii capiunt proprio sensu, pro, prehendere; nec sic male, vt Ovid. Fast. III. 509. dixit, *occupare amplexu.*

Teneas. Prehensam fronte noli dimittere. *Halt fest.* Senec. Ep. XXII. *Hanc occasionem circumspice, hanc si videris prende.* Auson. l. c. *Sed heus tu occipiti caluo es —. Ne tenear fugiens. elapsum semel.* Qui caluus si semel elapsus fuerit. Plaut. Capt. I. II. 8. 9. idem, sed alio modo dixit: *Semel fugiendi si data est occasio, satis est; numquam post illam possis prendere.*

Vs. 4. *Ipse Jupiter.* Locutio

Occasionem rerum significat breuem.
Effectus impediret ne segnis mora,
Finxere antiqui talem effigiem Temporis.

Vs. 6. Heinsius mallet: *Effectus impediatur ne segni mora*, quod placet Hoogstratano. V. 6. 7. *Kohlius* Pentadec. I. 49. p. 117. ad hosce versus acute haec obseruat: Phaedro, nisi me animus fallit, postremus fabellae versus hic erat: *Occasionem rerum significat breuem.* Sic enim argute satis et rotunde fabella clauditur. Qua breuitate, nescio quis, offensus inficetus adjunctor, cum accessionem scilicet afferendam Phaedrinis versibus putaret, aptae satis et concinnae vesti laciniam, vt pluribus aliis locis factitatum, inconcinnam subtexuit.

---

prouerbialis, qua innuit, fieri plana non posse, vt occasio, semel elapsa, rursus offeratur. *Reprehendere.* Prehensum retro trahere. Cic. Ac. IV. 45. *reuocat virtus, vel potius reprehendit manu.* Adde Heins. ad L. XIII. Ovid. Met. 235. et XV. 526. et Guyet. ad Ter. Adelph. IV. IV. 13. *Scheffer.* Eleganter pro retrahere. Vid. Berneccer. et Vorst. ad Justin. L. XXXVIII. 9. *Burmann.* Adde Plaut. Mil. I. I. 60. Trin. III. I. 23. at quos citat Dispontin. Sattler. *Selbst Jupiter haschet sie nicht mehr.*

Vs. 5. *Significat* caluus ille. Non enim opus est, vt cum Rittershusio intelligas: *vir ita depictus*, vel *fictus.* Sic enim confirmari censet emendationem suam. Vid. V. L. ad vs. 1. *breuem.* Apta; quia tempus, quo occasio nobis datur, aliquid efficiendi, perbreue et saepius momentaneum est, et opinione citius e manibus elabitur. Cf. Nota *Böttigeri* V. C. ad vs. 1. Vertunt: *flüchtig, vorüber eilend, bald vorüber gehend.*

Vs. 6. 7. *Ne segnis mora impediret effectus*, i. e. successus rerum gerendarum, s. ne segnis mora impediret, quo minus ea fierent, quae facienda sunt; (Rob. *Prevost: l'execution de nos entreprises*) *antiqui talem effigiem temporis* opportuni, i. e. occasionis, *finxere. segnis mora.* Epitheton sollemne. Vid. Liv. XXV. 8. fin. Virg. G. III. 42. *temporis.* Non simpliciter, sed ejus, quod ante dixit occasionem, h. e. opportunitatem. Et sic saepe Graeci vsurpant. Nep. Alcib. 8. *tempus rei gerendae non dimisit.* *Scheffer.* Καιρὸς. Ausonio est *tempestiuum tempus*, in Ludo VII. Sap. cujus et imaginem exhibet Ep. XII. Adi

P. *Mexiam* Silv. Var. Lect. IV. 8. *Prasch.* Cf. Epil. III. 32. Plaut. Pseud. IV. II. 3. *heus tu nunc occasio est et tempus.* Id. Menechm. III. III. 28. sq. Ceterum fuerunt interpretes, qui hanc fabulam, quam rectius ὑπογραφὴν, s. descriptionem picturae cujusdam dixeris, intelligerent de tempore, non de occasione, addita inscriptione: *fugit irreparabile tempus.* Tempus tamen et occasionem aliquantulum differre credimus, quod docet Cicero de Inv. L. I. C. 27. *occasio est pars temporis, habens in se alicujus rei, idoneam faciendi, aut non faciendi opportunitatem, quare cum tempore hoc differt; nam genere vtrumque idem esse intelligitur.*

Non sine fructu comparabis Epigramma Ausonii XII. in Simulacrum *Occasionis* et *Poenitentiae*; et Posidippi Epigramma supra cit. εἰς ἄγαλμα τȣ̃ Καιρȣ̃, coll. Tzetz. Histor. Chil. VIII. 200. et Chil. X. vs. 264. sqq. p. 188. *Oporin.* Adde Not. Prasch. ad vs. 7.

FABULA IX.

TAURUS ET VITULUS.

Angusto in aditu Taurus luctans cornibus,
Cum vix intrare posset ad praesepia,
Monstrabat Vitulus, quo se pacto plecteret.

Vs. 3. *plecteret.* Ita recte MSS. et libri editi. Vid. Brot. *Schw.* Rittershus. Buchnerus (etiam Vrsin. Walch, Danet, J. F.

Vs. 1. *Taurus luctans.* Miror, et hic silere viros doctos, et patienter hanc constructionem ferre, cum *tauro luctanti* dicendum fuisset. Sed jam saepe ita Phaedrum malle loqui animaduertimus. Ita et Apul Flor. XIV. *Crates ille, Diogenis sectator, qui vt Lar familiaris cultus est, nulla domus ei vmquam clausa erat.* Alia exempla dabit Cortii diligentia ad Sallust. Jugurth. XXX. 1. et quae ibi laudat. *Burmann.* Cf. Wopkens. in Misc. Obs. Nov. T. X. p. 104. *luctans.* Laborans. Hoc verbum enim tropice h. l. capiendum de vehementi conatu, vt *luctantes venti* apud Virg. A. I. 53. i. e. egredi laborantes. Simili modo Hor. L. II. Sat. VI. 28. *luctandum in turba.* Ter. Hec. V. III. 31. *dicit, sese illi annulum, dum luctat, detraxisse.* Verte: *er suchte sich mit seinen Hörnern durchzuarbeiten, durchzudrängen.*

Vs. 2. *Intrare.* Hic absolute ponitur, vel subintelligitur, portam, aditum illum angustum. Vid. ad L. III. X. 21. Eadem ratione *intrare in domum*, et similia obuia, de quibus vide notas Heinsii ad Ovid. VII. Met. 492. *Burmann. ad praesepia.* Vix intrare poterat angustum illum aditum, vt peruenire posset ad praesepia. Sattler. *Zu der Krippe konnt' er kaum durchkommen.* Santoroc. explicat, stabula. Virg. A. VII. 275. Ita fere Gallicus interpres, qui totum locum ita expressit: un *taureau faisant des efforts avec ses cornes, et ne pouvant qu'à grande peine entrer dans son étable, dont la porte étoit fort étroite.*

Vs. 3. *Quo se pacto plecteret.* Verte: *wie er sich drehen und wenden müsste.* Sattler. *wie er*

Tace, inquit, ante hoc noui, quam tu natus es.
Qui doctiorem emendat, sibi dici putet.

Gronov. Bentlej. Guyet. Cuningham. de Schirach) volunt *flecteret*. Sed nihil temere mutauerim. Nam et *plecteret* est *flecteret*, cum vtrumque sit a πλέκειν. Sic Iuuenal. Sat. VI. 496. *plectitque comas*, vt legit Ruben. Elect. II. C. 26. Inde *plectra*, nauium gubernacula, quia flectunt nauem. *Scheffer.* Eadem ratio, quam saepe dedimus (nempe librarios, aut glossatores rarioris significationis vocabula notis supposuisse, non contra) suadet, ne hic *flecteret* legamus. Vid. Scheffer. de Re Veh. L. I. C. 4. (p. 30.) et ad Ovid. I. Fast. 345. et XIII. Met. 894. *Burmann.* Plaut. Bacchid. I. I. 37. *Pro insigni sit corolla plectilis.* Gell. L. XVIII. C. 2. *Coronam* (ponebat) *e lauro plexam.* Desbillonius. Barth. Adv. XLIV. 6. legit *plicteret*; Heinsius *inflecteret*.

Vs. 4. *quam tu natus es.* *Tu* deest in MSS. Pith. et Rem. Recte illud addidit Pithoeus. *Brotier.*

Vs. 5. Cuninghamus sine auctoritate edidit: *sibi dictum hoc putet.*

---

seine Hörner winden müſste. Vide V. L. ad h. l.

Vs. 4. *inquit.* Taurus, *ante* junge cum *quam*: hoc noui antequam tu natus fuisti. *Natus es*, Praesens pro praeterito perfecto, *natus fuisti*, sicut solet etiam in aliis. Vid. Sanct. L. I. Min. C. 15. *Scheffer.* In imberbes juuenes hoc conuenit, qui soli sibi sapere videntur, et senes docere sibi sumunt. Recte Apulej. *Odi pueros praecoci sapientia.*

Vs. 5. *Qui doctiorem emendat.* Peritiorem docet. Aliter hoc exprimunt: *Ne sus Mineruam*, ὗς ποτ᾽ Ἀθανάαν Theocrit. V. 23. de quo v. Erasm. in Adag. Chil. I. Cent. I. 40. vel, *Ante barbam doces senes.* Cf. Santoroc. *sibi dici putet*, id nempe, quod vitulo taurus respondit. *Desbillon.* L. I. VII. 5. *Hoc illis dictum est*, vbi vide, et ad L. IV. VII. 25. et IV. XIX. 18.

Eamdem fabulam narrant *Boulanger* L. I. F. IX. p. 29. cujus Fabula inscripta est: *Les Taureaux et le Veau; Lessingius* L. II. F. V.

FABULA X.

VENATOR ET CANIS.

Aduersus omnes fortis veloces feras
Canis cum domino semper fecisset satis,
Languere coepit annis ingrauantibus.
Aliquando objectus hispidi pugnae Suis,

Vs. 1. *Fortis veloces.* MS. Gud. i. e. Pith. *fortes et veloces* et vs. 2. *tum.* Schw. Heinsius *fortis* et *velox*, quod recepit Bentlejus (et placet Hoogstratano et Walchio), quia *fortis* aduersus apros et leones, *velox* contra lepores et ceruos erat, sed quis vmquam dixit, *velox contra lepores?* cum rectius *fortis* posset intelligi duplici de dote; viribus, pugnando contra leones, cet. cursu, insequendo veloces, ad quod etiam viribus opus, vt noster supra F. II. ridiculi caussa dixit, *quantis fugias viribus*, et vt ille canis apud Ovid. III. Met. 219. *cursu fortis Aëllo. Burmann.* qui plura dabit. Heinsii et Bentleji emendationem probari posse putat Heusingerus, si *velox aduersus* Latine diceretur.

Vs. 3. *Languere coepit.* Bentlejus more suo intrudit *vt*, legens, *languere vt coepit.*

Vs. 3. *Languere coepit*, vt fortis equus apud Cic. de Sen. C. 5. Cf. L. III. F. II. 9. et Epil. III. 15. vbi vide. *Annis ingrauantibus.* Annis molestiam afferentibus, *weil ihn das Alter drückte.* Proprie *ingrauare* est, granem facere, grauiter afficere, sed h. l. more saeculi sui vsus est hoc verbo, vt neutro. Antiquiores dixissent *ingrauescentibus*, vel *aggrauescentibus*; argenteae vero aetati et hoc placuit. *Ingrauescentem aetatem* pro senectute dixit Cic. L. II. ad Div. 1. et de Sen. C. 2. Sed Suetonius quoque *Caes.* C. 1. dixit *quartanae morbo aggrauante*, teste Burmanno, quem vide Hor. Sat. I. I. 4. sq. de milite sene dixit *grauis annis.* Simili modo a Theocrito Idyll. XXIV. 100. Tiresias πολλοῖσι βαρὺς ἐὼν ἐνιαυτοῖς dicitur, qui locus Hartmano debetur. *Annis grauatus* habet Romulus Vlmens.

Vs. 4. *Objectus pugnae.* Cum commissus esset cum hispido sue in pugnam. Exquisite *ob-*

Arripuit aurem: sed cariosis dentibus
Praedam dimisit. Hic tum venator dolens
Canem objurgabat. Cui Latrans contra senex:

Vs. 5. *Aurem.* Heinsius *aure*, quem iterum sequitur Bentlejus: credo, si *aure* fuisset in vulgata, maluissent Critici *aurem*: nam aequo jure vtrumque se tueri potest, vt hoc ostendi pluribus ad Ovid. II. Met. 476. *Burmann.* Etiam Cl. *van Bergen* Obs. Crit. C. XXXIII. p. 74. sq. rejicit emendationem Heinsii atque Bentleji, „quia antecessit *hispidi suis*, quod cum ad *pugnam*, tum ad *aurem* refertur, et hic in mente, si scire velis cujus aurem, repetendum est iterum, ac si scriptum esset, *objectus pugnae suis arripuit aurem suis.* Sin *suem* praecessisset, *arripuit aure* dici debuisset." Sed quis non videt, si legatur, *objectus hispidi pugnae Suis*, et vs. 5. *arripuit aure*, facile ad vocem *aure* subintelligi posse *suem*, vel *eum.* Nil tamen in vulgata lectione mutandum, quae etiam tuetur locum suum auctoritate Codd. MSS.

Vs. 6. *tum.* MS. Pith *tunc.* Vid. Gud. *tunc* edidit Nevelet.

Vs. 7. *objurgabat.* Heinsius *objurgare.* *Cui Latrans contra*

---

jectus de languente. *Hispidi Suis.* Sues apud poëtas pro apris poni, frequens est. Vid. Barth. ad Stat. IX. Theb. 589. et noster L. II. F. IV. *suem* et *aprum* promiscue posuit. Masculini generis etiam Ovidius, licet frequentius alii feminini, facit, vt X Met. 549. *setigerosque sues. Burmannus*, qui etiam laudat Ovid. in Ibi vs. 506. Claudian. II. in Rufin. 487. Martial. XIII. 41. quibus in locis *sus* est masculini generis. Ceterum notanda elegantia epitheti *hispidus*, i. e. horridus, setosus. Leporem substituit Anonymus Nilantii F. LXII. et Romulus Divion. L. II. F. VII.

Vs. 5. *Arripuit aurem.* Intellige Suis. Sattler. *packt es beym Ohr. Cariosis dentibus.* Quia dentes carie erant adesi.

Vs. 6. *Praedam.* Vid. ad L. I. V. 11. et L. II. VIII. 27. *dimisit.* Elabi sinebat. Cf. L. I. IV. 6. *Hic tum.* Geminari has particulas solere docebunt exempla, ab Axenio ad L. I. F. XIV. 5. adducta ex Cicerone et aliis. *Burmann. dolens.* Praedam jam captam sic sibi iterum, tamquam bolum e faucibus, eripi. *Hoogstratan.*

Vs. 7. *Objurgabat.* Reprehendebat. Vid. L. I. F. IX. 4. Conspicua est h. l. Phaedri breuitas. Ex verbis enim, *quod*

Non te destituit animus, sed vires meae.

senex. Olim (e MSS.) legebatur, *Cui senex contra latrans* (ita Rigaltii 2. Nevel.) sed eum prima in *latrans* sit longa, vt hoc operose satis ostendit Hoogstratanus, (cf. Wasius in Senar. p. 32.) subuentum fuit versui sola transpositione verborum, qua et nos, et omnes in Phaedrum interpretes et Bentlejus, centies vsi fuerunt; quae medicina certe est mollissima: neque video, quid versui ita constituto insit scabri, aut duri; sed vir doctus hic excudit nobis, *cui senex contra Lacon*, et eleganter poëtam, cum prius *canis* dixisset, postea inferre *Laconem* jactat. Sed quis crederet Phaedrum, qui fere bestias ornat epithetis, quibus maxime ab aliis dignoscuntur, hic vsum designatione canis, ex origine, aut genere, qua numquam vsus fuit? Sic cum *barbatum* pro hirco, *bidentem* et *lanigerum* pro oue, *auritum* pro asino, et similia dedisset nobis, multo vero similius est *latrantem*, quam *Laconem* dixisse. In Horatii loco alia res est, ibi de diuersis generibus canum agitur, non de vno; *Molossus*, aut *Lacon*. Alia attulit Harius, quibus *Laconem* illum exegit loco. Sed nec ille felicius mihi videtur obtrudere *hirriens*, quod nulli poëtae vsitatum scio, et inter illa vocabula, quae rarissime in poëtarum aut oratorum scriptis occurrentia, apud Grammaticos fere solos nobis sunt reliqua. Sed quia fastidiosi Critici nolunt in sedem quartam bisyllabam vocem admittere, nisi sit prima breuis, legamus: *Canem objurgabat, latrans cui contra senex. Burmann.*

Vs. 8. Ita MSS. Pith. Rem. et Edit. Vet. *Brotier.* Heinsius *fuimus laudasti*, vs. 9. colligi potest, dominum non solum olim saepius collaudasse canem; sed etiam hic pristinas ejus virtutes et officia sibi praestita laudibus extulisse, et reprehendisse canem, quod non sit ille, qui fuerit olim. Sed haec omnia Phaedrus complectitur vno verbo *objurgabat*. Cf. Not. ad L. II. VII. 8. *Cui Latrans contra senex. Cui*, venatori, *senex latrans*, canis senio confectus, *contra*, vicissim respondet. De elegantia τῦ *latrans* pro cane vide ad L. I. VI. 6. et I. XI. 6. it. Ovid. VIII. Met. 412. Ita *volantes* pro auibus; *natantes* pro piscibus cet. dicunt veteres. Varia hic congessit Hartmann. *Contra.* Vid. ad L. I. E. I. 6. Vox *senex* vim adjectiui habere, atque idem significare, quod vetus, et jungi cum substantiuis generis omnis, multis exemplis docuit

Quod fuimus laudasti; jam damnas, quod sumus.

legebat *nan nos*. Sed voculae duae, tres *n* habentes, offendunt, quare Hoogstratanus, ex P. Francii sententia, *non me*, et ita Walchius et Bentlejus. Credo, parum interesse, nam canis vires, non animus destituebat dominum, quod per ejus infirmitatem praeda caruerit: canem vero ipsum destituebant vires, quae abierant, non animus, qui manebat, sed inutilis. Ovid. Ep. XV. 136. *Tam cita me somnos destituisse querar*, i. e. abiisse, reliquisse. Et posset hnc aliquo modo facere illud ex III. ex Pont. IX. 18. *Judicium vires destituuntque meum*. Vid. ad L. I. XXI. *Burmann.*

Vs. 9. In MSS. Pith. Rem. legitur: *Quod fuimus laudas, jam damnas quod sumus*, claudicante versu; sic tamen edidit Neveletus. At ego e Romulo et Anonymo Nilantii reposui: *Quod fuimus laudasti, jam damnas, quod sumus*. Sic et olim conjecerat Burmannus, et recte recepit Hartmanus, sensu optimo. Vid. Not. ad h. v. Romulus enim Vlmensis, quem male eppellant *Rimicium*, habet, *Fuimus aliquando fortes, laudasti quad fuimus, jam* (Romul. Divion. nunc) *damnas quod sumus*; sed Anonymus Nilantii: *laudasti quod fui, mihi jam damnas quod sum*. Pro lectione *laudasti* pugnat quoque particula *jam*, quae sequitur, opponenda iis, quae olim fecerat venator. Accedit, quod hic in praesenti canem non laudauerat, bene obseruante Leonhardo. At plurimi, etiam Burmannus in Editione majori et Bipontini legunt: *Quod fuimus laudas, jam damnas, quod non sumus*; τὸ non perperam intrusit Pithoeus. Sed sic metrum displicet Criticis, dissyllabae vocis spondeo in

---

Broukhus. ad Tibull. I. VII. 88. Ovid. III. A. A. 78. *cerui senes*. Juuen. VI. 159. *senes porci*. Sattler. *der alte Beller.*

Vs. 8. *Nan te destituit animus* sc. meus. *Non destituit* est, non derelinquit, deserit. Virg. Ecl. I. 61. *Sed vires meae* sc. destituunt me. Desbillonius: Habes me eodem semper animo, sed non iisdem viribus instructum. *Nicht mein Muth, sondern meine Kräfte versagen dir ihre Dienste.* Cf. Sattler.

Vs. 9. *Quod fuimus*, h. e. fortitudinem et vires pristinas olim non raro *laudasti* (vid. Vs. 7. et quae ibi notantur) *jam damnas, quod sumus*, damnas me languidum et desertum viribus, et aegre fers, me non esse eumdem, qui fui olim. Hisce verbis canis domino vult in animum reuocare, se olim

Hoc cur, Philete, scripserim, pulcre vides.

quartam sedem incurrente. Hinc varie locum emendare ausi sunt. Barth. Adv. XLIV. 6. *quod fuimus laudas? jam dedamnas quod sumus*; quam conjecturam gloriatur et fulcire versum, et poëta dignam esse, et sensui aptissimam. Heinsius: *quod fuimus laudas, dum damnas, quod nunc sumus.* Idem quoque conjiciebat: *Quod fuimus lauda, non damna, quod jam sumus.* Gudius et Bentlejus, quibus obsequuntur Maittairius et Schirach. Clav. P. I. p. 305. *Quod fuimus lauda, si jam damnas, quod sumus*; Faber, *Q. f. laudas, damnas, quod jam nos sumus*; Schefferus lectionem *jam damnas quod non sumus* retinet, sed hoc ordine vult construi: damnas, quod jam non sumus, sc. id quod fuimus; Desbillonius: *Quod fuimus laudas, etiam damnans, quod sumus.* Equidem in lectione nostra veteris scripturae vestigia satis expressa esse putauerim; etsi verum sit, quod scribit Burmannus: quocunque modo scripserit Phaedrus, sensus semper fere idem exit.

Vs. 10. *Philete.* Ita scriptum inuenias in Cod. Rem. sed recentiore manu superlitum, *Fili descripssrim*, teste Rigaltio. Quae docent, quantopere libri scripti, cum Remensis, tum maxime Pithoeanus, interpolati fuerint a manu secunda, vt non vno loco in hoc opere intelleximus. *Philete* scribendum esse, non *Filete*, ex inscriptionibus antiquis probat Gudius; cf. Not. ad h. vs. Occurrit tamen *Filetus* apud Gruter. p. CCCXLVI. 2. Neveletus, Vrsin. al. ediderunt *Filite*; perperam, est enim a Graeco φιλητός. In MS. Pith. et Excerpt Rigalt. inueniri *Filete*, testatur Heinsius.

---

ab ipso esse laudatum, eidemque hac ratione exprobrat animum ingratum et immemorem. *Schwabe.* De illo *quod fuimus, quod sumus* vid. ad Ovid. Ep. IX. 106. et Heins. ad Ovid. Ep. XII. 31. — Ovid. VIII. Met. 881. *Nam modo, quod nunc sum, videor*, et XII. 501. *quod fuit ille sumus.* III. Trist. XI. 25. *non sum quod fueram*, et centies alibi. *Burmann.* qui plura congessit. Neutrum de masculinis dici, annotauit Cortius ad Cic. Div. IV. Ep. 4. coll. V. Ep. 12. *Neque enim tu is es, qui, quid sis, nescias.* Neutrum de feminino dixit Prop. L. III. XXIII. v. *Hartm.*

Vs. 10. *Philete.* Credibile est, hunccé Philetum, cui Phaedrus L. V. fabularum sacrum esse voluit, Claudii imperatoris libertum fuisse.

Vid. Gruter. p. ɪɔᴄʟxxvɪɪ. 2. vbi occurrit *Tib. Claud. Philetus.* Vide etiam Vitam Phaedri sub fin. etsi Cannegieterus in Diss. de Stylo et Aetate Aviani p. 271. Edit. Avian. affirmare non andeat, Tiberium Claudium Philetum eumdem esse, quem Phaedrus meminit. An potius *Philetus Vrsus*, Statio memoratus, idem ille sit, quem Phaedrus laudat, doctioribus enucleandum relinquo. Cf. Gronov. ad Stat. L. II. Silv. VI. 81. et quae notantur ad Prol. L. IV. 14. et Epil. IV. 5. *Schwabe.* Saepe in Corpore veterum Inscriptionum nomen *Phileti*, modo Liberti, modo ciuis Romani, occurrit, at nusquam supra Vespasiani tempora: in opere autem Italico Francisci *Bianchini*, de sepulchralibus Inscriptionibus, in Via Appia repertis, et anno 1730. Romae publicatis, *Philetus aedituus fortunarum et Hilarus Phileti frater*, inter libertos seruosque Domus Augustae memorantur; quod me docuit Gabr. Brotier —. *Desbillonius.* Sed caue putes, huncce esse Philetum, cui Phaedrus dedicauit fabulas. *pulcre vides.* Vid. ad L. IV. F. XIX. 6. coll. I. X. 10. vbi vide. *Schw.* Faciunt hic asteriscos aliqui, tamquam desit nonnihil; verum frustra. Sic enim solet aliquando finire vt L. III. F. XII. *Hoc illis narro, qui me non intelligunt*, et eodem libro F. I. *Hoc quo pertineat, dicet qui me nouerit.* Vnde simul discimus, solere eum ita loqui, quoties de se ipso agit. Quod cum hic quoque fiat, non est dubium, quin integra sint omnia. Vult enim se excusare Phileto, quod non scribat ea alacritate senex, qua fecit olim, cum adhuc aetate viribusque esset integris. *Scheff.* Alia innuere Phaedrum hac fabula, docet Desbillonius Dispont. I. de Vita Phaedri, vbi vide p. XI.

---

* Eamdem fabulam narrant *Romulus Divionensis*, nec non *Vlmensis* L. II. F. VII. it. *Anonymus* Nilantii F. LXII. Eam laudibus ornat cl. *Jacobs*; Vid. Nachtr. zu Sulzer. T. VI. p. 73.

EXCURSUS

AD

LIBRUM III. IV. V.

Excursus I.

Ad Prologum Liber III.

Prologus ad Eutyohum. Intelligo, cum certiora nesciamus, Eutychum, in aula *Caligulae* opibus et gratia florentem, cujus mentio est apud *Josephum* a). Is autem fuit auriga factionis Prasinae, in stabulis equitio *Claudii* exstruendis operum curae praefectus. Forsan et muneris publici pars fuit, vt audiret sollicitantium preces et ad principem deferret. Prol. III. 7. Fortasse aliquo tempore judiciis praefuit; Epil. III. 20—26. *) Non vno enim munere publico functus esse videtur, vt colligi potest ex Epil. h. l. va. 2. 3. coll. Prol. III. 5. Nomen graecum, libertinum hominem fuisse, indicat. Eutychi nomen, quod etiam immutatum fuit in *Eutyches*, plurimis adhaesisse familiis, multis probat Gudius. Sic *Tiberius Claudius Eutychus*, s. *Eutyches* memoratur *Gudio* b), *Grutero* c), *Reinesio* d). Libertum hunc fuisse Claudii, non dubitat *Cannegieterus* e), Claudii tamen *Imperatoris* esse, eumdemque, quem Phaedrus memorat affirmare non audet; etsi numquam libertorum genus majore in honore dicat fuisse, quam Claudio principe. Rittershusius conjicit, libertum aliquem potentem fuisse in aula Tiberii. At Cl. *Brotierius* post Santorocum, quem vide, credit, Eutychum illum vnum fuisse e libertis Augusti, et forte illum ipsum, cujus cineres reperti sunt in tumulo libertorum et seruorum domus Augusti, cum hac Inscriptione f):

C. Juli Eutychi
Et Quintilliaes Auraes
Immunium.

---

a) Antiquitt. Jud. XIX. 4.

*) Cf. Vita Phaedri et Excurs. XII. ad Epil. III. 24. 25.

b) Vid. Ej. Not. ad Prol. III. init.

c) Corpore Inscription. p. DCLXXVI. n. 8. coll. p. LXXXIII. n. 13.

d) Cl. XI. n. 47.

e) Dissert. de Aetate et Stilo Aviani p. 271.

f) Apud *Bianchini*, Camera ed Inscrizioni sepulchrali de' Liberti, Servi, ed Ufficiali della Casa di Augusto p. 24. coll. Not. Brotier. p. 124.

Quae vix placebunt, cnm Phaedrus sub Tiberio demum fabulas scribere coeperit, et Liber tertius regnante Caligula scriptus esse videatur, quemadmodum supra in Vita Phaedri docui.

Excursus II.

Ad Prologum Liber III. vs. 22.

Et laude multa. MSS. Pith. Rem. et Vet. Edit. habent, *Et laude inuita in hanc vitam incubuerim.* Quia sic metrum non satis constat, Faber succurrere voluit *m* in *vitam* non elidendo; Rittershusius et Vrsinus vero legendo *incubuuerim*, vt supra L. I. F. XI. *fuuissem.* Sed huic incommodo medetur transpositio Praschii, *vitam in hanc*, addicente Bentlejo. Superest tamen aliud vlcus; qnid enim est *laude inuita?* quod displicet multis; neque enim sensum habet commodum, nec repetitio ejusdem fere soni, *inuita in vitam*, ferri potest. Hinc varie locum tentauere Critici. Gronouius substituit *laude nuda*, i. e. solo landis amore, non ob aliud praeminm; quam lectionem Burmannus multis suffulsit locis, sed tamen sensu, quo Gronouius cepit, non satis Latinum putat. Itaque *laude multa* Gudii ei rectius videtnr, nisi gloriosius dictum videri posset. Sed passim Phaedrus sibi more veterum laudem tribuit a), et hoc loco aeque dicere potuit *multa laude*, ac Vs. 61. hujus Prologi, *sollemnis mihi debetur gloria.* Deinde, obseruante Gudio, *inuita et multa* vno eodemque fere modo in vetustis membranis scribuntur, certe *in* et *m* dignosci non possunt, nisi e sensu; *l* et *i* etiam parnm differunt. Itaqne cum librarius illud *l* accepisset pro *i*, non potuit aliter, quam *inuita* legere. Hanc Gndii conjecturam, quae ad veterem scripturam proxime accedit, vnice puto veram. Placet etiam Schirachio V. ill. b) qui tamen *multa laude* explicat, feliciter, studiose: receperunt quoque in textum Richter. Walch. Hoogstratan. Petsch. Alii alia tentarunt. Guilielm. *Best* conjicit probante Burmanno, *laude*

---

a) Vid. Notas ad vs. 22. huj. Prol. coll. Not. ad Epil. IV. 5. 6. et Exc. XVIII. ad Epil. II.

b) Clav. P. I. p. 191.

insueta, scil. Latinis insueta, sed quae adhuc apud Graecos manebat, vt apud Lucan. V. 163. *insueto concepit pectore numen*, vbi tamen alii, vt Bipontini, legunt *inuito*. Harius, *et solam ob laudem*, ortum e Gronouii conjectura; alia ejusdem viri docti emendatio, *et laudis studio*, aeque longe recedit, ac Bipontinorum *nec laudis inuidia*. Johnson. et Cannegieter c). suspicantur, Phaedrum scripsisse, *laude inuitatus*, sed ita possimus omnibus locis succurrere, monente Burmanno; Withofius d), *laude auita*; ex iis enim, quae Phaedrus vs. 55. sqq. huj. Prol. de Orpheo, Lino reliquisque Threïssae gentis auctoribus gloriatur, facile intelligi posse censet, cur hic *laude auita* scripserit. At cum Phaedrus Macedo fuerit, non Threx, vt luculenter patet e Vita Phaedri; vero non est simile, poëtam h. l. laudem *auitam* respexisse. Desbillonius satis ingeniose, *et laude inuicta*: Phaedrum enim Epil. III. 3. 4. Prol. IV. 4. 5. Epil. II. 5. 6. satis indicare, nullum hucusque poëtam Latinum in hanc vitam, sine in hoc scribendi genus incubuisse; suam ergo laudem jure dicere *inuictam*. *Wakefieldius* e) hunc locum ita constituit:

Et laudis auidus, hanc in vitam incubuerim;
Fastidio si tamen in coetum recipior,
Quid credis illi accidere *cet.*

Locum ita mutatum et interpunctum volubiliter excurrere statuit Criticus praestantissimus, cui accederem, nisi tamen *laudis auidus* nimis recederet a manu Phaedri. Agmen claudat conjectura Heinsii, *nec laude inuita vitam in hanc incubuerim*, i. e. non sine laude; quae prae aliis placet Burmanno f), qui tamen edidit, *et laude inuita*. Schefferus veterem retinet lectionem, sed interpretatio viri docti displicet. Phaedrum enim velle putat, laudem se alio traxisse, cum in isthoc vitae genere intelligeret, ipsum sibi non posse prodesse: se non magis spectauisse laudem gloriamque in eligendo hoc vitae genere litterarum, quam diuitias. Si enim illud voluisset, debuisset aliud sequi genus, quod vulgo magis laudatur. Simili modo Danetus explicat; sed haec sunt contra mentem Phaedri, quemadmodum docet orationis contextus.

---

c) Diss. de aetate et Stilo Auiani. C. X. p. 272.

d) Misc. Obs. Nov. Vol. I. T. I. p. 126.

e) Silv. Crit. P. I. Sect. XXXII. p. 64.

f) Eamdem receperunt Lallemant. Brotier. Philipp.

Excursus III.

Ad Librum III. Fabula I.

Vs. 5. *Quale in te dicam bonum.* Variis conjecturis sollicitatus locus. In MSS. Pith. Rem. et non paucis Editionibus, vt Pith. Nevel. Vrsini, Schefferi est, *qualem te dicam bonam*, quae lectio merito offendit eruditas aures, et debuisse legi *quam bonam*, recte animaduertit Rittershusius, cui tamen Phaedrus de industria sic locutus esse videtur, vt τὸ πρέπον in anu ebriosa et temulenta, cui lingua in vino nataret et lapsaret, obseruasse videretur. At vero bene obseruat Praschius, talia a veteribus non captari, nec vlla nota Phaedrum indicare, anum tunc fuisse temulentam. Schefferus inhaeret veteri lectioni, quam ita explicat: *qualem te bonam*, quae tam bona es, *dicam antehac fuisse.* Vid. Schefferi Ep. VII. ad Heins. coll. Not. Burmanni. Sed rectius τὸ *te* ad amphoram refertur, quam ad *animam.* Nostra lectio, quae praeter ceteras mollis et sana est, et egregium habet sensum, Gudium auctorem habet, vt *qualem* natum sit ex *quale in.* Nam satis constat, *m* et *in* centies permutari a librariis, et hodie a typothetis. Vid. Burm. Faber conjicit, *qualem te dicam bona*, vt *bona* sit vox paullulum miserantis aniculae, sollemni Latinis et Graecis scriptoribus προσφωνήσει, *o bone*, *o bona*, ὦ γαθὲ. Quod etsi salem habet, et placuit Hario et Schirachio V. D. tamen non sine caussa rejicit Burmannus. Nam adducendum erat exemplum, quo sermone ad rem inanimatam conuerso, vsus istius vocis probaretur. Plerumque etiam ironice solet sumi; neo sine ratione Schefferus obseruat, istam exclamationem, cum praecesserit *o suauis anima*, superfluam videri. Bentlejus pro *bona* substituit *amphora*, vel, *amfora*, vt ex vltima syllaba τȣ̃ *dicam*, *am* prima amphorae absorpta fuerit, et pro *fora*, *bona* a librario substitutum: de qua lectione consules Notas Burmanni, qui hunc locum ita refingi posse censebat: *Qualem dicam et quam bonam Antehac fuisse*, vt hic ellipsis statuatur non τȣ̃ *te*, sed τȣ̃ *eam*, quemadmodum fab. sq. vs. 17. qualem eam sc. animam dicam et quam bonam. Sollemne vero esse in his exclamationibus post *qualem* addere vel *quantam*, vel *quam* cum alio adjectiuo, idem vir doctus probat ex Petron. C. LXXIX.

p. 392. Cic. I. de Or. 17. *quid censes, qualem illum, et quantum oratorem futurum?* Nihilo vero secius in emendatione Gudii adquiescit. Praschius legit: *quam tete (a tute) dicam bonam,* quam lectionem damnat Schefferus, cum recedat a veteri scriptura, nec intelligi possit, cur *tete* hic poni debeat; Gronovius Obs. in Script. eccles. C. 15. p. 158. *quantum te dicam bonam,* i. e. quam bonam. Ita Sanadon, Philipp. Lallemant; Guyetus *quam te dico? quam bonam?* vt *qualem* sit glossema τὸ *quam,* et *quam* omissum sit. Quae merito displicent. Olim non dubitabam lectionem Codicis Perotti, *quale te dicam bonum,* recipere, quae placere iure potest, et ab Heinsio et J. F. Gronouio e conjectura erat reposita, probante Burmanno, et a Brotierio et cl. Jördens. recepta. Sed nunc praefero lectionem Gudii, quam etiam sequuntur Desbillonius, Bipontini, Withofius in M. O. N. Vol. I. T. I. p. 124. et quam retineri vult Censor doctus in A d B. T. 52. p. 191. Ceteroquin lectionem vulgatam Desbillonius vidit in margine veteris Editionis manu Gabrielis Cossartii emendatam eo modo, quo correxit Gudius. Itaque valde dubitat, an Gudio sit tribuenda, id quod in suspenso relinquimus. Hisce addenda sunt, quae nuper *Wakefieldius* notauit in Silv. Crit. P. I. Sect. XXXII. p. 65. vbi conjicit: *O suauis anima! Quam te praedicam bonam Antehac fuisse.* Vocem *anima* autem tam ad odorem, quam ad vinum epotum refert Criticus ille acutissimus. Hinc enim pendere censet loci ei proprietatam et elegantiam. Laudat vero Plaut. Amph. II. II. 41. *Ni ego illi puteo, si occepso, animam omnem intertraxero.*

Excursus IV.

Ad Librum III. Fabula IV.

Vs. 5. *Quale caput est, talis praestatur sapor.* De hoc loco quid mihi videatur, supra exposui. Hoc loco addere lubet aliorum Interpretum placita. Schefferus: Horum verborum, *inquit*, hic erit sensus: non semper, qualis exterior rei forma, talis quoque sapor ejus, relato vocabulo *caput* non ad emtorem, sed rem vendendam ipsumque opsonium. Atque ita *caput* speciem externam, formam, et plane id, quod faciem

alias appellant, denotabit. Gronouius: „Hujus dicti ambigua est sententia. *Quale caput*, i. e. quale os et palatum est ejus, qui vescitur, talis est sapor eibi. Potest et haec esse sententia: talem saporem, vel sensum gustandi habet ille, qui sumit." Ill. *de Schirach*: Est h. l. ridiculam ex ĕo genere, quod Cicero de Or. II. 62. ponit in verbis atque ambiguitate. Potest enim *caput* referri et ad simium, vt sit sensus; vti vides comparatum caput, formam externam eibi, talem ejus etiam saporem inuenies; et ad emtorem, hac significatione, quale palatum habes et gustum, talem et hunc eibum reperies. Vid. Clav. P. I. p. 46. At cl. *Lange* ad verba, *quidnam saperet?* haec notauit: *Ist blos aus Scherz gefragt, da der Affe lebendig ist, auch nicht gegessen wurde, und der Fleischer den Geschmack desselben nicht lobt, sondern tadelt.* Cf. Not. ad vs. 1.

Excursus V.

Ad Librum III. Fabula VI.

Vs. 6. Rejicit Burmannus interpretationem Schefferi, qui locutionem, *jugum temperare flagello*, eodem modo accipi posse putabat, quo apud Hor. I. Ovid. VIII. 7. *ora frenis temperare.* Neque ei satisfacit Johnsonius, hunc locum exponens, *solutius regit pro lubitu*, quae interpretatio ei aeque absurda videbatur, ac τὸ *temperare jugum*. Itaque, cum haberet persuasum, locum corruptum esse, legebat: *Tergum flagello temperat lento meum*, quam tamen lectionem deinde sibi vix placere fatebatur, atsi placuisset Bentlejo, qui recepit. Nec displicet Schirachio et P. Burmanno *Secundo*, qui eam firmari censet loco Ovid. L. III. Am. II. 11. et Stat. Theb. VI. 523. Vid. ad Prop. IV. VIII. 21. Sed quia Romulus hic habet, *loris flectit iter flagello excusso*, Burmannus conjicit, *iter* vel *cursum flagello temperat lento meum*, i. e. aut citius, aut tardius me ingredi imperat. Non dubitandum, et probat Burmannus, veteres ita esse locutos; sed si Phaedrus ita scripsisset, quid opus erat addere: *et ora frenis continet spumantibus.* *Cursum* tamen ediderunt Sanadon. Philipp. Lallemant. Wopkensius emendat, *itum flagello temperat lento meum*, quod proxime accedit conjecturae Burmanni. Vid. Arntzen. ad Arator. p. 6. MS. Perott.

h. v. ita exhibet: *jugum flagellans temperat collo meum*, ad quae Burmannus notat: „haec lectio fortasse non inepta videri posset, si modo *temperare jugum collo* possit significare, moderatur me, quae impositum collo jugum gero, vt, quoties illud excutere tentem, flagello me coërceat." Sed nondum sibi satisfacit in hoc loco. Graevius in Lect. Hesiod. C. 19. p. 94. conjicit, *jugum flagello temperat lentum meo*; sed non videt Burmannus, qui *flagellum meum* mula possit dicere, et qua ratione *jugum* potius *lentum* dicatur, quam ipsum *flagellum*. Si quid ego judico, nil mutandum videtur, si locus capiatur eo, quo dixi in Notis, sensu.

Excursus VI.

Ad Librum III. Fabula VI.

Vs. 9. *Namque, vbi tricandum, et vbi currendum sit scio.* Sic edidi ex emendatione Bentleji. MSS. Pith. Rem. et Vet. Edit. Pith. Rittershus. Meurs. Rigaltii in Edit. 1. Nevel. habent: *Nam vbi tricandum, et vbi currendum est scio*, pro quo multi ediderunt: *Namque vbi strigandum est, et vbi currendum scio.* Etenim postquam Neveletus ann. CIↃIↃCX. notauerat, Gruterum legere *strigandum*, omnes fere facile assensere. Itaque Grutero haec emendatio debetur, quem secutus est *Salmasius.* g) Quid vero *striga*, quid *strigare* sit, explicauit *Scaliger.* h) „Equi *strigare* dicuntur, *inquit*, quoties interquiescunt, dictum a *striga*, quod erat μετάιχμιον et spatium turmarum in quo equi stringebantur, i) a quo nomen habet, vt

g) Excurs. Plin. p. 40. vbi tamen Salmasius *strigandum*, pro *tricandum*, se primum restituisse jactat. Sed. v. Gud.

h) Ad Catalecta Virg. p. 240. et in Castigatt. ad Propert. L. IV. VIII. 23. Indignatur tamen Salmasius Exerc. Plin. l. c. verbum *strigare* in hunc versum Propertii intrudi. Pro *striga*, quod Scaliger excogitauit, legi mallet *Syrica*. *Serica* dedit Burmannus Sec. ad Prop. loc. cit. praeeunte Beroaldo. Secuti Bipontini.

i) Vid. *Schelius* ad Hygin. p. 8.

dŏcet Charisius. Hinc factum, vt quoties interquiescunt equi, et jumenta dicantur *strigare*. Contrarium *restrigare*. Senec. Ep. XXXI. *Tanto melior surge et restriga* k), *et eliuum istum vno, si potes, spiritu exsupera. Striga* (male enim, *triga*) in Glossis explicatur l) τόπος ὅπȣ ἵπποι γυμνάζονται." m) Inprimis huc pertinet locus Plinii L. XVIII. 19. quem laudat atque explicat *Gesnerus* in Thes. L. L. h. v. „*in arando versum peragi, nec strigare in actu spiritus*, i. e. in agendo sulco interquiescere. Vt enim in striga quiescunt equi, et vt in strigam dum collocantur, *strigare* dicuntur; ita quoque cum in versu, qui vno spiritu agendus est, ad interspirandum requiescunt, *strigare* dicuntur. Frustra igitur in editis antiquioribus legas *striare*." Verbum *strigare* Glossis quoque restituit *Gebhardus* n), teste Burmanno, qui etiam laudat *Gronouium* o). At vero istud verbum etsi mirifice placet viris doctis, orationis tamen contextus illud admitti vetat. Τῷ *currendum* enim non recte opponitur *strigandum*, i. e. quiescendum; at recte opponitur verbum aliud, quod significare possit, leni passu incedere, tarde ire; cum in fabula sermo sit de lento et cito gressu, non de

---

k) Burmannus mallet legere *destriga*, quod contrarium est τῷ *strigare*. Vulgo legitur *respira*. Vid. Notas viri docti ad Phaedr. coll. *Parei* Lex. C. 1. p. 1186.

l) Vid. *Philoxeni* Glossarium ab Henr. *Stephano* editum, et a *Vulcanio* illustratum, v. *trigarium* p. m. 217. Sic enim legitur in Glossario, non *triga*, vt jam olim Faber notauit.

m) Ad h. l. Faber obseruat: „Si vera est Charisii etymologia, erat Graeculus magister, qui dicit esse locum, ὅπȣ ἵπποι γυμνάζονται. Nam dicere debuit ψήχονται." Cum his compara, quae notat *Salmasius* Exerc. Plin. p. 40. *striga* est ψῆκτρα ab antiquo *strigo*, pro *stringo*, quod inter alia et ψήχειν significat. A *striga*, τῇ ψήκτρᾳ, dictus equus *strigosus*, male habitus et impolitus, qui striga nimirum opus habet. *Strigare* igitur equum est, θεραπεύειν τὸν ἵππον. Inde *strigarium* (de quo v. Scheff. de Re Vehic. I. 17. p. 220.) locus, in quo strigatur et reliquis exercitiis curatur. Inde et *strigare* videri posset dictum, pro, cessare et quiescere. Nec enim currendo, sed stando curantur equi."

n) Crepund III. 16. cf. quoque *Parei* Lex. crit. p. 1185.

o) Ad Senec. Herc. Oet. 1908. quo loco pro *spirauit*, conjicit *strigauit*.

quiete. Musca enim objurgante mulam de tarditate, haec non interquiescebat: reuera progrediebatur, etsi non cito. Quare musca mox addit: *non vis citius progredi?* Ad quae cum respondisset, cursum temperari ab auriga, qui lento flagello jugum suum temperet, quoties currendum, et ora frenis contineat, quando tarde et otiose eundum sit, hortatur muscam, vt auferat friuolam insolentiam; se scire enim, vbi lento gressu incedendum, vbi cito progrediendum sit. Ex quo intelligitur, verbum *strigare* male opponi τῷ *currere*, et a mente poëtae esse alienum. Tale quid jam olim odoratus est Bentlejus, qui hac de caussa vulgatum *tricandum* recipiebat. Cujus placita confirmata sunt MS. Perotti, in quo legitur, *vbi sit tardandum et vltro currendum scio*. Vides igitur, Perottum genuinum et probum verbum expulisse, et in ejus locum substituisse aliud ejusdem significationis, quam notionem oppositum *currendum* requirit, vt antecedentia docent. Ex quo luculenter patet, τὸ *strigandum* in Codice, quo vtebatur Perottus, non fuisse. Alio modo h. v. restituere tentauit *Wakefieldius* ad Lucret. I. 411. vbi legi jubet: *Namque vbi pigrandum est et vbi currendum scio*, citans Philoxeni Glossar. in quo est, *pigro*, ὀκνέω, κατοκνέω. quam conjecturam probat vir doctus in A. L. Z. ann. 1799. Partic. 350. p. 301. At si Phaedrus scripsisset *pigrandum*, qui fieri poterat, vt *tricandum*, verbum vtique difficilius, in libros scriptos irreperet? Neque etiam placet Bipontinorum *stritandum*, quod recepit cl. *Jakob*, cum hujus verbi vsus nondum satis certus esse videatur. Vid. Gesner in Thes. L. L. h. v. Quare nescio, annon tutius sit, retinere vulgatum, quod malunt Cuninghamus et Brotierius, etsi verbum *tricari*, quia in deteriorem partem accipiatur semper, vbi quis moras malitia quadam injiciat, non admittendum censeant viri docti, maxime Harius et Burmannus. Fac enim, *tricandum* non esse a Phaedro, praestat locum exhibere interpolatum, quam intrudere vel *strigandum*, vel *pigrandum*. Cf. tamen Notas. Cum etiam *sit* absorptum esse videatur a *scio*, id quidem pro vulgato *est*, cum Vrsino et Bentlejo reposui, addiceute Heusingero.

Excursus VII.

Ad Librum III. Fabula VIII.

Vs. 4. *Hi speculum.* In MSS. Pith. Rem. et Vet. Edit. vt Nevelet. Rigalt. 2. Rittershus. habetur, *his speculum*, ortum geminatione τȣ̃ *s* in *hi speculum.* In MS. Per. *his* deest. *vt positum fuit.* Vulgo legitur, *in cathedra matris suppositum fuit*, quod est in MSS. Pith. Rem. et priscis Editt. vt Rittershus. Nevel. Vrsini. Sed Faber primum ingeniose mutauit in *vt positum.* Sic etiam Salmasius emendauerat ad marginem libri, fide Gudii. *Suppositum* enim, notante Fabro, ferri nequit, nisi putes, pueros insedisse speculo, aut eorum pedibus subjectum, aut positum fuisse sub cathedra, quod contra narrationem est. Neque etiam Latinitatis ratio fert, vt dicas *suppositum in cathedra*, pro *positum.* Sine dubio autem illud *sub* natum partim ex vltima littera τȣ̃ *matris*, vnde *s* geminata, partim ex *ut*, sequente *b*, littera *b* occupauit locum τȣ̃ *t.* vid. Burmann. Vel ex hoc intelligi potest Cod. Perott. praestantia, in quo exstat, *vt pos* . . . Itaque non est, quod cum Scheffero et Schirachio Clav. P. I. p. 49. suspiceris, *quod i. c. m. positum* vel *appositum fuit*; aut cum Jac. Gronov. Emendat. in Phaedr. p. 151. vulgatum retineas sic: *Hi speculum (in cathedra matris suppositum fuit).* Credebat autem Gronouius, in humiliore parte cathedrae fuisse speculum. Alii tentauere alia. Heinsius Ep. XXI. ad Scheffer. *vt cathedrae matris appositum*, vel, *oppositum fuit;* vel, *qui speculum in c. m. vt positum fuit*; Tollius: *Hi speculum in cathedra matris suppositum suae P. l.* cet. Bentlejus: *Hi speculum in cathedra matris vt positum suae Pueriliter l. f. i.* Sed vt omittam, constructionis ordinem in lectione Bentleji nimis turbari, viri docti recte obseruant, *vt* non debere conjungi cum *inspexerant*, id quod doceat vsus hujus particulae, de quo vide Notas, nec loco *fuit* supponi *suae*, cum satis eorum fuisse matrem intelligamus. Cf. Harius et Burmann.

Vs. 5. *Pueriliter ludentes.* Non tam pusillos hos filios debemus fingere, vt ne cathedrae quidem partem superiorem possent attingere: licet enim *pueriliter* ludant, hoc non certum dat indicium aetatis: nec cathedra, species sellae, tam alta

debet fingi, vt ne nouennis quidem puer caput supra eam partem, in qua sedet mulier, et in qua speculum jacebat, posset tollere —. *Pueriliter ludere* possunt juuenes et senes, si lusum pueris solitum ludant, vt L. III. F. XIV. Aesopus *nucibus ludens*, pueriliter ludit, non tamen puer. Et quia de forma certamen fuit, jam ea aetate fuisse credibile est, qua quid forma in amore possit, sentiebant et intelligebant: et nescio quo jure Gallicus interpres filium et filiam verterit, *le petit Garçon et la petite fille. Burmann.* Haec notat Burmannus contra Jac. Gronouium in Emendatt. in Phaedr. p. 151.

Vs. 11. *Vir natus quod rem feminarum tetigerit.* Rigaltius de pulchritudine intelligit, quam natura praecipuam dedit feminis. Tum *tangere* est adgredi, laedere, carpere, vt apud Ter. Eun. III. I. 30. *quo pacto Rhodium tetigerim in conuiuio.* Hoc sensu versus vertendus: *daſs er sich als Mannsperson an der weiblichen Schönheit vergriffen hätte.* Quam interpretationem satis speciose defendere tentat Walchius. „Optimus enim, *inquit*, sensus est, et qui cum praecedentibus conuenit, cum dicitur, quod frater formosum se dixerit, et soror hoc nomine ad iram commota fuerit. Ipsum feminarum genus saepenumero sibi persuadet, quod sibi natura excellentiorem formam, quam viris attribuerit. Et cur soror ideo criminetur fratrem, quod speculum vsurpauerit et inspexerit? res enim est communis viris ac feminis: immo frater non studio, sed *forte*, vt auctor dicit, inspexerat." Quae ipsi Burmanno, strenuo Walchii obtrectatori, non displicent; apparere enim, ait, fratrem se formosiorem sorore jactasse, et jocatum multa fuisse in sororis formam non bonam. Ipse olim laudaui hanc Walchii interpretationem. Sed praeferunt viri docti alteram Fabri atque Schefferi, qui verba, *tangere rem feminarum*, proprie capiunt et explicant supellectilem muliebrem, i. e. speculum, quemadmodum *rem muliebrem* Ter. Heaut. II. III. 48. pigmenta et id genus alia, cultui et ornatui seruientia, dixit. In hanc sententiam discedunt praeter alios VV. Cll. *Jördens, Schulze, Tzschucke, Lange*, in suis ad hunc locum Obseruationibus. Cum enim filia esset turpissima, frater, inquiunt, non pulchritudinem, sed deformitatem tetigisset. Deinde si *tangere* pro *carpere, laedere*, et *res feminarum* pro pulcritudine capiatur, hunc sensum statuunt τοῖς *vir natus* non esse accommodatum. Ad objectionem vero Walchii, ideo sororem criminari non potuisse fratrem, quod speculum vsurpauerit et in-

spexerit, cum speculum res sit communis viris ac feminis et frater *forte*, non dedita opera inspexerit, respondent viri docti, inuidiose criminatam esse sororem et injusta de causa; neque obstare, quod dicitur, speculum rem esse communem viris ac feminis, cum mulieres formae studiosae speculum ad se magis quam ad viros pertinere, sibi persuadeant. Quibus omnibus ego non inducerer ad credendum, in hoc loco de speculo esse sermonem, nisi accederet monitum patris.

Vs. 14. *quotidie specula vas vti volo*: ex quo liquido apparet, hic speculum intelligi. Videtur enim frater, in pulcritudine mirifice sibi placens, speculum sustulisse ex cathedra, et jocatus multa fuisse in sororis formam non bonam, formosum se jactans et in speculum inspicere non desistens. Quo facto soror, persuasa, istam supellectilem ad feminas pertinere, non ad viros, et glorianiis fratris jocos grauiter molesteque ferens, currit ad patrem, criminatura filium, quod vir natus ausus esset, rem *feminarum*, i. e. speculum, tangere p). Fac enim, in manus non sumsisse, dicere non poterat soror, quod rem feminarum tetigerit. At pater ambos aequali prosequens amore, fert sententiam, speculum non ad solam filiam pertinere, addens: *quotidie speculo vas vti volo*. Gerikus hunc versum reddidit: *dass er als Mannsbild sich um Weibersachen kümmre*; Sattler. *dass er als Mann mit Weibersachen sich beschäftige*.

Excursus VIII.

Ad Librum III. Fabula X.

Vs. 10. *Togamque puram jam pararet filio*. Püttmannus V. C. in *Probabb. juris ciuilis* L. II. C. 6. p. 45. haec litteris consignauit: Hunc versum sic ab auctore relictum esse, persuadere sibi haud potest V. C. Jac. *de Rhoer*. Fer. Davientr. L. II. C. XI. „Quomodo enim, scribit, toga pura pararetur filio, qui vtique liberiorem illam jam induerat? Infra enim v. 23. aetas adulta diserte ei tribuitur. Sed etiam tonsum jam fuisse, patet e vs. 27.“ Hinc itaque colligit, Phaedrum scripsisse:

p) Ter. Adelph. II. I. 24. *tetigine tui quidquam?*

parasset. Ego vero quouis pignore certare ausim, id ipsum scripsisse Poëtam, quod cel. de Rhoer corrigendum censet. Satis clare hoc mihi indicare videntur verba vs. 21. obuia:

Intrauit recta cubiculum vxoris petens,
In quo dormire mater natum iusserat.

Solebant scil. olim parentes in eodem cum liberis suis impuberibus cubiculo dormire, quo sic diligentius eos seruarent, moribusque illorum consulerent. Pertinet eo fortasse illud apud S. Lucma XI. 7. Loquimur autem de liberis impuberibus. Quod enim ad filios puberes, certe apud Romanos, attinet, aliud omnino dicendum videtur, vel ideo, quod turpe adeo ducebatur, cum parentibus filios puberes lauari. Audi Cic. de Off. I. 35. *Nostro quidem more* cet. et Val. Max. II. I. 7. *Hujusmodi inter conjuges* cet. Quae cum ita sint, vero simile haud est, filium puberem, absente praesertim patre, in vno cum matre cubiculo dormiuisse. Ast vrget V. Cl. verba Phaedri vs. 23.

Aetatem adultam seruans diligentius.

Facile autem hanc superabimus difficultatem, si filium illum pubertati proximum fuisse ponamus. Sed nec verba poëtae: *vt sentit tonsum*, nos cogunt, vt in sententiam cel. *de Rhoer* concedamus. Fuerit enim tonsus infelix ille filius: sit etiam verum, pueros olim aluisse capillos, cumque ad adultam aetatem venissent, detonsos Diis consecrasse. Nihil profecto haec omnia nostrae officiunt sententiae. Ponimus enim filium pubertati proximum, cui togam puram jamjam parabat pater." Vid. *Püttmann.* l. c. cui ego quidem accedo. Adde Ferrar. de *re Vest.* P. I. L. II. C. 1. et Bayfium de re Vestiar. C. 10. Vtrumque librum habes in Graevii Thes. A. R. T. VI. Disputant antiquitatis magistri, quo aetatis anno toga pura sumta fuerit. Alii hoc factum esse contendunt sub init. anni XV. alii XVI. alii denique XVII. aetatis anno. Sed cum togae sumendae tempus esset pubertas, hinc potest intelligi, quare olim iuuenes non vno eodemque aetatis anno, posita praetexta, togam virilem sumserint. Vid. Cel. *Püttmann.* l. c. et cl. *Schmidii* Diss. de Jurispr. Phaedri p. 7. sq. coll. Ferrar. et Bayfii libb. cit.

Vs. 35. *Pertraxerunt ad Centumuiros. Festo* auctore q) erant CV. viri ex XXXV. tribubus, ex singulis terni selecti, litium judicantarum caussa, sed ob numeri rotunditatem appellati

q) In *Centumviralia judicia.*

Centumviri. *Plinius* r) CLXXX. judicii Centumviralis assessores numerat, si omnia quatuor Consilia, in tot classes enim diuisi erant, in vnum colligantur. s) Huic judicio Praetor cum Decemviris praeerat, t) Haberi consueuit in Basilica Julia, et quidem publice, *vt densa circumstantium corona latissimum judicium multiplici circulo ambiret* u). In hoc judicio solum agebatur de rebus et litibus priuatis. Caussas, quae hic judicandae erant, enumerat *Cicero.* x) Maxime hereditatis controuersiae et testamentariae hic agitabantur y). Itaque nemini mirum videri potest, quaestionem, de qua hic sermo est, et quae ad hereditatem pertinere videbatur, apud Centumviros actam esse. Judicii autem centumuiralis de hereditate auctoritas, judicante Zepernickio, tanta erat, vt quaestiones cum ciuiles, tum criminales, hereditatis occasione motae et tamquam incidentes necessario exponendae, in alio judicio exenti non possent, sed a centumvirali, vbi petitio hereditatis agebatur, licet alias esset judicium incompetens, essent dijudicandae z). Etiam capitales caussas agitatas fuisse, probat Rigaltius e loco Quinctiliani L. IV. (C. 1.) *Jam quibusdam in judiciis maximeque capitalibus, vt apud Centumviros, ipsi Judices exigunt sollicitas et accuratas actiones.* a)

Vs. 51 — 53. *Nil spernat auris, nec tamen credat statim: Quandoquidem et illi peccant, quos minime putes, Et qui non peccant, impugnantur fraudibus.* Horum verborum sensum facillimum judicarunt Interpretes. Nam nisi ita judicassent, aliquid annotationum iis adspersissent, quarum in aliis locis, non admodum difficilibus, fuere prodigi. Perperam tamen ea a permultis fuisse intellecta, cognosco ex Editione Em. Sinceri,

---

r) L. VI. Ep. 33.

s) Vid. *Graeuii* Praef. ad T. II. Antiquitt. Rom.

t) *Dio Cass.* LIV. Vol. I. p. 757. Reimar. vbi vide.

u) *Plin.* L. VI. Ep. 33.

x) De Or. L. I. C. 38.

y) Vid. *Val. Max.* L. VII. VII. 1. L. VII. C. VIII. 1. L. IX. C. XV. 5.

z) Cf. *Sibrandus Tetardus Siccama* de judicio Centumvirali ex Edit. *Zepernick.* Hal. 1776. p. 49. 51. 270. coll. Cl. *Schmidii* Diss. de Jurisprudent. Phaedr. p. 37.

a) De judicio Centumvirali, quod Plinius L. IV. Ep. 24. vocat *quadruplex*, vide quos laudat Dispontinus; quibus adde *Ernesti* Clav. Cic. *Cellar.* ad Plin. L. I. Ep. V. n. 4. *Heineccii* Syntagm. Antiquitt. Rom. Jurispr. illustr. L. IV. Tit. VI. 9.

vbi sic vertuntur: *massen auch die fehlen, von denen man sich es am wenigsten vermuthen sollte; und die nicht fehlen, werden mit Lug und Betrug übereilet.* Eodem fere redit illa interpretatio Latina, qua *impugnantur fraudibus* vs. 53. explicatur per *decipiuntur.* — *Nil spernat auris,* Phaedrus ait, *nec tamen credat statim,* Man kann alles mit anhören, aber man mufs nicht gleich alles glauben. Ita maritus in fabula, ea, quae libertus deferebat, audire quidem, non item credere statim debebat. Jam reddit caussas, cur credendum non sit statim? *Quandoquidem et illi peccant, quos minime putes,* massen oft diejenigen strafbar sind, denen man es am wenigsten zutrauen sollte, h. e. *der Bösewicht nimmt oft die Miene des Rechtschaffenen an,* velut libertus in fabula. *Et qui non peccant, impugnantur fraudibus,* und die Ehrlichsten sind den Anfällen boshafter Verleumdungen immer am meisten ausgesetzt, velut mulier casta, fraudibus liberti criminosi impugnata. Verum quidem est, *peccare* nonnumquam idem esse, quod *errare, falli*; sed illa notio huic loco omnium minime conuenit. Eligenda est itaque alia, qua *peccare* et *virum bonum esse* sibi opponuntur, vt apud Ciceronem Off. III. 15. fin. Nunquam est vtile *peccare,* quia semper est turpe: et quia semper est honestum, *virum bonum esse,* semper est vtile. Adeoque *qui peccant,* homines sunt improbi; *qui non peccant,* viri boni. Tum *impugnare* idem est, quod *accusare,* cui opponitur *defendere.* Sic Liuius V. 3. 7. vtrum enim *defenditis,* an *impugnatis* plebem? *Fraudibus,* h. e. per fraudes, fraudulento modo. Possis etiam intelligere *homines fraudulentos,* sic, vt abstractum pro concreto positum esse statuas. Quod sicut in multis aliis formis, ita in hac voce perquam est sollemne, velut apud Ter. Heaut. V. IV. 10. vbi Clitipho, et apud Plaut. Pseud. I. III. 131. vbi leno dicitur *fraus,* h. e. fraudator. Sed mihi, vt ingenue fatear, prior ratio magis probatur. *Lindner* in Tentam. Crit. Chil. P. I. p. 6. sq. Aliter haec intellexit cl. Sattlerus, cujus interpretationem dabimus:

Das Ohr verwerfe nichts, auch wenn es nicht gleich glaubt;
Zuweilen fehlt ein Mann, den man für weise hält,
Und wer auch selbst nicht fehlt, wird durch Betrug verführt.

Excursus IX.

Ad Librum III. Fabula XIII.

Vs. 2. *Fuci.* De fucis cf. *Schneider.* V. C. ad Varr. R. R. L. III. C. 16. S. 19. De iis Serv. ad Virg. G. IV. 168. *fucus est secundum Aemylium major ape, crabrone minor, dictus eo, quod sit apibus nocens, quod cum ipse nihil gignat, aliena consumat.* Notandus etiam locus classicus apud Col. IX. 15. quem dabimus ex emendatione Cl. Schneideri. „Mox vere transacto sequitur mellis vindemia, propter quam totius anni labor exercetur. Ejus maturitas intelligitur, cum animaduertimus, fucos ab apibus expelli ac fugari; quod est genus amplioris incrementi, simillimum api, sed vt ait Virgilius, *ignauum pecus*, et immune sine industria fauis assidens. Nam neque alimenta congerit, et ab aliis inuecta consumit. Verumtamen ad procreationem sobolis conferre aliquid hi fuci videntur, insidentes seminibus, quibus apes figurantur. Itaque ad fouendam (et educandam) nouam prolem familiarius admittuntur. Excisis deinde pullis, *extra tecta proturbantur, et vt idem ait,* a praesepibus arcentur." Huic loco alius addendus Plinii H. N. L. XI. C. 11. *sunt fuci sine aculeo, velut imperfectae apes, nouissimaeque a fessis et jam emeritis inchoatae, serotinus fetus, et quasi seruitia verarum apum.* Quia furtim mella consumunt, a nonnullis *fures* vocantur. Ita Varro L. III. C. XVI. *fur,* inquit, *qui vocatur ab aliis fucus, ater est lato ventre.* Nec desunt alii scriptores, a quibus fuci furium nomine censeantur; quo referendus Aelianus H. A. I. 9. Loquitur etism Aristoteles de furibus, v. H. A. IX. 336. sqq. coll. Plin. L. XI. C. 16. Sed obseruat Cl. Schneiderus ad Varr. R. R. L. III. C. XVI. S. 19. e Beckmanno (ad Antigon. Carystium p. 105.) in loco Aristotelis fucos a furibus esse distingnendos, et Varronem, lectione loci Aristotelici deceptum, fucum cum fure miscuisse. De fucis etiam conferri potest Hesiod. Θεογ. 594 sqq. ἔργ. 302. sq.

Excursus X.

Ad Librum III. Fabula XV.

Vs. 14. 15. 16. Burmannus haec ita emendat: *Cujus potestas nulla in gignendo fuit, cur hac* (vera matre) *sit potior? quod* (Ouverringius *quia*) *jacentis miserita est*: vt sit interrogatio canis, qui hoc quaerat: cur illa, quae vbera praebet, et cujus nullae partes fuere in gignendo, potior sit vera matre? agnus autem respondeat: *quod jacentis miserita est.* Sed omnia recte se habent, et nulla correctione opus. Nam quae jacentis est miserita, ex interpretatione nostra, vtique alia est, quam ea, cujus potestas nulla fuit in gignendo: sicque oppositio, quam Burmannus desiderabat in vulgata lectione, re vera locum habet, qua matrem comparat cum ea, quae vbera praebet relictae a matre. In vulgata etiam omnia optime conueniunt cum prioribus; pergit enim agnus in respondendo cani, qui monuerat, *tamen illa est potior.* Vide supra Notas ad hos versus et ill. de Schirach. Clav. P. I. v. *potior.* Gudius conjiciebat: *Cujus potestas nulla in gignendo fuit, Cur haec? sit potior, quae jacentis miserita est*; sed haec repugnant simplicitati Phaedri. Aliam conjecturam parum probabilem eamdemque minime necessariam profert T. J. A. *Schütze* V. Cl. in Crit. in Phaedr. Obs. p. 3. vbi vide. coll. P. II. Phaedri p. 115. Neque opus erat emendatione Heinsii, *cujus potestas nulla gignendi*, vel *gignentis fuit*; cf. notata ad vs. 14. et Davis. ad Cic. Tusc. I. 42. neque etiam Barthii, corrigentis Adv. XLII. C. 14. *cur haec sit potior, quae nascentis m. e.* ex qua lectione Schefferus se non extricabat. Sed ad Stat. Silv. L. II. I. 87. legit *jacentis.* Bentlejus Vs. 16. legi vult, *praestat sponte beneuolentiam.* Ita enim putat versum commodiorem fore; sic quoque Cuninghamus. At Sanadon. Philipp. Lallemant. frustra mutant et inuertunt hoc modo:

> Hac illa potior, quae jacentis miserita est,
> Dulcemque sponte *praebet* beneuolentiam
> Quamvis potestas nulla in gignendo fuit.

Vs. 18. 19. *Kohlius* Comment. crit. I, 49. §. 4. putat, hos versus ab homine quodam hebetioris ingenii vel dedita opera additos, vel primum commentationis gratia adscriptos, deinde per imprudentiam in textum esse receptos. „Phaedri, *inquit*,

non esse, res ipsa loquitur. Quis enim quaeso is auctor, quem dicit his versibus demonstrare voluisse, obsistere homines legibus, meritis capi? num ipse Phaedrus? id quidem probabile non est, Phaedrum de se ipso locutum; an vero Aesopus? at ille Graecus auctor soluta scripsit oratione apologos, non ligata." Facile crediderim, Aesopum, quem Phaedrus hocce epimythio notauerit, non esse auctorem fabulae, cum haec non reperiatur inter Graecas Aesopi fabulas; etsi probe sciam, non vnam poetae fabulam latere posse in tenebris, olim forsan in lucem protrahendam. At ponamus Phaedrum fabulam Aesopi, soluta oratione scriptam, expressisse ligata, i. e. versibus senariis. An propterea Aesopus dici non potuit auctor fabulae? Certe Prol. I. 1. docet, utique dici posse. Sed quidni ipse Phaedrus hujus epimythii auctor esse possit, equidem non video; cum e Prol. II. 7. non obscure intelligatur, non inepte se ipsum h. l. fabulae appellauisse *auctorem*. Accedit mos Phaedri, praeter epimythium, vel promythium, ad finem fabulae versiculum γνωμικὸν aliis disserendum committendi; de quo dictum est Not. ad vs. 17. Ex quo luculenter patet, hosce versus non temere esse ejiciendos. Nihilo vero secius ill. *de Schirach*, Clav. P. I. v. *obsistere*, Kohlii auctoritate motus, eos pro spuriis habet. Censet etiam, Phaedrum singularem quemdam casum mente tenuisse, cum scripserit hanc fabulam, qui ad se atque illum tantum pertineret, cui dicasset hanc fabulam; laudans hanc in rem L. III. F. I. et L. V. F. X. sed nil attulit vir doctus, quo conjecturae suae aliquid adderet ponderis; immo vero habeo persuasissimum, notauisse poetam duros istos parentes apud Romanos, vel etiam matres, de quibus dictum est in Not. ad vs. 1. 2.

Excursus XI.

Ad Librum III. Fabula XVII.

Quae ad historiam litterariam hujus fabulae pertinent, supra memoraui in Disputatione *de Phaedro antiquitatis scriptore*. Quibus addenda sunt, quae nuper disputauit cl. *Jacobs* in peculiari dissertatione, disputationi nostrae subjuncta. Sed ne quidquam praetermittere videar, quod vindicando Phaedro

inseruire possit, hoc loco inserere visum est *Excerpta e Boulangeri*, Galli, Disputatione de Litterature Germanorum (*Discours sur la Litterature Allemande*) praefixa ejus Fabularum opusculo, quod supra laudaui in Notitia litteraria de Phaedro, et quod Cl. *Dassdorfius*, pro suo in bonas litteras fauore, e Bibliotheca Electorali Dresdensi, mihi transmisit, Disputatione mea jamjam ad vmbilicum perducta. Sed audiamus Boulangerum.

Phedre a fait un choix heureux dans les Apologues d'Esope et leur a donné une grace nouvelle par sa précision elegante, que l'on a comparée avec raison à celle de Térence. Mais un des plus scavants hommes de l'Europe, Mr. *Christ*, dans un Ouvrage qui est un jeu pour lui *) et qui seroit pour tout autre un travail immense, a entrepris, il y a quelques années, de revoquer en doute l'autenticité du Phedre recouvrée par notre M. Pithou aussi connu dans la Littérature que dans la Jurisprudence. Comme la sagacité de Mr. Christ et la haute estime que l'on a pour son erudition sont très-propres à donner du poids à son sentiment, il ne sera pas inutile d'examiner ici les raisons sur lesquelles il le fonde. Seneque a dit, *Aesopios logos, intentatum Romanis ingeniis opus.* Mais ou Seneque a ignoré que Phedre ait fait des Fables, ce qui est très possible, ou bien il a entendu par-là que personne parmi les Latins n'en avoit fait de nouvelles dans le genre d'Esope ce qui est très vrai. Phedre lui-même avoit prévu, que ses contemporains lui reprocheroient de n'être point veritablement auteur:

Quidquid putabit esse dignum memoriā
Aesopi dicet.

Le silence de Seneque ne prouve rien contre Phedre dont Martial et Avien font mention. Avien en a fait, dit Mr. Christ, un Fabuliste Grec. Il est vrai, qu'il le cite après Gabrias ou Babrias.' De même on pourroit dire qu'il fait d'Horace un Poëte Grec, parce qu'il le cite dans le même endroit après Socrate.

On trouve dans la Corne d'Abondance **) de l'Archevêque de Siponte, imprimée 1496. la Fable des Arbres protégés par les Dieux, à peu près telle qu'elle est dans le Phedre qui n'a

*) Jo. Frid. *Christii* Prolusio cet.

**) Nic. *Peretti* Cornucopiae.

paru qu'en 1596. Mais on a trouvé un des Vers de cette même Fable sur un monument très-antique dont parle Zamosius. Et cependant Perotti pretend qu'elle est un des amusements de sa jeunesse. A Dieu ne plaise, que je veuille accuser de mauvaise foi cet Archevêque: il se peut très bien qu'il ait mis alors cette Fable parmi ses Ouvrages, et que l'y ayant retrouvé dans un âge avancé, il ait cru reellement l'avoir faite. Ce qui est d'autant plus vraisemblable, qu'il dit avoir tiré ce sujet d'Avien qui ne l'a jamais traité. Ajontez à cela que Perotti connoissoit Phedre et qu' il en parle dans cette même Corne d'Abondance. Faudra-t-il sur un seul passage d'un Auteur du quinzieme Siécle supprimer à la fois les deux Fabulistes Latins qui nous sont restés?

Mais pourquoi vouloir ôter à Phedre cinq livres entiers parce qu'on y auroit inséré une seule Fable qui ne seroit pas de lui? Faudroit-il les attribuer toutes à Parotti qui en auroit fait une? Un Manuscrit donne celle-ci à Phedre, un autre la donne a Perotti. Pour décider il faut la lire dans les deux Ouvrages et reconnôitre son Auteur en comparant les stiles. Une présomption très-forte encore contre l'Archevêque de Siponte, c'est que plusieurs Vers de cette Fable courte et correcte ont été totalement alterés par ce respectable Commentateur de Martial. *Phoebo laurus* pour *Phoebo laurea. Ne videantur* cet.

Mr. Christ relève dans Phedre quelques expressions qui lui paroissent peu Latines et qu'il prétend n'avoir pas été employées dans le même sens par les meilleurs Auteurs du Siècle d'Auguste. De-là il conclud que le Phedre est un Ouvrage supposé. Mais comme il y a dans chaque Auteur bien des tours et même des expressions qui lui sont propres, on pourroit par cette methode prouver egalement, que Ciceron n'est pas de Ciceron.

Et cette entreprise ne seroit pas entierement nouvelle. Un Ecrivain *) du dernier Siècle a déja voulu prouver que Ciceron ne sçavoit pas le Latin.

Lorsqu'on annonça en Europe la première Edition de Phedre, cette découverte d'un Manuscrit qui avoit été perdu si long temps, parut d'abord suspecte à tous les Sçavans. **) Mais après avoir lû l'Edition que venoit de donner Mr. Pithou,

---

*) Vi *Grosippi* Paradoxa Litter. Amstel. 1659.

**) Voyez le Pere *Vavasseur.*

il ne resta aucun donte dans les esprits. Le petit nombre d'expressiona, que trouve à y reprendre aujourdhui un des plua ingenieux Critiques, est une nouvelle preuve de toute la pureté de Phedre.

Mr. Christ prétend que pour eclaircir ses doutes il seroit necessaire de recourir aux Manuscrits, et de demèler leur âge aux traits de l'Ecriture et la forme des Lettres. J'avouë que je ne vois pas à quoi serviroit un pareil Examen. Ces Manuscrits pourroient n'être pas aussi anciens que l'Ouvrage même, ils pourroient paroître aussi anciens et ne pas l'être. Car si l'on a pu imiter la diction Latine du Siecle d'Auguste au point que tous les Sçavans s'y aoient mépris, on a pu à plus forte raison imiter le papier et l'écriture ancienne si parfaitement, que tous les Connoisseurs s'y trompent. Il est plus aisé sans doute de contrefaire tous les Manuscrits du Vatican, que de composer un seul poëme digne de Virgile, de donner à une Statuë moderne le vernis des Antiques, que de sculpter comme Praxiteles.

Il y a dans Phedre plusieurs traits qui dénotent clairement un Siècle poli. Qui pourroit conçevnir que dans des Siécles barbares on eût peint si agréablement l'indifference philosophique de Ménandre et ce luxe voluptueux dont on n'avoit point d'idée? Ce que Phedre nous a dit des moeurs et du génie de Ménandre doit, ce me semble, nous faire regretter encore plus les Comédies de ce Poëte Grec. cet."

Excursus XII.

Ad Epilogum Liber III.

Vs. 8. 9. Varie explicant viri docti hosce versus. Gronouius sermonem putat esse ad Eutychum, a quo Phaedrus pro fabulis petat manumissionem. Sed quaerit Burmannus: „Vnde probaret, Eutychi sernum fuisse Phaedrum? certe ex toto Prologo L. III. apparet, non eum alloqui, vt patronum, sed vt hominem, se quidem beatiorem et districtum negotiis; sed minime vt patronum, a quo manu missus. Queritur porro, se calumniis a Sejano oppressum, quem credo parum de serno fuisse sollicitum. Quare jam manumissum fuisse Phaedrum,

cujuscunque fuerit seruus, credibile est." Heusingerus Gronouii sententiae obstare contendit aetatem Phaedri Vs. 15. et 19. significatam. Sed vide, quae mox notabo. Burmannus locum capit de aetate, ad senectutem inclinante (Vs. 15.); praeterea verba vs. 16. *auxilio locus est*, viro docto non de manumissione, sed de pecunia videntur intelligenda, cujus praesidio senectutem subleuaret, vt Virg. I. Aen. 358. *auxilium viae* vocat *thesauros* et *argenti pondus* et *auri*, et Phaedrus L. IV. XXIV. *subsidium vitae*. Sed cum Phaedrus Vs. 16. sq. dicat: *olim senio debilem frustra adjuuare bonitas nitetur tua*, ex his verbis efficitur, Phaedrum tum, cum hunc Epilogum scriberet, neque senem fuisse; neque senio proximum; adeoque *languens aeuum* (Vs. 15.) non de senectute, sed vita Phaedri, a noxiorum insolentiis pressa (Vs. 31) et moerore confecta, esse intelligendum. Deinde non pauca inueniuntur in hoc Epilogo, quae probare possint, locutionem, *auxilio locus est*, melius capi de auxilio patroni et judicis insonti ferendo; quam de pecunia, senectutis praesidio. Centies enim, ipso obseruante Burmanno, *auxilio* dicuntur *esse* patroni, et qui deprecantur pro aliquo, vel etiam ipsi judices. Non lubet autem, h. l. repetere, quae supra disputauimus in Vita Phaedri de calamitate poëtae, in quam deductus erat odio Sejani, et aliorum potentum calumniis, quos laeserat et offenderat fabulis suis; item quae de tempore, quo Librum III. fabularum conscripsisse vero simile est, nec non de Eutycho, cui dedicauit, notata sunt, in lectione hujus Epilogi in memoriam reuocanda. Sufficiat obseruare, quae explicando huic loco inseruiunt. Phaedrus nempe hocce tempore calumniis inimicorum iterum c), etsi insons, vt ait Vs. 22. accusatus et in jus vocatus fuisse videtur. Epil. III. 22. sq. 30. sq. Judices vero ante Eutychum munus suum injudicata re obiuerant (Vs. 24.) et actio pendebat d), nescio qua de caussa. Forte Phaedrus custodia tenebatur (L. III. IX. 3. 4.) In locum horum judicum successerat Eutychus (v. 24. sq), qui conjectura probabili nunc praeerat judiciis. Quod etsi vero simile negant esse Burmannus et Desbillonius e), cum liberti nomen gereret Eutychus; tamen quia

c) Tale quid jam factum erat tempore Sejani, qui accusator erat, testis et judex Phaedri. Vide Vit.

d) *Die Sache ruhete, wurde nicht betrieben.*

e) V. Ej. Notas ad L. IV. XXV. 24. sq. (Ep. III. 24. sq. nostr. Ed.)

liberti isto tempore non raro magno in honore erant; et Eutychus non vno munere pnblico functus esse videtur (Prol. III. 5. 7. Epil. III. 3. coll. Excurs. I.): non sine ratione suspicor, eumdem e numero judicum Phaedri fuisse; id quod confirmatur V. 22. maxime v. 26. sq. huj. Epil. quem locum de religione jndiciorum et fide jurisjurandi, quo se Romani judices adstringebant, interpretandum esse, jam supra in Vita Phaedri docui, praeeunte Desbillonio. Atque etiam Burmannus ex hoc versu censet colligi posse, agi de judice. Phaedrus igitur metuens, ne lis protrahatur, et ipse coram diuersis judicibus forte injustis et partium studio abreptis, et magistratibus, qui annui erant, aut qui aliquando vacabant, et deinde iterum fungebantur magistratu, caussam dicere cogatur, in hoc Epilogo petit ab Eutycho, Patrono suo et judice, vt auxilio sit reo periclitanti, suamque in eo operam ponat, vt veniam impetret. Jam antea promiserat Eutychus, se redditurum fabularum Opusculo istud praemium, i. e. se Phaedro auctori earum, inuidiae calumniaeque vi oppresso, non defuturum (V. 9.); at vero nunc impensius rogat poëta, vt stet promissis, adjunctis variis argumentis, quibus ostendit, quam celeri opus sit auxilio (V. 8 — 20.) Cui conjecturae addunt pondus verba (v. 24. sq.): *Tuae sunt partes, fuerunt aliorum prius, Dein simili gyro venient aliorum vices*, quae Desbillonius praeclare ita explicat: „Tuae sunt partes in mea caussa judicandi: alii jam antea judices munus suum (annuum videlicet) injudicata re obiuerunt; aliique porro quasi in gyrum succedent, nisi reum me absolui ac dimitti pro tua misericordia diligenter curaueris.“ Quae omnia si rite expendantur, nescio, an assentiendum sit Censori erudito f), qui in hocce Epilogo de calumniis, quibus premebatnr Phaedrus, non de actione forensi agi, statuit, laudans vs. 32. coll. Prol. III. 39. sq. et Prol. IV. 15.

Vs. 20. *Preces existimo.* In MS. Rem. est *preces exes;* in Pith. *praeceps exis*, vnde Pithoeus fecit *preces existima*, quod multae habent editiones, vt Rigaltii 2. Nevelet. Faber. Vrsin. Schefferi 3. cet. Sed *existima* nescit, quo referat Burmannus, et corruptam esse vocem recte credit; quare sententiae Schefferi adhaeret, qui legit *existimo*, probante Guyeto; vt sit formula confitentis importunitatem tot suarum precum. Secuti Sanadon. et Philipp. E corrupta codicum lectione Gudius *sex-*

---

f) v. Ephemer. Götting. litter. *Zugabe* ann. 1781. Partic. 53.

centies fecit, acuta, vt ait Burmaonus, et blandiente conjectura, sed dubia et fallaci; quare is non ausus fuit, recipere in contextum, vt fecerunt Gronov. Maittar. Walch. Richter. Leonhard. Hoogstratan. Didot. Offeodunt praeterea aures junctae voces *preces sexcenties* syllabis asperis, e tot *s* et *e* confragosis: *preces sexcenties* denique esset hominis indigoaotis, non simpliciter rogantis, obseruante Bentlejo, qui hinc, quamquam sine vlla veri specie, exsculpit: *stultum admouere tibi preces est, Eutyche, Procliuis vltro cum sis misericordiae.* cf. Gud. et Burmann. it. V. L. ad vs. 21. Cum in Cod. Pith. legatur *praecepsexis*, Desbillonius credit, inde eruendum esse, *perspexeris*, hoc sensu: ipse perspexeris, me stulte facere, quod preces tibi admoueam, cum sis sponte misericors. Cuoinghamus suspicatur, Phaedrum scripsisse: *Stultum admouere est tibi preces enixius.* Sed praestat retinere lectionem Schefferianam, receptam a plurimis.

Vs. 24. sq. Cl. Brotier. testatur, in MSS. Pith. et Rem. legi: *Tuae sunt partes, fuerunt aliorum dein simili gyro venient aliorum prius vices.* Fide Neveleti hi versus in MS. Pith. ita exhibentur: *Tuae sunt partes fuerunt aliorum dein: Simili gyro venient aliorum prius vices.* Contra Gudius in suo, i. e. Pithoei Codice, memorat iouenîri: *Tuae sunt partes, fuerunt aliorum, dein simili gyro venient aliorum vices*, omisso τοῦ *prius*. Quae scripturae et interpunctionis diuersitas in eodem Codice io hoo opere saepius notata est. Dolendum, viros doctos, qui libros scriptos inspexerunt, non accurate indicasse, quae sint a maou prima, quae a secunda. Pithoeus emendauit: *Tuae prius sunt partes, aliorum dein: Simili gyro venient aliorum vices.* Ita Neveletus. Alii tentarunt alia. Burmannus ex aotiquorum Codicorum vestigiis vellet: *Tuae nunc* (Gudius et Bentlejus *Tuae sunt*) *partes, fuerunt aliorum* (Bentlejus *fuerant illorum;* Gudius *fuerunt aliorum*) *prius, Dein simili gyro venient aliorum vices.* (Sic etiam Bentlej. et Gud.) J. F. Gronov. edidit: *Tuae sunt partes, fuerunt aliorum, dein S. g. v. a v.* Hoogstratao. et Maittarius Gudio obsecuti, dederunt: *Tuae sunt partes, fuerunt aliorum prius, Dein s. g. v. a. v.* quam lectionem reliquis antefereodam duxi. Sic fere Brotier. Bipontini Editores; Desbillonius, nisi quod hi habeant, *fuerant aliorum prius.* Alii, vt constaret metri ratio, addiderunt, *similique gyro*, vt Burmannus, in cujus Edit. majori legitur: *Tuae prius sunt partes, aliorum dein; Similique gyro v. a. v.* Cui parent alii. Nec

defuerunt, qui hosce versus vel expungerent, vel, vt Philippus, abjicerent tantum Versum 25. retento 24. Perperam. *aliorum.* Quia bis *aliorum* occurrit, Bentlejus prius mutat in *illorum*; quod repudiat Burmannus; nam *illorum* certos homines, quorum mentio jam facta est, respiceret, quae hic nulla est; *aliorum* vero est inde finite, quorumcunque, diuersorum a prius memoratis. Nec desunt exempla, vbi bis terue *alius* de diuersis repetitur, vt Justin. XII. 8. v. Burm.

De sensu Vs. 24. sqq. dictum est supra in Notis coll. hoc Exc. init. Alii tamen aliter. Gronov. et Hoogstratan. capiunt de Opusculo fabularum Phaedri, quibus accedit Brotier. scribens p. 142. „Tunc partes erant Eutychi, cui Phaedrus tertium fabularum librum dicauerat. Prius fuerant aliorum partes, qui prioribus duobus libris erant patrocinati. Deinde venere aliorum vices, Particulonis et Phileti, qui in duobus posterioribus libris celebrantur." Sed haec sunt contra mentem poëtae. Rectius suspicatur Bentlejus, agi hic de judicibus, probante Burmanno, qui tamen vellet explicuisset Bentlejus, quomodo vices illae judicum *gyro* venirent, et annon e versibus memoratis colligi possit, saepius fuisse accusatum Phaedrum, vel certe metuisse, ne coram diuersis judicibus et magistratibus caussam dicere cogeretur. Certe hic ei aliquid latere videtur. Ipse vero censet, nec Eutychum, nec Particulonam judiciis praefuisse, quia libertorum nomina gerant: Virum aliquem hic intelligi, qui annuum et insigne munus Romae obierit, vnde quasi in orbem ad alios quotannis deuoluebatur; nomini vero ejus pepercisse, ne in inuidiam adduceret supplex Phaedrus, qui fabulis tot Romanorum principes offenderat. Cum his comparabis conjecturam nostram, initio Excursus XII. propositam.

Excursus XIII.

Ad Prologum Liber IV.

Vs. 4. *Talis est tituli appetens.* J. F. Gronouius et Vrsinus mallent *tituli auidus*, i. e. ejusdem laudis, nempe e fabulis scribendis, cupidus: quae lectio non displicet Ouverringio et Brotierio. Cf. Notas nostras ad vocem *tituli.* Burmannus se-

que facile atque *auidus est* legi posse putat, *cupidus est*; et majori specie. Meursius fecit *tituli diligens*, vt per *titulum* intelligat titulum poëtae. Sed obseruat Burmannus, suppetere quidem exempla, quibus *diligens artis*, et similium dicatur, quae quotidie quis diligenter exercet, vt *diligens antiquitatis* apud Sen. N. Q. VI. 12. sed quomodo quis possit titulum diligenter exercere, aut versare, non videt; nisi forte *tituli diligens* debeat sumi pro *diligens titulum*, vt *praemetuens doli* L. I. F. XVI. et similia. *Studii diligens*, quod Gudius per longas ambages circumducta conjectura et contra Codicis auctoritatem reponit, Burmanno languidius et minus elegans videtur. Neque credit, si *studii* scripsisset Phaedrus, facile librario in mentem venisse, *tituli* supponere, aut glossatori, ita explicare. Strenue tamen lectionem Gudii tuentur ill. de *Schirach*, et Leonhardus, quam Bipontini et cl. *Jakob* receperunt in textum. Walchius legit: *Nam si quis talis etiam esset styli diligens*, vocem *tituli*, quae est in MSS. rejiciens, quam conjecturam, vt violentam et metro repugnantem, rejicit Heumannus in N. B. P. 27. p. 611. Johnsonius; *Nam si quis talis etiam studioli est amans*, sed non docuit, vnde hanc vocem, Latio incognitam, depromserit. Bentlejus: *Nam si quis talis etiam tituli est aemulus*; Barth. Adv. XXX. 22. et Ablegm. Crit. L. II. C. 23. *Nam si quis talis etiam est tituli honor*; Heinsius: *Nam si quis talis est etiam tituli locus*. Sed de variis hisce conjecturis egregie Burmannus: „quae omnes possent defendi, sed quarum nulla a Phaedro profectam esse vocem, quam adjiciunt viri docti, confirmare pro certo potest."

Vs. 5. Haesi diu in hoc loco: nam responderi poterit, si tu editis quibusdam fabulis, Phaedre, cessas dehinc a scribendo, facile diuinare poterit alius, quid tu omiseris, vacuam enim tradis prouinciam sequentibus, ex qua possunt arripere, quod placet. Sed puto hoc Phaedrum velle, se plurimas jam fabulas, et vt credo, maximam partem in hoc composuisse, vt sui temporis homines, sub bestiarum personis, describeret intelligentibus: non tamen exhausisse materiem, cujus magnam copiam dabat malignitas et diritas temporum: et hinc, si alius vellet relictas a se partes suscipere, ille quidem Aesopeas quasdam fabulas, sed quae non certos homines et eorum mores exprimerent, sed in genere tantum vitia quaedam hominum notarent, vt moris erat in noua comoedia, daret: sed sub quibus non lateret ille aculeus; quia forte non idem sentiret

de saeculo suo, aut de Romanae reipublicae administratione, et potentibus in ea viris; ideoque non possit ille dininare, an hoc vel illud vitium, in hoc vel illo homine, omiserit Phaedrus, qui nec ipsas jam editas Phaedri fabulas intelliget: et hinc forte vel idem famae traderet, omissum credens, vel non eo colore scribendi, nec ea animi affectione, qua vsus erat Phaedrus, fabulas proderet. *Burmann.*

Vs. 7. *Animi cogitatio.* Heinsius legi vult *animo*; sed Bentlejus hunc et sequentem versum ita jubet constitui: *Sua cuique cum sit animi conscientia Dolorque proprius.* „Phaedrus enim, *inquit*, rationem reddit, cur alius quiuis, qui post eum fabulas scribere velit, non in easdem incidet, quas ipse in animo habebat; quia auctor sua *animi conscientia*, *proprio*, *dolore* motus, ad fabulas scribendas accessit Prol. III. 36. 44. 47. Cum igitur sua cuique mens sit, suus cuique dolor, sua calamitatis sors; duo homines numquam easdem fabulas scribendas sibi deligent. *Animi conscientiam* praeter alios multos Noster habet Prol. III. 47." Cui quidem emendationi, ex mente Burmanni, magna species adderetur, si ita capiamus, vt cepit idem vir doctus. Vid. hunc Excurs. ad vs. 5. quia injuria, qua a Phaedrus se affectum saepe indicat, non ita penetrat animum alieni hominis, vt ille in fabellas affectus illos transferre possit: aliter animatus scriberet Phaedrus, eumdem hominem sub larua fabulae traducturus, aliter otiosus spectator, sed nihil passus. Sed *animi cogitatio* tamen retineri, hoc etiam sensu, posse censet vir doctus, cum idem fere possit exprimere, quod Bentleji *conscientia*, quod exemplis firmare studet. Mihi quidem durum videtur τὸ *cogitatio* mutare in *conscientia* et cum lectio vulgata apta sit ad sensum, emendatio Bentleji non est admittenda.

Vs. 14. *Nunc vaciue perleges.* Teste Brotierio in MSS. Pith. et Rem. legitur: *dum variae* vel *varie perleges*, turbato metro: pro quo jam olim Pithoeus ex ingenio edidit, *dum vaciue perleges*. Vid. Gud. Pithoeum deinde virorum doctorum non pauci secuti sunt. Τὸ *varie* enim ex compendio, vel mala scriptura natum esse videtur. Vid. Burm. Etsi enim Gudius et cl. Schützius crit. in Ph. Obs. p. 9. *varie perlegere* tueri student; atque etiam Rigaltiana I. Neveletana, Hanouiensis 1603. nec non Editt. Fabri et Hoogstrat. exhibent *varie*; recte tamen Burmannus, *varie perlegere* neque Latine dici, neque sensum aptum habere, statuit. Certe fatendum, sensum, quo

capinnt viri docti τὸ *varie*, nimis esse quaesitum *). Gudins autem post *dum*, quod explicat *dummodo*, jubet rescribi *tu*, idque metri caussa, quod hic ἐμφατικῶς positum opponatur maligno obtrectatori. Sic, praeter alios, legunt Danet. Hoogstratan. Didot. in Edit. stereotypa, qui *dum tu varie perleges* ediderunt. Contra alii *dum* retineri posse negant, oum nexum luxet, vel amoueat hinc; hinc varie mutant. Vrsinus mallet, *nunc vaciue*, cui ego parui; cl. Tzschucke, post Guyetum, Lallemant. alios, *tu vaciue*; Bipontini satis audacter *tu dumtaxat*; Bentlejus, *cum vacarit perleges*, cui lectioni fauet Prol. III. 2. Secutus ill. de Schirach Clav. v. *vaciue*: Desbillonius etiam excogitauerat, *dum tu rite*, quod non multum a vetere scriptura differre ait. Alii quibus τὸ *vaciue* insuetum et inauditum videtur, tentauere alia. Cuninghamus conjicit, *dum feriae erunt, perleges*. Praeiuerat Richterus, legens in specimine crit. p. 67. *Paruum, dum feriae, libellum perleges*, vel, *Quarum, dum feriae, l.* at obseruat Burmannus: „si ita licet conjicere, nulla nos vmquam morabitur difficultas." Postea Richterus edidit, *dum vaciue perleges*. J. F. Gronov. et Hoogstrat. in Edit. ann. 1711. mallent *vaciuus: aures vaciuas* dixit Plaut. Prol. Casin. Harius: *dum tu valide perleges*, quod quo sensu et quam eleganter dicatur, ignorat Burmannus, nisi pro *valde* capiamus, vt saepe alibi; sed nec sic placet; Cl. Schützius l. c. *Quartum libellum dum varie perlegis*, hoc sensu: quoniam placent tibi fabulae, plures effero, dum tu priores lustras animo; J. Gronov. *Quartum libellum ductum varie perleges*, sed quaerit Burmannus: „an quartus libellus magis varie ductus est reliquis? aut, an aures capere possunt tres voces, in litteram mugientem insuaui sono exeuntes? praeterea, an vt *ducere* varias materias, *ceram*, *lutum*, immo *carmen*, obnium est apnd scriptores veteres, ita *ducere libellum* occurrit alibi." Cl. Brotier. hunc locum ita constituit: *Tu dum Variae perleges*, miraturque neminem deprehendisse veram lectionem, latitantem in MS. Pith. in quo est, *dum variae perleges*. „Hic agitur, inquit, de Particulonis villa, quae erat Variae, nunc *Vicovaro*, in ripa dextra Anienis, nunc *Teverone*, agroque Tiburtino, *la Cam-*

*) Ita explicat Gudius: Quarum libellum dummodo tu, vt flosculos apicula, late et varie perlegens, nunc his, nunc illis ex floribus, omnia libans, sic verba mea tuas in chartas transferes.

pagne de Tivoli, via Valeria. Proxima fuit Horatii villa, qui et Variam memorat L. I. Ep. XIV. 1. sqq. Gratum erit viris eruditis locum hunc Phaedri tamdiu deploratum, tam facile, tam certe fuisse sanatum." Quae emendatio, auide recepta a Desbillonio, etsi non penitus repudianda videtur; vid. Ephem. Götting. litter. ann. 1784. Partic. 6. 7. ego tamen nondum possum induci vt recipiam.

Totus hic locus a vs. 10 — 16. quomodo ab insignioribus Criticis constitutus sit, nunc placet subjungere. Burmannus:

Quare Particulo, quoniam caperis fabulis,
(Quas Aesopeas, non Aesopi nomino,
Qui paucas ostendit, ego plures dissero,
Vsus vetusto genere, sed rebus nouis)
Harum libellum dein vacius perlege.

Bentlejus:

Quare Particulo, quoniam caperis fabulis,
(Quas Aesopeas, non Aesopi, nomino:
Quia paucas ille ostendit, ego plures fero;
Vsus vetusto genere, sed rebus nouis)
Quintum libellum, cum vacarit, perlegas.

Brotierius:

Quare P. q. c. f.,
Quas Aesopeas, non A. n.
Quasi paucas ostenderit, ego plures dissero,
Vsus vetusto genere, sed rebus nouis.
Quartum libellum tu dum Variae perlegas,
Hunc cet.

Desbillonius:

Quare P. q. c. f.
Quas A. n. A. n.
(Nam is paucas ostendit, e. p. d.
V. v. g. s. r. n.)
Quintum libellum dum tu Variae perlages,
Hunc cet.

Vs. 18. *Vestras in chartas verba transfertis mea.* Haec omnes interpretes praeterierunt, et certe quod ad verba attinet clarissima sunt. Sed quia magnam lucem praebent praecedentibus, accuratius excutienda sunt. Gallicus interpres capit, ac si Particulo ipsa Phaedri verba saepe in sua scripta transtulerit, *de vous servir de quelques unes de mes paroles dans vos écrits*; sed tam doctum fuisse Particulonem et ejus similes quis pro-

bet? Forte aliquis crederet, ipsos fabulas Phaedri sibi ad vsum descripsisse in chartas, aut membranas, vt quotidie legere possent. Sed quis credat, Particulonem, aut similes ejus, libellos Phaedri transscripsisse sua manu? cum, si editi forent, librariorum opera possent eos consequi. (Lenia sane haec et nullius momenti putanda. *Schw*) Quare hanc praefationem non, vt Bentlejus, licet primo loco positam, vltimam tamen scriptam esse, vt fere hodie absolutis libris solemne, fingere nobis debemus. Sed credo Phaedrum singulas, vt ipsi nascebantur, fabulas recitasse inter amicos, super coenam, in circulis, aut aliis in conuentibus, quas illi, quia breues erant, et tangebant ejus temporis mores et homines, in codicillos suos et pugillares libellos transscribebant: et hinc jam ratio emendationis meae apparet, cur v. 14. *dein*, vel *deinde* scripserim; nimirum tum vaciue perleges, cum omnes illae fabellae in vnum libellum fuerint conjectae. Nunc interim sibi gratulatur, quod ex recitantis ore exciperent quasdam, et judicarent dignas, quae seruarentur, et deinde in librum colligerentur, ad posterorum etiam vsum. Vide et infra Epil. IV. 2. in poëtae verbis ad Particulonem, vbi verbo loqui vtitur, vt et mox: *Hoc ne locutus sine mercede existimer*. *Burmannus*, qui ad h. l. erudite docet, eodem fato nata esse multa Martialis Epigrammata. Sed vide Notas ad h. v.

Vs. 20. In Codd. MSS. Pith. et Rem. it. in nonnullis Editt. vt Rigaltii 2. legitur, *in litterarum plaurum ire desidero*. Quod quia Scioppio obscurum videbatur, et quia huic omnino loco maculam inesse putabat, legebat, *inlitteratum plausum cur*, vel *non desidero*, vt dicat Phaedrus: tu modo et tui similes viri docti meas fabulas laudetis; ab illiteratorum hominum cauea plaudi mihi, nihil moror; seu indoctorum hominum plausus nihili facio. Haec lectio suffragia tulit Fabri, (qui vulgatam metro repugnare recte putabat, etsi eadem illa in ejus editione legatur) Rigaltii, Schefferi, Heinsii, (qui tamen mallet *nec desiderem*) Freinshemii, leuiter mutantis in hanc formam, *Inlitteratum plausum nec desidero*, cui accedunt Bipontini; Desbillonii, qui edidit *cur desidero*. Id enim censet propius accedere ad veterem scripturam, et sic viuidiorem orationem effici. Gudio vulgata sana et pulchra videntur, nisi quod legendum putet, *in litterarum ire plausum desidero*, quam quidem lectionem exemplis firmare studet, quorum vim probandi infringere allaborat Burmannus, statuens, Gudii lectionem nec

versui, nec sensui satisfaceret: cogi enim virum doctum, *ire* vltima producta propter litteras *pl* sequentes pronuntiare; deinde sensum, si non diuersum, certe admodum ambiguum exire: nam *ire in plausum* esse idem quod plaudere, vel plausum incipere; sic ergo Phaedrum dicere, se sibi nolle applaudere. Etiam Desbillonius credit, *ire in plausum* nil aliud significare posse, ac *plaudere*. Sed cl. Schützius inter alia multa affert locum Senecae de Benef. I. 12. *munera non tam pretiosa, quam rara et exquisita sint, quae etiam apud diuitem sui locum faciant: sicut gregalia quoque poma, etiam post paucos dies itura in fastidium, delectant, si prouenere maturius*: ex quo loco probat vir doctus, *ire in fastidium*, idem esse, atque fastidio haberi: passiuam vim eam habere dictionem, ita vt simili modo *in plausum ire* explicari possit per *laudari*, vel *plausu excipi*. Atque etiam Quinctilianum L. II. J. O. C. 10. vti phrasi *in corpus ire*, quod idem esse cum Phaedri *corpus facere* L. III. VII. i. e. corpus consequi; posse igitur *in plausum ire* vsurpari, vt plausum consequi, quamquam ad insolentes dictiones referri debeat. Etsi vero vir doctus cum Gudio vulgatam lectionem tuetur, tamen hujus conjecturam de conuertendo verborum positu non modo necessariam, sed ne probabilem quidem judicat. Non enim, vt credat, potest adduci, Phaedrum aut tam diligentem in versibus fundendis fuisse, aut illam producendi rationem, ob sequentem in altero vocabulo mutam cum liquida, perpetuo valere. Itaque in Phaedro reperiri loca contendit, in quibus non quamlibet syllabam ad Grammaticorum regulas examinare vult, vt L. III. II. 4. Sed siquid mutandum, potius mallet legere, *in litterarum plausum ire ego desidero.* Ego habeo persuasum, Phaedrum scripsisse, *In litterarum ire plausum desidero*, vt conjecerat Gudius. Loca enim, a cl. Schützio producta, docent, *ire in plausum* significare posse, plausu excipi, vel etiam plausum consequi. Deinde secunda syllaba in *ire*, ob litteras *pl* sequentes recte producitur, quod factum a poëtis saepissime, etsi non semper. Nihilo vero secius in emendatione Scioppii et Freinshemii acquiesco, cum plurimorum Criticorum suffragiis comprobata sit. Receperunt tamen Gudii emendationem Schefferus, Maittar. Hoogstratan. in Edit. an. 1701. Didot. Brotierius, qui hunc se locum e Codd. MSS. *restituisse* gloriatur. Jam olim etiam Rittershusius et Meursius Codicum lectionem tuebantur, hoc sensu: approbationem litteratorum hominum promereri cupio.

Rigaltio, legenti *illiteratum*, *ire desidero* est, *abire*, *facessere*, *valere jubeo*, qnae interpretatio parum se probat Freinshemio, cujus et Leonhardi Notae inspiciendae. Buchnero qnartum pedem in vulgata trochaeum esse arguenti placet, *in litterarum plausum ire desidero*, vel *exdesidero*, quae conjecturae admodum durae parum placent Freinshemio, legenti, vt supra dictum est, *in litteratum plausum nec desidero;* quam lectionem Codicibus ? metro et sensui accommodatam esse putat cl. Tzschucke.

Excursus XIV.

Ad Librum IV. Fabula I.

Vs. 4. *Galli.* Cybebes, s. Matris Deûm sacerdotes, variis nominibus appellantur, Curetes, Corybantes Μητραγύρται s. Μηναγύρται habet Aesopus. Vid. F. 242.) et h. l. *Galli*, a Gallo, Galatiae flumine, (cujus hausta aqua vertebantur in furorem, atque ad tibiae cantum testa se castrabant. *Ovid.* Fast. IV. 361. sqq. *Lucan.* I. 566. cf. *Nat. Com.* Mythol. p. 968.) ita nominati, teste *Plinio* H. N. L. V. C. 32. *Flumina sunt in ea praeter jam dicta, Sangarium et* Gallus, *a quo nomen traxere Matris Deum sacerdotes.* Exsectis testiculis Matri Deum seruire solebant, quod confirmat *Alexander ab Alexandro* G. D. L. IV. C. 17. p. m. 1078. Edit. Tiraquelli: *Constat autem Sacerdotes matris Deum samia testa sibi virilia amputare.* Cum his plane conueniunt, quae narrat *Plinius* H. N. L. XXXV. C. 12. *Samia testa matris Deum sacerdotes, qui Galli vocantur, virilitatem amputant.* Inde *semiuiri*, *spadones* ac *semimares* vocati. *Minuc. Fel.* Octav. p. 74. (p. 23. Ouzel.) *Prudentius* Peristeph. X. 199. *Per multa Matri sacra plorandus spado.* Ovid. Fast. IV. *Ibunt Semimares.* Ostendit caussam hujus euirationis *Lactantius* I. C. 17. *Deum mater et amauit formosum adolescentem et eumdem cum pellice deprehensum exsectis virilibus semiuirum reddidit, et ideo nunc sacra ejus a* Gallis sacerdotibus *celebrantur.* Vid. Rittershus. Comment. in Oppiani Cyn. III. p. 111. *Hartman.* De Cybeles sacris et Gallis multa congessere *Rosinus* in Ant. Rom. L. II. C. 4. *Salmas.* ad Tertull. de

pallio p. 202. *Gudius* in Not. ad h. l. inprimis *Elmenhorst.* in Commentar. ad Minuc. Fel. p. 48. sq. *Ouzelius* denique in Animadvers. ad Minuc. Fel. p. 97. sq.

Excursus XV.

Ad Librum IV. Fabula I.

Vs. 12. 13. MSS. Pith. Rem. habent: *Joculare tibi videtur, et sane leue.* Vid. Brotier. Ita Editt. Rittershusii et Neveleti; sic etiam Vrsinus, nisi quod post *leue* signum interrogandi ponat. Walchius interpungit: *Joculare tibi videtur et sane leue, Dum, nihil habemus majus, calamo ludimus*; Sed *Claudius Ciuilis*, seu Withofius in Misc. Obs. Nov. T. I. p. 126. conjicit: *joculare, vti videtur, et sane leue.* Putat enim, *joculare et leue* manifesto cohaesisse; at locum, cum nimis abruptum sit initium, satis adhuc residuam difficultatem commonstrare. Nam requireretur in hac lectione paullo ante vocabulum σκωπτικὸν, quod ad epitheton *joculare* respiceret. Cui incommodo Schefferus succurrere voluit, conjiciens: *Joculare hoc*, vel *jocular' oc tibi videtur.* Secuti non pauci, etiam Bentlejus. Sed aeque durum videtur Burmanno, *hoc* dicere, vbi nihil vel praecedit, vel postea additur. Si *genus* scribendi, vel simile quid adesset, foret tolerabile, sed *hoc* omisso τῷ *genus* ei non placet, et intelligere, durior et insolentior esset ellipsis. Hinc ex Heinsii et Schefferi emendationibus hanc conflauerat: *Joculares tibi videmur, et sane leui, Dum nihil habemus majus, calamo ludimus.* Sed quia Bentlej. *joculare* tantum de rebus, non personis, dici contendebat *), Heinsii vestigia premens legebat: *Joculares tibi videntur, (et sane leui, D. n. h. m. c. l.) Sed diligenter intuere has uenias*; vt *joculares neniae* dicantur, vt *viles neniae* Prol. L. III. 10. Cl. *Tzschucke* leui mutatione legi posse existimat, *joculari videmur.* Varia quoque conjiciunt Cuninghamus et Tollius, de quibus v. P. III. Phaedri p. 138-171. Quibus conjecturis omnibus non opus est, si hi versus

*) Ita etiam statuit Withofius l. c. laudans Sidon. Apoll. L. II. Epil. 9. fin. Hor. I. Sat. I. 23.

ponuntur post fabulam de Gallis, et τὸ *joculare* ad eamdem referatur. Vid. quae notata sunt sub initium dictae fabulae. Meursius mutauit versuum ordinem sic: *Dum nihil* cet. *Joculare* cet. *Sed* cet. At ill. de Schirach nil censet mutandum in lectione Codd. MSS. *) *Joculare* enim absolute positum subindicare, quod facile intelligi possit, cum breui parenthesi interjecta addat, *has nenias*.

Vs. 19. Rittershus. Rigalt. Brotier. h. l. explicant ex Plinii dicto L. II. Ep. 20. *assem para et accipe auream fabulam.* Huc inclinat etiam Praschius. Hos nodum in scirpo quaerere, contendit ill. *de Schirach* **). Schefferus, Gronov. Harius interpretantur, frustra, i. e. sine gratis *(Dank)*; de quo plura dabunt Not. Schefferi; Burmannus sine vtilitate, fructu, praemio, secutus ducem Broukhus. ad Prop. IV. El. VII. 33. vbi *nulla mercede* est, vnde nihil vtilitatis ad te rediturum erat. Laudat etiam praeter alia, Plin. I. Ep. 7. *vt videar mihi hac sola mercede posse corrumpi.* Faber Phaedrum dicere ait, hoc praemii sese lectori suo daturum, vt fabellam de mustela et muribus sit narraturus. Schulzio vero, cui assentit Langius, quid da h. l. videatur, ejusdem indicabo verbis: „*damit ich es nicht so trocken sage. Die Fabel ist gleichsam* der Köder, *die* merces, *womit der Dichter den Leser anlockt, um eine gewisse Moral zu geniessen. Ohne das Mährchen würde der moralische Satz zu trocken seyn, auf der Oberfläche der Seele weggleiten. Aber nun giebt der Moralist eine Erzählung in Kauf, und der Leser liest. So will Phaedrus auch die vorhergehende Reflexion nicht* sine mercede, *nicht ohne belohnende, oder anlockende Einkleidung übersehen lassen.*" Non displicent haec, et ni fallor tale quid olim in mente habuit Faber; nondum tamen, vt sequar, possum adduci. Rob. *Prevost*, Gallicus Phaedri interpres et editor, censet, Phaedrum alludere ad locutionem prouerbialem, qua vsus sit Plaut. Captiv. III. I. 12. *quibus sunt verba sine penu et pecunia;* quod Ter. Adelph. II. I. 10. expresserit, *verbis soluere non re.* Hinc *loqui sine mercede* ei idem est, quod *parler sans avoir de quoi payer, ou sans qu'il en coûte, c'est, donner des paroles, sans pouvoir en montrer aucun effet.* Sic fere Lallem. quae doctioribus enucleanda relinquo.

Vs. 30. *Sic valeas, vt farina es.* Varie hunc locum interpretari conati sunt interpretes; sed praeter ceteros placet Cl.

*) Clav. Poët. P. I. v. *jocularis*. **) l. c. p. 222.

Lindnerus, cujus eruditam obseruationem nunc dabimus a). „Hic Phaedri locus, *inquit*, si sensum spectes, est facilis; in vertendo tamen, si quis periculum faciat, haud parum habet difficultatis. Circumlocutiones verborum plures inuenias, ex quibus vero translationem probabilem vix eruas. *Gronouius* vertit: facis te mihi farinam; at ego deos oro, vt non alia conditione tibi bene sit, qum si es, quod te esse praefers b). Burmannus: ita pereas. Quia enim re vera non erat farina; ideo imprecatur, vt eodem modo valeret, quo farina esset, i. e. non valeret, sed periret c). *Eman. Sincerus*: „Weil du uns Menschen so heimlich nachstellest, unter dem Schein, als wenn du wahres Mehl wärest, so wünsche ich dir, daſs es dir wie dem Mehl ergehen möge, welches man zum Gebrauch der Menschen anwendet, nehmlich, daſs dich der Hausvater fangen, umbringen, und aus deinem schönen weissen Balg, zu seinem Unterhalt ein Stück Geld lösen möge." Ego verto: Apage te! tu non es farina, quae jaces. *Geh nur, du magst mir wohl das rechte Mehl seyn*, vel: *Ich will wetten, daſs das kein Mehl ist, was da lieget* d). Cardo rei vertitur in vsu verbi *valere*, cujus prima haec vis est, vt, quem *valere* jubemus, ei *optemus, vt patiatur, quod est meritus.* Velut apud

a) Vid. *Ej.* Tentam. Crit. Phil. P. II. p. 3. sq. *Schw.*

b) Memorat hic Gronovius locum *Sueton.* Aug. C. 69. vbi in Antonii Epist. ad Augustum haec leguntur: *Ita valeas, uti tu hanc epistolam cum leges, non inieris Tertullam*: quem cl. Lindnerus ita interpretatur: quouius pignore certem, te, hanc epistolam cum leges, iniisse Tertullam, neque adeo esse, cur mihi succenseas, idem facienti. *Schw.*

c) Laudat Burmannus Ter. Andr. IV. II. 13. et Gruteri Inscr. p. 710. 10. Sed vide mox. Non praetereunda est h. l. conjectura Heinsii in Burm. Syll. Epp. T. V. p. 8. coll. T. III. l. c. p. 473. *Sic valeas, vt farina es, quae necas*, vel *neces*, hoc sensu: Sic valeas, vt per te valent illi, quos occidisti sub farinae specie, vt sit sarcasmus, cum imprecatione conjunctus. Aliam conjecturam Heinsius profert in Ep. 280. ad Graev. in T. IV. Syll. Epp. Burm. p. 363. *Schw.*

d) Walchius haec vertit: *Adieu, ich bedanke mich für deinen Zuspruch.* Cl. Jördens: *Gehabe dich wohl, so wohl, als du wahrhaftiges Mehl bist.* Versionem cl. Sattleri supra laudaui in Notis.

Plautum *Capt.* III. V. 87. *Tu, Aristophantes, de me vt meruisti, ita vale* h. e. opto, vt tibi eueniat, quod de me meruisti. Gruterus *Inscript.* p. 710. 10. *Quisquis eum laesit, sic cum suis valeat*, h. e. laedenti eum eueniat, vt et ipse laedatur. Quae loca ad Phaedrum nihil pertineat. Tum *valeas* idem esse ajunt, quod *pereas*. Quam vero notionem verbum, neque in Phaedri loco, neque vllo alio habet. Quae enim afferri loca solent, illud non probant, v. c. apud Terentium, Andr. IV. II. 13. *valeant, qui inter nos discidium volunt*, h. e. abeant, nihil nobis negotii sit cum illis. Plaut. Most. II. I. 27. D. *vigila, pater aduenit peregre Philolachae.* C. *Valeat pater*, h. e. quid mihi negotii est cum patre. Jam isthaec notio satis quidem consentanea videtur Phaedri loco; at huic simul inest *ironia hostilis*, cujus haec vis est, *vt contrarium ejus, quod dicitur, intelligatur*, ex quo efficitur, *vt sequens affirmatio negatiue sit reddenda, negatio affirmatiue*, v. c. apud Phaedrum: *sic valeas, vt farina es*, h. e. nihil mihi negotii tecum esse volo, tu *non es* farina." Cf. paullo ante Not. b. et supra Not. ad h. l.

Excursus XVI.

Ad Librum IV. Fabula V.

Vs. 20. *Aduocauit.* Verbum *aduocare* duplici vsurpabant notione, 1) cum quisquis Jureconsultum de jure consuleret, vel eum in consilium adhiberet rei familiaris, et in contrahendis rebus, in manumittendis seruis, in testamentis scribendis cet. opera ejusdem vteretur; vel si quis denique, sicubi in foro litigandum judicioque experiundum, alterius vocem manumque, sibi caussaeque suae commodandam, suffragationem, praesentiamque requireret: is *aduocare* alterum, alter vero isti *adesse* dicebatur. Est haec antiquissima et probatissima significatio apud Plaut. Mercat. IV. III. 35. Plin. IV. Ep. 17. Quinctil. L. XI. J. O. C. 1. (p. m. 794 Edit. Leid. ann. 1655.) alios. *Aduocare* igitur in Phaedri loco est *consulere, in consilium adhibere.* Posset quidem etiam 2) sumi pro *admouere, adhibere*; haec enim significatio huic loco satis congruens est; sed ista interpretatione tollitur insignis aliqua festiuitas scri-

ptoris facetissimi, quae versatur in verborum sollemnium acuta translatione. *Wineken.* in Prol. ad h. l. p. 13.

Jure neglecto. Jus, quod a matre neglectum fuisse in hereditatis diuisione, Phaedrus narrat, aut de testamento ipso, aut de testamenti interpretatione intelligendum. Virum debet intelligi? non ipsum testamentum, quippe illud mater non videtur plane neglexisse. Illi enim ejus parti, quae plana erat ac certa: *totam vt fortunam tribus aequaliter distribunt*, isti igitur parti omnino satisfecit, quantum potuit, vs. 21—26. Hisce recte positis consequens est, interpretationem testamenti esse intelligendam. Sed qualis est illa testamenti interpretatio, de qua *juris* vocabulum accipiendum? Duplex tantum potest esse vltimarum voluntatum interpratatio, altera, cum heres ipse sensum testamenti colligit; altera, cum Jureconsulti sententiam ejus expediunt. Jam vero ex ipsa narratione haud aegre intelligitur, matrem heredem testamentum quodammodo interpretatam, et praeceptis quidem juris vtique accommodate. Illi enim testamenti parti, quae minime erat obscura, *totam vt fortunam tribus aequaliter distribuat* obsecuta omnino est; alteram autem, quae erat obscura et ambigua vs. 9—12. hanc scil. alteram testamenti partem pro non scripta habuit, plane vt jubent leges et ICti. Sic enim Alfenus Varus: *quae in testamento scripta essent, neque intelligerentur, ea perinde sunt, ac si scripta non essent, reliqua autem per se ipsa valent* (L. 2. D. de his quae pro non scriptis habentur). Relinquitur itaque, quod reliquis etiam hujus fabulae verbis cohaerens magis conjunctumque est, *jus* a matre *neglectum*, de *interpretatione testamenti, a Jureconsultis facienda* esse intelligendum. Si quis autem jus illud neglectum de stricto testamenti jure dictum velit; is aut proxime, atque nos, aut etiam aeque interpretabitur hoc vocabulum. *Wineken.* l. c. p. 8. 9.

Jus etiam de interpretatione testamentorum dici, a ICtis facta, declarandum est. ICti quemadmodum condendis scribendisque testamenti tabulis, sic interpretandis quoque fuerunt adhibiti. Cujus testamentorum interpretationis, a ICtis factae, multa exempla habentur in antiquis scriptoribus, veluti in hac ipsa fabula: *mater seduda jurisperitos consulit*; apud Plin. L. IV. Ep. 10. sed longe etiam plura et illustriora in juris libris §. 1. Inst. de Codicillis; L. 33. 34. 35. 36. D. de vsu et vsufructu cet. per legatum, vel fideicommissum datis. Plura exempla collegit Brisson. de formulis L. III. C. 88. Haec autem Jure-

consultorum responsa, haec eorum decreta et interpretationes, praesertim si ab oratoribus non euerterentur, quod tamen saepius factum Cic. dicit pro Mur. C. XIII. n. 29. sique praeterea vsu fori et aliorum quoque ICtorum consensu conualuissent, tantae erant auctoritatis, vt non solum valerent, teste Seneca Ep. 94. ettiamsi ratio non redderetur, sed *legum* etiam *jurisque* et potestatem acciperent, et ipsum nomen *) Quid enim aliud sunt receptae sententiae, receptus *mos*, receptum *jus*, quae nomina in legum libris admodum crebra sunt et frequentia, nisi ista ICtorum responsa et decreta, quae saepe etiam *jus* non scriptum, jus quod sine scripto venit, dicuntur. Cum *jus* dicimus interpretationem testamenti, a Jureconsultis factam faciendamue, nihil omnino dicimus, quod abhorreat a consuetudine sermonis Rom. Praeterea credibile admodum est, Phaedrum, proprietatis vocabulorum studiosum, cum iis vtatur lubens dictionibus, quibus vtebantur tunc in re eadem aut simili ICti: hoc quoque vocabulum eadem significatione vsurpasse. *Waicken* l. c. p. 10. 11.

Plurimi Interpretes vocem *fides* in loco Phaedri capiunt pro *aequo* et *bono*. Burmannus: mater, *inquit*, aduocat fidem, i. e. aequum bonum, vt contra jus strictum sibi adsit, et interpretatione ex aequo testamentum adjunet: non ergo vsa amplius opera ICtorum, qui ipsi jus suggererent, sed ipsa ex fide, i. e. aequo bono diuisit hereditatem, jure neglecto. Illustrat hoc egregie Gronov. ad Senec. I. de Clement. 9. „Ita fere Scheffer. Leonh. Heusinger. Desbillonius, alii. Sed Schefferus, Walch. Leonh. verba *jure neglecto* interpretantur de jurisperitis, quasi poëta diceret, non amplius mulierem curasse ipsos, nec exspectasse diutius, si forte inuenirent aliquid, sed quod posset, id bona fide fecisse: vt sit *jus* contrarium praecedentis *fidei*, hic positum, vt Prol. III. *seruitus* et alia similia passim apud Phaedrum; etsi simul dicat Schefferus, etiam per *jus* intelligi posse, quicquid stricte ex testamenti formula cuique deberetur, quemadmodum cepit Gallicus interpres. Etsi vero Phaedrus abstractum pro concreto non raro vsurpat; illud tamen nondum valet ad probandum, *jus* etiam pro jureconsultis et ab aliis, et a Phaedro praesertim, eadem dictionis forma dici.

---

*) V. Pompon. L. II. §. 5. 6. 7. 8. 12. D. de origine juris.

Excursus XVII.

Ad Librum IV. Fabula XIII.

Post vs. 9. reliqua hujus fabulae desunt, cum initio sequentis; sed conjiciunt Rittershusius atque Schefferus, nec sine specie, spurenm fabulae sequentis initium pium aliquem monachum, qui istam describeret, lectoremue commonuisse, vt totam paginam hic exscinderet. Ita spurca illa vna cum fine hujus fabulae periisse, ita tamen, vt e fabula obscena velut cauda remaneret. Legitur vero fabula integra apud *Romulum* Divion. e) et Vlmensem, quem male appellant Rimicium, pariter atque *Romulum Nilantii*, vbi v. Fab. XXXVII. Habet etiam *Anonymus Nilantii* f). Ex quibus Burmannus tentauit fabulam reducere in metrum Phaedri, quamuis non semper ipsos Phaedri versus assecutum se credat:

Post quae labare vt coepit poenitentia,
Naturam cum mutare non posset suam:
Seducit aliquas in secretum, vt falleret.
Et an foeteret os sibi cum quaereret,
Quae dixerant putere, et quae negauerant g),

e) v. L. III. F. 20.

f) v. Fab. 49. quam h. l. adjungo. Cum sibi Ferae regem fortissimum Leonem fecissent, ille voluit... re Regum bonam famam consequi. Factis renuntians prioribus, mutat consuetudinem: pecus nullum laedere, sanguinem non sumere, sanctam et incorruptam fidem seruare jurauit. Ex hac re posteaquam poenituit, et mutare naturam non potuit patientiâ, coepit aliquas ducere in secretum; fallacia quaerere, an os foetens haberet. Quae dicerent, Putit, et quae, non Putit, omnes laniabat, et saturabatur earum carnibus. Cum de multis hoc faceret, vocat Simiam ad se; interrogat, si putidum haberet os. Illa vero cinnamomo suauius olere dixit, et quasi deorum altaria. Leo vero erubuit laudatorem; eum sederet, mutauit fidem. Quia loqui poena est, et tacere tormentum.

g) Romulus Vlm. tertium quoque genus fingit hoc modo: *et illos qui dicebant, foetet et putet, ac illos, qui dicebant: non putet, aut tacebant, omnes laniabat.*

Laniabat omnes, et satur fit carnibus (vel, *et satiatur sanguine*).
Cum multis faceret hoc, et simium vocat
Ad se, rogatque an os haberet putidum?
Hic cinnamomo olere dixit suauius
Et ture, flagrant quo Deorum altaria.
Erubuit laudes, nec nocere sustinet
Rex: sed, pudore saluo vt laederet, dolos
Quaesiuit, et languorem simulans aduocat
Medicos, tentatis qui venarum pulsibus,
Negant se posse morbum deprehendere.
Sed suadent, natum ex consueto fastidium
Cibo, jam suauiore tolleret dape.
Hic illa: nullam sic cernem desidero,
Ac simii, non ante gustatam mihi:
Datam sed fallera prohibet pudor fidem.
Medici, quodcumque facere, Rex, libet, tibi
Licet, respondent, ceteris vt regibus;
Et pro dolore, fas est nos mori tuo,
Non vita tantum. Adducitur mox simius,
Qui quanta poena, didicit, ad regem loqui,
Et quam tacere sit tormentum maximum.

Hauptius, merito castigatus a Burmanno, fabulam ita supplere tentauit:

Sed quale nactus est exinde praemium?
Nimiam familiaritatem cum feris:
Contemptionem non paruam peperit sibi h).

Alii alio modo supplere conati sunt. *Vrsinus*, e. g. Romuli et Anonymi vestigiis insistens, sic:

Mox poenitere coepit: nec aperte tamen
Ausus corripere, singulatim seuocat
Quaeritque ab illis: *Anne os foeteret suum?*
Tum quae simpliciter, *sane anhelitum grauem*,
Responderant, vt contumeliosius
Regem tractantes; ceterasque non minus,
Seu quae tacerent, bene seu olere dicerent,
Has ceu mendaces, ceu insolentes alteras,
Discerpere et vorare omnes crudeliter.

---

h) Vid. Misc. Lips. T. I. p. 259. et Burm.

Desbillonius :

At mox labare coepit poenitentiâ;
Saeuamque demum ad indolem reuertitur,
Quam tamen adhibitâ corrigit fallaciâ.
Ori admouere nasum sibi Vulpem jubet,
Et experiri, quid olest. Merum hercule
Olfeci, ait illa, balsamum, ambrosiam meram.
Tum Leo: Pudendis assentationibus
Violare verum qui non erubescerent,
Numinibus hos voui immolandos inferis
Dixit; prehensamque lacerauit vnguibus.
Conuersus inde ad Simium, eadem, quae prius,
Imperat. Is autem doctior visus sibi
Exemplo factus alieno, teterrimum
Mitti fatetur ab ejus ore spiritum.
Ad haec Leo graues fronte caperata notas
Seueritatis exhibens: Regem tuum
Sic tu vereris, inquit! ipsum despicis!
Ipsi innocentis vitia naturae exprobras!
At morte meritâ tale commissum lues.
Simulque miserum faucibus elisis necat.
Ita, quod gula appetebat, improhitas dedit.

Etiam *Brotierius* ausus est supplere, sed infeliciter. Vid. Emphem. Götting. ann. 1784. Partic. 67. Periculum ejusdem repetitum in Edit. stereotyps Didoti. Felicius idem argumentum tractauit Fontanius, cujus fabulam vid. XVI. L. VII.

Notanda quoque h. l. fabula Babrii, e Codice Bodlejano edita a cl. *Tyrwhitt*, in Diss. de Babrio p. 14. Edit. Lond. sed p. 19. Edit. Harlesianae: *Λέων τις ἐβασίλευεν ȣ̓χὶ θυμώδης, ȣ̓δὲ ὠμὸς, ȣ̓δὲ βίαιος, ἀλλὰ πρᾶος καὶ δίκαιος ὥσπερ ἄνθρωπος· ἐπὶ δὲ τῆς αὐτȣ̃ βασιλείας συναθροισμὸς ἐγένετο πάντων τῶν ζώων δȣ̃ναι δίκας καὶ λαβεῖν πρὸς ἄλληλα ὁ λύκος μὲν προβάτῳ, πάρδαλις δὲ αἰγάγρῳ· ἐλάφῳ δὲ τίγρις, κύων δὲ λαγωῷ· ὁ πτὼξ δὲ ἔφη· ηὐχόμην ἰδεῖν τὴν ἡμέραν ταύτην; ἵνα τοῖς βιαίοις φοβερὰ τὰ εὐτελῆ φανῶσιν.* Ad quae vir doctus notat: „Conclusionem hujus fabulae non a Babrio, sed ab aliena et inficeta manu profectam suspicor. Exordium non multum abludit ab illis, quae leguntur in Phaedro IV. XII. (XIII.) sed ibi etiam finis deest. Phaedri fabulam integriorem habuisse videntur auctores fabularum antiquarum, quas Nilantius edidit. Vid. F. 49. R. 37. Neque vero illi conclusionem, vt arbitror

veram dederunt." Aliter tamen sentit Nilantius, scribens in praefatione ad fabulas antiquas: „Notauit quidem Gudius, illam fabulam integram esse apud Romulium L. III. F. 20. ex quo quae hic desunt intelligi et vtcunque suppleri possunt, (quod idem ex Rimicio Neveletus monuerat, nesciens tamen, vtrum MS. duce) verum ex nullo MStorum, quos inspexit, quidquam profert. Nostrae autem Membranae illis praestantiores et integram narrationem custodiunt, et ab aliorum nugis liberiorem. Docente enim Phaedro, sinceritatem in loquendo ad perniciem agi solere, recte in eo clauditur narratio, quod Leo deuoratis bestiis, quae sincere pronuntiauerant, os ipsius vel putere, vel non putere, tandem fallaci Simiae adulatione delinitus ei soli pepercit mutata sententia, qua animo sedebat, hanc quoque deglutire, si simplex responsum reddidisset; hoc enim pacto posteriora verba, breuitate, quae saepe etiam in aliis offendit, obscurata, explico. Itaque sequens additamentum ejusdem pretii haberi debet, vt reliqui panni, ab Romulo assuti in F. 2. 4. 22. 32. quos antiquae non agnoscunt." Sed, mea quidem sententia, neque Anonymus, neque Romulus Nilantii, neque etiam Divionensis et Vlmensis ita narrant fabulam, vt sententia moralis, quam Phaedrus vs. 3. profert, apte narrationi respondeat. Quae enim si promythio deberet esse accommodata, ostendi debuisset, nil vtilius esse, quam *recte* loqui, sed sinceros non raro ad perniciem agi; eae igitur bestiae tantum a leone deuorandae erant, quae *recte* erant locutae. Sed non omnes credi possunt sincere pronuntiauisse veritatem, quia fieri non poterat, vt os leonis et puteret, et non puteret, et cinnamomo oleret suauius. Ex quo tamen cum Tyrwhitto colligi non potest, Anonymum et Romulum, qui fabulam, vt videtur e Codice Phaedri, integram narrant, non conclusionem veram dedisse. In hoc genere enim Phaedrum non raro peccare, vidimus ad F. XI. hujus libri vs. 14. sq. vt omittam alia. Atque etiam posteriora Anonymi verba duriter explicauit Nilantius, quae sic capienda esse censeo: Cum simia leonem tam immaniter laudauisset, hic *erubuit* interficere *laudatorem*, et voluit parcere; id quod docet Romulus Vlmensis, scribens: *Leo erubuit laudatorem, vt illi tunc parceret; sed mutauit fidem et fraudem quaesiuit.* Quis non videt, reliquam fabulae partem, quam narrat Romulus, in Anonymo excidisse? quod manifesto probat particula *quia* apud Anonymum, quae sic posita male cohaeret cum antecedentibus. Habet etiam Ro-

mulus: *vna enim est poena loquentis et non loquentis*, quae respondent verbis Anonymi: *quia loqui poena est, et tacere tormentum.*

Excursus XVIII.

Ad Librum IV. Fabula XVI. 5. sq.

Alii hunc locum constituunt aliter. Rittershusius edidit:

Vexata saeuis nauis tempestatibus,
Inter vectorum lacrimas et mortis metum.
Faciem ad serenam subito mutatur dies,
Ferri secundis tuta coepit flatibus cet.

Cui parent Neveletus, Gronovius, ill. de Schirach, Clav. P. I. v. *facies.* Hoc fere sequuntur Rigalt. in Ed. 2. Scheffer. Fab. Freinsh. Santoroc. Burmannus in Editione prima, Walch. Func. Vrsin. Danet. Maittar. al. nisi quod vs. 5. *naui* legant. Idem tamen Rittershusius conjiciebat vs. 5. *mutato die*, distinctione sublata, vt jam supra notaui.

Gudius ita transponit:

Vexata saeuis nauis tempestatibus
Inter vectorum lacrimas et mortis metum:
Ferri secundas tuta coepit flatibus,
Nimiaque nautas hilaritate extollere
Faciem ad serenam subito mutatur dies.

Quae transpositio versuum minime placet Burmanno, cum certe dies debuerit ante mutari ad serenam faciem, quam nauis posset ferri secundis flatibus, et nautae hilaritate extolli. Istam transpositionem amplectuntur Hoogstratanus et Richterus, nisi quod hic habeat *subito mutatus dies*; ille vero *vt mutatur dies.* Hoogstratani lectio placet Editori Editionis stereotypae Didoti. Cum Richtero facit Leonhardus.

Burmannus lectione Codicum sine necessitate repudiata, in Editione majori totum locum ita constituit:

Vexata saeuis nauis tempestatibus,
Inter vectorum lacrimas et mortis metum,
Faciem ad serenam subito mutato die,
Ferri secundis tuta coepit flatibus,
Nimiaque nautas hilaritat extollere.

Ita volunt legi Tollius, Lallemant. Brotier. Desbillonius, alii.

Excursus XIX.

Ad Librum IV. Fabula XVII.

Vs. 10. Suspicor hic aliquid subesse, quo Phaedrus superstitiosos tangit, vel si ipse illigatus fuit superstitionibus, quo Deum contemtores et impudentes praesenti numine Jouis contineri, et ridicula vota facientes, a Diis optata non ferre docere voluit. Certe latet in hac fabula aliquid Satyrici in sui temporis ineptos Deorum cultores: forte et Tiberium sub Jouis persona, et Romanos sub Canum intellexisse potuit, qui a Sejano vexati melioris vitae tempora petunt. Ego certus sum, aliquid sub hac fabula, non admodum lepida et honesta, vt nobis apparet, abscondi, quo acerbissime perstrinxit sui temporis certum hominum genus, sed quod nobis nunc explicare difficile: quia quo tectius eos tangeret, complendis fabulae partibus, quaedam admiscuit. Cogitent acutiores. *Burm.* Leere Vermuthungen, um eine elende Erzählung zu retten, die nicht gerettet werden kann. *Jacobs* in Diss. de Lat. Fabulatoribus, quae exstat in Nachtr. zu Sulzers Theorie T. VI. P. I. p. 33.

Vs. 14. *Sibi legatos non reuertier.* Hic impetrare a me non possum, vt Scheffero assentiar, qui *sibi* elegantissime abundare putabat. Nam exempla adducta ex alio sunt genere, neque huc pertinent. Alia res esset, si scriptum legeremus: *hos sibi legatos non reuertier*; tum vero notum Schefferi lubens agnoscerem. Latinis enim nihil est vsitatius, quam a verbo regi casum, qui a nomine debebat. Apud Caesarem de B. G. I. 31. *sese omnes flentes* Caesari *ad pedes projecerunt*, pro *Caesaris* ad pedes, quod etiam editiones vulgatae habent. Gell. N. A. L. XIX. C. 9. *quam principem* sibi *vitae habuerat*, pro, *suae*. Ita in hoc nostro loco, pro, *suos* legatos non reuertier, Phaedrus scribere potuit, *sibi legatos non reuertier. Sibi* quidem h. l. plus dicit, quam *suus*; sed non abundat. Verbi caussa in phrasi: pater *meus* nondum rediit, simpliciter dicitur; quod in altera: pater *mihi* nondum rediit, habet, sicut in Phaedri loco, significationem *anxiae exspectationis.* Caussa diuersitatis in his est, quod Latini non facile vtuntur pronominibus possessiuis, praesertim cum adjunctum habent nomen adjectiuum

substantiue positum, v. c. pro, *meus necessarius*, *meus amicus* dicunt, *mihi necessarius*, *mihi amicus*. Cf. Cortius ad Cic. Ep. ad Div. II. 19. 5. *Lindner* in Teut. crit. phil. P. II. p. 6.

Vs. 20. In MSS. Pith. Rem. et Edit. Neveleti est, *Mandant, dimittuntur statim, adeunt.* Corrupte et vitiose; dimitti enim non poterant, antequam Jouem adiissent. Hinc varie sollicitant viri docti locum, mirum in modum indulgentes ingenio. Rigaltius, quem plurimi sequuntur, *Mandata dant, legati mittuntur, statim adeunt* cet. Rittershusius; *Mandata dant: dein dimittuntur*; vel, quod etiam volebat Meursius, *deinde mittuntur statim: Adeunt.* Vrsinus: *Mandant eadem, dein dimittuntur statim.* Hoogstratanus et Philippus hunc versum delent; omissus quoque est in Editione Didoti stereotypa. Heinsius: *Mandata dantur, et dimittuntur statim.* Bentlejus: *Mandant, dent operas, vt dimittantur statim.* Ad quae Burmannus notat: quinam vero? superiores, an hi adscripti? et vnde illud *operas dare* proficiscitur? quis non videt, *operas* metri caussa pro *operam* intrudi? Scaliger, teste Burmanno, in ora Codicis castigabat: *Mandantur, dimittuntur, ac statim Adeunt.* Burmannus: *Mandata dant legatis, quos mittunt, statim Adeant.* Quia scilicet primi non celeri profecti erant pede, nunc his mandant, vt celerrime et recta adeant ad Jouem, qui eos, rogantes aditum, statim admittit. Qnia sibi in hoc loco non satis faciebat, tentabat etiam: *Mandant legatis, qui mittuntur, vt statim Adeant Rogantes* (sc. illi secundi legati) *aditum e. i.* vel, *Mandant, vt qui mittuntur legati statim Adeant.* Walchius: *Mandata dantur, ipsi mittuntur statim.* Ill. de Schirach. in Clav. P. I. p. 8. *Mandata dantur; ipsi dimittuntur, vt statim Adeant;* vel, *Mandata dant, lecti dimittuntur, et statim Adeunt.* Cl. Brotier. *Mandata dant; citique mittuntur; statim Adeunt;* sed v. Ephem. Göttingens. ann. 1784. Part. 67. Bipontini: *Mandant, Deum, vt mittuntur, oratum statim Adeunt:* quae merito abrupta et dura videntur Cl. Tzschuckio. Desbillonius amplectitur lectionem vulgatam. De conjectura Gudii vide in fine huj. Exc. Aliam Salmasii praetermitto. In tanta lectionum arbitrariarum varietate et discrepantia, cum etiam nihil subsidii in Anonymi, Romuli aliorumque fabulis sit, praestat inhaerere vulgato, nisi quod vs. 21. pro *adeunt* cum Scheffero legendum putem, *abeunt.* Nam ineptum in vulgato est *statim adeunt,* et mox *rogantes aditum*, vt jamjam vidit Burmannus; etsi nec sic locus certus et indubitatus haberi pos-

ait, ita quidem, vt eorum sententia non penitus displiceat, qui vs. 20. delendum existiment.

Vs. 24. *Canes confusi, subitus quod fuerat fragor.* De hoc loco vid. longa Burmanni disputatio, ex qua excerpta dabimus, additis a Burmanno omissis. In MSS. Pith. Remens. et Vet. Edit. legitur: *Canes, confusus subito quod fuerat* (Vrsinus *fuerit*) *fragor.* Ita Scheffer. Maittar. Funcc. Prevost. Desbillonius; sed *confusus fragor* stare non potest; ille enim non confunditur, sed confundit et perturbat omnia. Itaque varie sollicitant viri docti hunc locum. Gudius, ingeniose monstrans erroris originem, conjectura probabili legendum proponit, *Canes confusi, subito* (vel *subitus* Aen. II. 692.) *quod fuerat fragor.* Quem sequitur Heinsius, nisi quod *ruerat* *) pro *fuerat* substituerit, probabili etiam lectione, quia hoc verbum sollemne in hac re est, vt patet ex Virgilii Cul. 350. *ac ruere in terras caeli fragor*, aliisque locis, ab Heinsio ad Val. Flacc. I. 663. adductis **), vbi et hoc loco vtitur. *Ruerat* etiam notauit ad oram libri Salmasius, et Walchius mallet recipi. At qui *fuerat* praeferre cupiet, reperiet vnde tueatur apud Heinsium ad Claud. Gigantomach. vs. 74. Apposite adduxit Schefferus, cui etiam placet *confusi* ex Quinctil. Decl. II. 20. *neminem fuisse in domo, quem non fragor ille confuderit*, vbi paullo post sequitur, *vt primum me fragor domus, et velut tui confudere gemitus.* Bentlejus legit: *Canes confusi (subitus terruerat fragor).* *Repente* cet. quemadmodum Ovid. Fast. I. 567. scribit, *fragor aethera terruit ipsum;* Cuninghamus, *subito quod fieret fragor*; Ouverringius ***), *Canes confusus subito quod fieret fragor*; Harius, *effusus subito quod fuerat fragor.* An vero *fragor effunditur*, vt nix, imber et similia? Vid. Ovid. I. Met. 269. et an ita loquuntur poëtae? Gronouii in emendatione, *canes, confusos subitus quos fecerat fragor*, vis fit versui et metro, obseruante Burmanno. Sed idem Gronov. ad Liv.

*) *Ruerat* non probat Faber, quia non ruat fragor. At Heinsius monet, *discurrit certe*, qua significatione τὸ *ruere* nonnumquam sumi, in comperto est, vt in illo Nasonis 1. Met. 285. *exspatiata ruunt per apertos flumina campos.*

**) Cf. Heinsii Ep. 73. ad Scheff. in Burm. Syll. Epp. T. V. p. 82. sq.

***) Vid. P. III. Phaedri p. 175. Ed. Hal.

XXXI. C. 45. p. 579. Edit. Drakenb. corrigit, *Canes confusos subitus fecerat fragor. Repente odorem* cet. vel, *Canes, (confusos subitus fecerat fragor).* Johnsonius edidit: *Canes (confusos subito fecerat fragor). Repente* cet. Ill. *de Schirach.* vero emendat: *Canes, confusos subito quos fecerat fragor.* Burmanno vnice placet, quemadmodum edidit, *Canes confusi, subitus quod fuerat fragor.* Ita Brotier. et Bipontini. Nam *esse, fieri, venire fragorem* saepe occurrit, et simplicissimum ei videtur. Sic Val. Flacc. II. 477. et Virg. Aen. II. 692. aliosque, quos laudat Richter. in Praef. ad Phaedr.

Vs. 30. *Non veto dimitti, verum cruciari fame.* Si dimisit Jupiter legatos, cur non redierunt? cur posteri adhuc exspectant eos? Haec difficultas Burmannum cogit legere:

Vos veto dimitti; hoc verum cruciari fame.

Per *vos* posteriores, per *hos* priores legatos significari putat. Vt sequentia etiam opinioni suae conciliet, rescribit:

Ita nunc legatos exspectat qui posteros,
Nouum venire cum videt, culum olfacit.

Posteros (ita MSS.) legatos interpretatur, qui posteriores missi fuerant. Sed nec ita sublata est omnis difficultas. Nam de posterioribus legatis quaestio erat in concilio deorum: eos vero non dimittere, regis non esse dixerat Jupiter. Non potest igitur fingi eos retinuisse. Quare satius est, dimissos quidem dicere legatos, non priores tantum, sed et posteriores; eosdem vero a canibus adhuc exspectari, quod aliquamdiu certe retenti fuerant, et dimissi quidem, sed, simul etiam notati grauissime, reditum non maturauerant, cum escam in stercore scrutarentur, et legationis suae tam turpem tristemque exitum ad suos referre non auderent. *Heusinger.* Vide mox.

Vs. 27 — 30. Multae Editiones, etiam Burmanniana major et Bipontina, hunc locum ita exhibent:

Sic est locutus ante poenam Jupiter:
Non est legatos regis non dimittere *),
Nec est difficile, poenas culpae imponere.
Sed hoc feretis, pro judicio praemium **):

---

*) Cf. supra V. L. ad vs. 28.

**) Non ferunt viri docti primo sermonem ad legatos canum dirigi, mox converti iterum ad deos: quod tamen recte vindicat Schefferus: ante poenam enim, i. e. antequam de ea ageretur, et consulerentur Dii, aut sententiam ferrent, legatis Jupiter hoc dicit, ac

Non veto dimitti, verum cruciari fame *),
Ne ventrem continere non possint suum.
Illi autem, qui miserunt vos tam futiles,
Numquam carebunt hominis contumelia.
Ita nunc legatos exspectant et posteri **);
Nouum venire q. v. c. o.

---

formam judicii hodie non obseruaturum, in quo solebant judices in consilium mitti: *pro judicio* ergo, i. e. loco judicii, hoc praemium feretis, quod mox edicam: inde suspensos et attentos, quid sequeretur, Deos ita alloquitur: *Non veto dimitti* cet. *Burmann.*

*) Difficultas manet, si non vetuerit dimitti, quomodo posteri adhuc legatos exspectare possint. Quare fere inducor, vt hoc versu Jupiter decernat de duplici legatione, ad se a canibus missa, vt posteriores vetet dimitti, priores vero jubeat dimitti; sed cruciari fame, et legendum forte: *Vos veto dimitti; hos verum cruciari fame, Ne ventrem continere non possint suum*, i. e. vt possint continere ventrem. Famelici enim et jejuni facile continent ventrem: et sane videmus, saepe canes difficulter et cum molestia, et maximo nisu cacare. Tertia poena respicit canes, qui miserunt, qui quotiescunque nouo et ignoto cani obuiam veniunt, olfaciunt culum. In hac vero triplici poena sententiae pro delictis sunt justissimae. Primi, qui Jouis vultu perterriti concacarunt regiam, dimittuntur, quia venia digni videbantur; sed secundi, qui stultitiam prodiderant, credendo se posse ventrem continere, si anum odore multo replerent, aut si non possent continere, crediderant multo illo odore merdarum faetorem facile posse vinci, damnantur fame, quia si jejuni ad regem venissent, potuissent continere ventrem. Qui vero miserunt legatos tam futiles, aeternae contumeliae hominum obnoxii fore pronuntiantur. Et ita haec fabula quasi tres caussas nobis aperit, cur canes perpetua fere fame (vnde *canina fames*, quam noster *maximam* vocauit, in prouerbium abiit) crucientur, cur nitantur maxime in cacando, et denique cur culum aliorum canum olfaciant. *Burmann.*

**) In MS. est *posteros* pro *posteriores*; dixit, vt de secundis legatis, quos vetuit Jupiter dimitti, intelligatur. Certe *posteri* pro illis, qui post aliquem munus aliquod abeunt, et qui succedunt prioribus, dici, ostendit Perizon. Animad. Histor. Cl. VII. p. 254. et *postera dies*, *tempus* et si

ità quidem, vt vs. 28. sq. alloquatur Jupiter deos; versu 30. canes; versu vero 31. sq. Jupiter iterum conuertat sermonem ad deos; vs. 33. ad canes. Quod cum ferri mihi non posse videretur, Desbillonio duce, ordinem versuum, eo, quo supra dixi, modo, paullulum immutaui, ita, vt pro vulgato *sed* reponerem et, quod receperat Desbillonius. Sic enim nexus melior, neque opus est criticorum emendationibus, lectionibus librorum scriptorum repudiatis. Gudius locum ita constituit a):

Legatos non est regis non dimittere,
Nec est difficile, poenas culpae imponere;
Stet hoc [sc. decretum] (feretis pro justitia praemium) b)
Non cito [i. e. non celeriter] dimitti, verum cruciari fame c)
Ne ventrem continere non possint suum,
Illi autem, qui miserunt hos tam futiles,
Numquam carebunt hominis contumelia.
Mandantur antro (i. e. carceri, vinculis) non dimittuntur statim d).
Ita nunc legatos exspectans et posteros,
Nouum venire cum videt, culum olfacit.

---

milia dicuntur, quae succedunt prioribus, ita *posteri* legati hic sunt, qui prioribus sunt suffecti, quos *superiores* vocauit antea, vel, vt nos, *priores;* et potuit esse positum pro *posteriores*, vt saepe gradus illi permutantur. Haec non obtrudo pro certis, sed ad examen vt reuocentur facile patiar. Legerem vero: *Ita nunc legatos exspectat qui posteros, Nouum venire cum videt, culum olfacit.* Quamquam facile induci possem, vt hos duos versus a nebulone quodam huic fabulae subsutos esse persuaderetur mihi. *Burmann.* Vid. paullo ante notata ad vs. 30.

a) Vberiorem loci interpretationem habes in Not. Gud.

b) Hunc versum recepere Richter. et Leonh. etsi a manu Phaedri paullo longius recedat.

c) Receperunt haec Richter. Leonhard. Didot. in Editione stereotypa.

d) Hunc versum receperunt Richter. Leonhard. Lallemant. Didot. it. Brotier nisi quod hic pro *non*, *nec* habent. Sattler. *Gefangen nahm man sie hernach auf einige Zeit.*

Excursus XX.

Ad Librum IV. Fabula XVIII.

Vs. 5. 6. Burmanno non fit vero simile, colubram contra se sententiam pronuntiare, et se ipsam vocare *improbam*; nec Phaedri ingenio conuenire putat, addens: „Forte sunt verba poëtae, sub hac fabula, vt fere in omnibus, aliquem sui temporis notantis; nam sine dubio malam gratiam improbus aliquis pro beneficio, et forte alimentis, auctori retulerat. Quare poëta interrogatus fabulae hujus sententiam ab alio quodam, ipse respondit, hoc modo, vt forte legendum: *Hic*, vel *hinc aliquis cum rogaret caussam facinoris, Respondi: Ne quis d. p. i.* Et eleganter, cum in Promythio dixisset, *malis auxilium ferre*, hic, *improbis prodesse*, subjicit; quod majorem dolorem ex ingrato homine notat *). Ad quae Desbillonius obseruat: „At istud est, aut ego fallor, vltra modum philosophari; nam praeterquam quod homines aliquando sunt ita peruersi, vt sibi a bonis bene fieri nolint, non raro etiam contingit, vt improbi et malefici non modo tales se esse vltro profiteantur, sed et glorientur: illam ergo stultam peruersitatem responsioni colubrae Phaedrus recte affingere potuit.“ Hisce ego adjungo conjecturam Langii, V. Cl. *Die Antwort der Schlange passt nicht, sagt man, weil kein Schurke andere gegen sich selbt warnen wird. Allein ich glaube, dass man bey* respondit *einen Gedankenstrich setzen müsse, und dass die Antwort des Dichters, als die Moral der Fabel, der Schlange in den Mund gelegt werde. Daher ist denn keine Veränderung nöthig.* Quibus tamen Apologiis et conjecturis commode supersedere licet, quemadmodum potest intelligi e Notis nostris ad hunc Phaedri locum.

---

*) Vide supra Notas vs. 6. ad v. *improbis*.

Excursus XXI.

Ad Librum IV. Fabula XIX.

Vs. 24. *Caelum fatigas sordido perjurio.* Videtur haec locutio offendisse Heinsium, qui *cellam*, vel *aluum fatigas sordida penuria* corrigebat: certe *caelum fatigare precibus*, et similibus recte dicimus, et ita millies loquuntur scriptores. Vide praeter alios Broukhus. ad Propert. II. XVI. 3. sed quomodo *perjurio* nostro *fatigare* possimus *caelum*, non facile videtur explicatu: nisi ponamus perjurum huno hominem saepe a Diis punitum, nec tamen emendatum per poenas; vt ita quasi fatiget deos, qui toties coguntur, in vnum illum poenas exercere; quomodo *Juno fatigata*, Herculis nouerca, dicitur, qui frustra, vt periret, tot labores ipsi imposuit, ab Ouidio II. Art. Amat. 217. et non admodum dissimili modo Tarquinius dicitur *fatigasse saeuitiam*, a Floro I. 7. et Val. Max. III. III. ext. 5. *fatigare tortorum manus.* Nondum tamen mihi in hoc loco plene satisfacio; *sordidum* enim perjurium negotium facessit. Schefferus (etiam Rob. *Prevost*) explicat ob rem vilem, minimam; recte quidem, sed an similiter alii vmqnam locuti? an non potius, qui mercede exigua accepta, pejerare non formidant: quales tangit Juuenalis Sat. XIV. 217. *Falsus erit testis, vendet perjuria summa exigua*, vbi auaritiam, siue sordes recte Scholiastes notari docet. An *perjurium sordidum*, quo vilissimos quoque homines fallant? vt *sordidae preces* apud Tac. I. Ann. 15. *Burmann.* Suspectus possit esse locus hic, cum impium potius sit perjurium. Sed videtur illud intelligere, quod sit ob rem vilem, leuem, sordidamque, i. e. auaritiam. Solent nempe auari, etiam minimae pecuniolae caussa, pejerare. Juuenal. Sat. XIV. 217. de auaro loquens: *Falsus erit testis, vendet perjuria summa exigua.* Sic alii, vt non putem, aliquid hic mutandum. *Scheffer.* Cf. quae supra notantur in Not. ad huno versum.

Excursus XXII.

Ad Librum IV. Fabula XXIII.

Vs. 12 — 17. Hos versus *Guyetus* hoc ordine legi vult: 1) Reges commemoras. 2) Superba jactas. 3) Aras frequentas. 4) Nihil laboras. 5) Ego granum. 6) Te circa murum. *Bentlejus* locum its exhibet: 1) Reges commemoras. 2) Super etiam jactas. 3) Ego granum. 4) Te circum rura. 5) Aras frequentas. 6) Nihil laboras. *Burmannus* vero de transpositione versuum vnicuique judicium suum relinquit; ipse sequitur Editiones vulgatas: 1) Reges commemoras. 2) Ego granum. 3) Te circa murum. 4) Aras frequentas. 5) Nihil laboras. 6) Superba jactas. Ita praeter alios Bipontini. Alii aliter; vid. e. g. Clsv. Schirach. P. I. p. 238. Ego quidem non sine caussa parui Desbillonio, ad vs. 12. nbseruanti: „Hujus et sequentium quinque versuum facta est a Criticis turbida et infelix, opinor, transpositio contra MSS. Codd. auctoritatem. Primus anno 1596 turbauit ipse Pithoeus, inuita sui exemplaris lectione, ediditque tali ordine: 1) Reges commemoras. 2) Ego granum. 3) Te circa. 4) Aras frequentas. 5) Nihil laboras. 6) Superba jactas. Hunc secuti sunt Rittershusius, Rigaltius in 2. et 3. sua Editione; Faber, Schefferus, Hoogstratanus, Burmannus et alii permulti. Bentlejus ab istis paullo diuersus abiit, nec minus longe a vetere scriptura recessit. Nos illorum omnium conjecturas, nullo rationum pondere suffultas, manuscriptorum exemplarium auctoritati neutiquam esse anteferendas judicauimus; et sex illos versus in eum reuocauimus ordinem, quo fideliter exscriptos editiones Rigaltii prima, atque Hanoviensis et Neveletana ipsos repraesentant. Immo, vt hoc modo disponerentur, postulare videbatur ipsa orationis connexio. Sic enim quaecunque Musca jactauit, suo quaeque ordine a Formica refutantur. Idem sensisse mecum spero Gabr. *Brotier*, quoniam hos versus eodem, ac ego, curauit ordine disponi." Qui ordo, a Desbillonio constitutus, post Rigaltium et Neveletum, cum nitatur auctoritate Codicum et ipso orationis nexu, quem respiciendum esse frustra negat cl. *Lange*, reliquis conjecturis omnibus merito praeferendus. Eumdem sequuntur praeter Brotierium V. C. Tollius, Lallemant, et Editor Editionis stereotypae.

Excursus XXIII.

Ad Librum IV. Fabula XXIV.

Vs. 6. *Conduxit.* Sic optime legitur in MSS. Pith. Rem. testibus Gudio et Brotierio, V. D. Sicque ediderant Pithoeus et Rigaltius in Edit. 1. quod amplexi sunt Rittershusius, qui ex jure, in quo hoc verbum frequens, illustrauit; Neveletus, Vrsinus, multique alii. At Meursius mutauit in *condixit* (quod et Salmasius et Scaliger probant), addens: „Simonides enim non *conduxit*, sed *conductus* erat.“ Et hinc Bentlejus legit, *conductus pretio.* Sed errauit Meursius, ignorans vim et vsum verbi *conducere*, quem vindicat Burmannus ad h. l. „Nam et illi, *inquit*, *conducere* dicuntur, qui certo pretio aliquid faciendum, aut praebendum in se receperunt, vt Festus in *Redemtores*, vbi et *condixerunt* alii legunt, sed male. Sic apud Ciceronem Div. II. 21, *redemtor*, *qui columnam illam de Cotta et Torquato conduxerat faciendam*, i. e. certo pretio faciendam susceperat. In jure nihil frequentius, vt in L. 58. §. vlt. L. 59. L. 62. ff. Locat. Conduct. et L. 25. §. 7. ff. eod. ex quibus apparet, eleganter etiam dici *conducere* illum, qui mercedis et lucri gratia quid faciendum suscipit. Cic. III. ad Q. F. I. 2. *tum is mihi respondit*, *se ipsum ejus operis H. S. XVI. conductorem fuisse.* Et ita contra *locare* dicitur, qui quid faciendum certa mercede alii mandat L. 5. §. 2. ff. de Praescr. Verb. Et ita hic Scopas *locauit* carmen faciendum, vel scribendum: Simonides *conduxit.* Et hoc apparet, quod mox dicatur Simonides *opus approbasse*, quod conductores debebant facere, post perfectum opus, vt patet ex L. 24. et 36. et 58. §. 2. ff. Locat. Nec cogebatur approbare, nisi conduxisset, et mercedem vellet petere. Et hinc ex formula sollemni in locatione conductione saepe haec verba addebantur, *opus approbauit.* Lepide et false vero verbo *conduxit* vtitur Phaedrus, quo simul notet sordes Simonidis, qui mercenariam exercebat poësin, vt supra F. XXI. vidimus, et quod multi in Simonide notauerunt. Eodem modo *conducti testes* Ovid. I. Amor. X. 37.“ Ilisce adde supra Notas ad h. v.

Nihilo secius *condixit* praeferunt Rigaltius in Edit. 2. Faber, Hoogstrat. Maittar. Danet. Leonhard. Richter. Scheffer.

Harius, Lallemant. Didot. Dispontin. de quo vide Burmannum, multis contra Harium disputantem. Obseruat enim, praeter alia, vir doctus: „*Condicere* est quidem constituere, pacisci, vt multis docuit Gronov. I. Obs. 1. sed plerumque vltro, sponte in se suscipere, vel alicui promittere notat, vt *coenam condicere*, *diem*, *operam* et similia: vide Rittershus. ad sequentia vs. 15. *ad coenam mihi promitte.* Sed τῷ *conducere* additur *pretio*: vt hic, sic etiam in l. 35. §. 1. ff. locati, *certo pretio conductus.* Sed numquam *pretio*, vel *mercedere condicere* legi, neo puto ex genio L. L. id posse dici, nec locus Plinii, quem adducit Harius, huc facit. — Praeterea illis, qui *condixit* praeferunt, probandum esset, Latine dici, *condixit* certo pretio, *vt scriberet*: sed *condicere* nomen fere habet adjunctum, non verbum, vt *inducias coenam* cet. cum *conducere faciendum*, vel *vt fiat* aliquid, sit obuium.“ —

Vs. 8. *Vsus poëtae, vt moris est, licentia.* Varie exhibent libri scripti hanc locum. In MSS. Perotti legitur: *Vsus poëtae more et licentia est*, pro, *vsus poëtae more est et licentia.* Sic olim edidi, improbante Censore docto, in Ephem. Norimb. ann. 1780. Partic. 99. p. 806. Placebat tamen haec lectio Hensingero, et recepere Lallemant. Brotier. Jördens. Non contentus vero hac scriptura Burmannus legendum proponebat: *Vsus poëta more est et licentia.* In MSS. Pith. Rem. et Edit. Vet. et Rittershusii, est, *Vsus poëtae moris est licentiâ.* Hinc emendatum, *Vsus poëtae, vt moris est, licentiâ.* Ita legunt permulti; sicque locum expeditum putat cl. *Tzschucke.* Neque propterea cum Brotierio haec lectio rejicienda est, quia L. V. F. I. 3. Phaedrus dicat, *vt mos est*, non, *vt moris.* Loco enim citato est, *vt mos est vulgi*, non, *vt mos est.* Vulgatum vero interpretantur: *Vsus licentia poëtae, vt moris est*; etsi nonnulli, vt Vrsinus, et Ouveringius *est* referant ad *vsus*, quod non est necesse; cum sub *vsus* facile subintelligi possit. Alii alia tentant. Bentlejus post Rittershusium: *Vsus poëta moris est licentia*, in qua lectione Hario displicet *licentia moris.* Hos sequitur Desbillonius. Heinsius, *poëtici est moris licentia*, in qua emendatione numeros insuaues sibi accidere fatetur Harius; Burmannus, *Vsus, poëtae* (i. e. poëtis; vid. L. IV. XIII. 1. Ovid. II. Trist. 507.) *vt moris est licentia*; vel, *Vsus, poëtae* (Simonidis) *vt mos erat, licentia.* Hunc enim praecipuum morem fuisse Simonidi, testis est Schol. Pind. IV. Nem. 60. Salmasius et Freinshemius distinguunt, *Vsus, poë-*

tae, vt moris, est licentia: Gudius vero conjicit, *Vsus poetici moris est licentia*, in qua lectione Burmannus numeros turbari contendit; Walchius, *Vsu poetae, vt moris est, licentiae*, quod explicat, cum poëtarum licentia, vt alias moris est, vteretur. Gronov. Vrsin. et Scheffer. *Vsus poeta, vt moris, est licentia;* Tollius: *Vsus, poetis vt mos est, licentia*; Bipontini post Burmannum, *Vsus, poetae vt moris est, licentia.* In tanta conjecturarum diuersitate praestat, inhaerere vulgato, nisi quis satius ducat, lectionem MSS. Perott. amplecti.

Vs. 13. *Quorum sunt laudes duae.* Sic legitur in libris scriptis, Pith. Rem. Ita ediderunt Rittershus. Nevelet. Fab. Rigalt. in Ed. 2. Vrsin. Santoroe. Danet. Walch. Brotier. Desbillonius. At Schefferus reponit *laudis duae*, vt sit sensus: illi quorum sunt duae reliquae partes laudationis, reddent tibi quod postulas, ego enim quod pactus sum pro mea parte solui. Scheffero obsecuti sunt plurimi, etiam Burmannus, Bipontini, et placet Tzschuckio V. Cl. cum *laudes* sit remotius. Sed Faber legit et interpungit: *Illi, inquit, reddent, quorum sunt laudes, duo.* In MS. Perott. quem sequuntur Sanadon. et Philippus, legitur, *quorum sunt partes duae*; vt olim conjecerat Bentlejus; etsi in textum recepisset, *quorum sunt laudis duae.* Equidem accedo Desbillonio, lectionem Codicum strenue tuenti. Is vero obseruat haec: „Faber ad h. l. *Mendum*, inquit, *foedissimum; et a nemine tamen, quod mecum mireris, animaduersum.* Gudius, autem *Laudes duae, soloecismus.* Schefferus quoque: *Laudes duae! Quid? an ergo numerantur et laudes?* Talibus hominum eruditorum judiciis deterriti, hanc MSS. Codicum lectionem Critici post Fabrum fere omnes repudiarunt; ac plerique conjecturam Schefferi, *laudis duae*, legentis receperunt, monueruntque, debere hoc de duabus laudis Simonideae partibus intelligi: quae profecto loquendi formula et inelegans, et dura, et parum latina mihi videtur; praesertim cum vox, *partem*, tantummodo praecesserit, et altius etiam illa repetenda sit. Ego vero antiquam lectionem esse retinendum censeo; et subesse neque mendum, neque soloecismum vllum puto; et *laudes* hic, si pro *laudationibus*, vt ratio jubet, accipiantur, numerari posse existimo. Nam Quintilianus, Inst. Or. L. III. C. 7. Laudationes funebres Romanorum et Laudes deorum virorumque, quos priora tempora tulerunt, ad vnum idemque genus eloquentiae reuocat; neque ibidem per *laudem Herculis* aliud, quam ejus Laudationem intelligit. Itaque Si-

monides Laudem, a se scriptum, fuisse vnicam credidit; at Scopas tres fuisse scriptas contendebat, vnam sibi, alteram Castori, Polluci tertiam; quamobrem duas mercedis partes ab illis esse reddendas, ad quos duae laudes pertinerent. Faber volebat reponi: *Illi*, *inquit*, *reddent*, *quorum sunt laudes*, *duo*. Et hoc pacto mendum, a se excogitatum, tolli existimabat. Sed ex eo quaeri potuisset, annon ibi duae laudes essent necessario intelligendae, vbi duae numero essent personae, quae laudem accepissent suam cuique conuenientem; cum praesertim non ambigeretur, quin alicui tertio sua quoque propria scripta laus fuisset. Dolebam, quod solus ita sentire mihi viderer; at non sine quodam sensu laetitiae vidi tandem in Editione Phaedri elegantissima, quae typis J. Barbou nitidis anno 1783. Parisiis excusa est, animaduertisse Gabrielem *Brotier*, recte et Latine scriptum ab auctore nostro fuisse, *Laudes duae*, pro eo quod Gallice dicitur, *deux eloges*."

Vs. 14. *Verum vt ne irate dimissum te sentiam.* Hunc locum varie, sed sine necessitate, sollicitant Critici. Libri scripti, MSS. Pith. Rem. et Edit. Vet. habent, *Verum vt ne irate te dimissum sentiam*, pro quo in Editt. Rigalt. 2. Fabri, Scheff. Leonh. Freinshem. Hoogstrat. Richt. Maittar. Walch. Philipp. est, *Verum ne i. d. t. s.* Sed *vt ne*, quod in MS. Rem. inueniri, diserte testatur Gudius, rectum est. Vid. Not. ad h. v. Tuetur etiam *Vlit.* ad Grat. Cyneg. vs. 240. p. 196. Burmannus „posset, *inquit*, et legi, *Verum vt ne ingrate te dimissum censens*: et ita video etiam Heinsium in Ep. VIII. ad Scheffer. censuisse, qui etiam alteram ipsi conjecturam excutiendam dat, *verum vt ne iratum dimisisse censeas*, seruans vtrobique *vt ne*, quod est in MSS." Bentlejus conjicit, *Verum vt ne irate te dimissum censeas*; Heinsius vero praeter alia modo memorata, *Verum ne ingrate te dimissum sentias*; vid. Not. in Edit. Burm. c. Not. Var. Heusingerus praestare omnibus his conjecturis statuit Perott. Cod. lectionem: *Verum vt sine irate dimissum te sentiant*, pro, *Verum vt sine ira te dimissum sentiant*, hoc sensu, vt ait Burmannus, ne Castores sentiant, me inuidisse laudibus eorum, aut te ideo iratum dimisisse. Hanc lectionem suae etiam conjecturae Burmannus praeferre non dubitat; Censor doctus vero in Ephem. Götting. ann. 1781. T. I. Partic. 51. istam MS. Perott. lectionem censet esse genuinam; et placet *Schulzio* V. D. Quam tamen vt recipiam, ego quidem nondum possum adduci; etsi mallem legere cum

Rittershusio et Desbillonio, *Verum vt ne iratum dimissum te sentiam.* Cuninghamus edidit, *te dimissum sentiant. irate.* Varie emendant, *ira te*, *irate te*, *iratum te*. Nil probat Schefferus, sed quia *sentiam* non bene concoquit, legit *sentias*, hoc sensu: soluent illi duo, quos pariter mecum laudasti, reliquum. Ne tamen putes propterea, quod eorum laudes admiscueris meis, esse me tibi iratum, ecce signum certum amicitiae, voco te ad coenam. Sed *sentiam* probum est, recte iudicante Burmanno. Nam si non promitteret ad coenam, iratum inde colligeret Simonidem Scopas.

Vs. 32. *Scierunt. Sciuerunt* a *scisco* Heinsius hic, (et in Ep. 95. ad Scheffer. in Burmanni Syll. Epp. T. V. p. 102.) quod Bentlejus, nihil monito lectore, recepit in contextum, sed perperam. *Scio* enim saepissime in similibus ponitur, pro, persuasum certo fuit. Ita Justin. II. 11. *ita suos firmauerat, vt ire se parato ad moriendum animo, scirent*; vbi male Schefferus ex illo *scirent* contendit *formarent* legendum. Nam *scirent* hic non est simpliciter scirent, noscerent, sed *persuasum esse sibi vellent*, vt mox sequitur, *nihil erat difficile persuadere persuasis mori.* Eodem modo L. XXII. 6. *naues, consentiente exercitu, incendi jubet, et omnes scirent auxilio fugae ademto, aut vincendum, aut moriendum esse.* Et ita Ovid. II. Met. 392. Noster Epil. II. 3.

Patere honoris scirent vt cunctis viam.

Et ita in formulis illis exprobrandi et minandi, *jam scies, sciant*, cet. de quibus v. ad Petron. C. 58. p. 295. et Cap. 95. p. 455. et ad Val. Flacc. V. 517. *scire* vero plus esse, quam *noscere*, docet Donatus ad Ter. Andr. I. I. 26. *scimus quod certum est, noscimus quod incertum*: nullus ergo hic locus τῷ *sciscere*, hoc enim est jubere, decernere; nec legimus, publico scito hoc fuisse populo injunctum, vt crederent deos praesentes vitam dedisse Simonidi, sed ex ipso facto vulgato hoc illis persuasum fuit. *Burmann.*

Excursus XXIV.

Ad Epilogum Liber IV.

Vs. 1. *Loqui* pro *scribere* hic capit Johnsonius, et ita vero simile est omnes intellexisse. Sed non videntur adhuc veram

rationem vidisse, cur hic *loqui*, et supra L. IV. XXV. (Epil. III. 1.) *scribere* dixerit. Agit enim hic Phaedrus de narrandis fabulis super coenam, aut in amicorum conuentu, de quo egimus in fine prologi libri V. (Prol. IV. 17—20. nostrae Editionis). Supererant ergo multa, quae poterat *loqui*; sed quia Poëtae sunt *valide molesti*, vt in fine dicit, breuitate fastidium tollere volebat. Quando autem, quaeso, sunt Poëtae molesti? raro in scriptis; haec enim abjicere potest vnusquisque, quamprimum displicere incipiunt, quamquam et scribendo molesti esse possunt Poëtae, si quasi dedicantes, obtrudunt saepe poëmata et scripta sua diuitibus, vt hoc deprecatur etiam noster in fine Libri IV. (Epil. III.) sed valide molesti sunt, cum incipiunt in circulis et conuiuiis cantare et recitare sua carmina, vt Encolpius ille Petronianus, et alii, qui congerronibus et conuiuis sunt *valide*, vel *valde molesti*. Vide de his Freinshemium ad vs. vltimum 1 et quo spectat praeceptum Ovidii II. Art. 508.

Nec sua non sanus scripta poeta legat.

vbi vide quae diximus, et de voce *molestus* supra ad L. IV. XXV. 2. (Epil. III. 2.) et III. XIX. 10. Hos versus ergo Phaedrus in quodam conuiuio, forte a Particulone praebito, post vnam vel alteram jam narratam fabulam pronuntiauit, et ne Particuloni et reliquis molestus esset, subjicit aliam (L. V. F. VI.) sed breuissimam: licet vero mihi de fabulis hujus libri quinti id manifestum videatur, suspicor tamen, etiam priores fabulas, certe magnam partem, Phaedrum amicis suis recitasse, antequam in libros collectas ederet. Ita certe illam L. III. F. VII. capio, vbi

Quam dulcis sit libertas breuiter proloquar.

nisi quis ibi *locutum*, vel *prolocutum* velit capere de fabula, quam scripto consignauit; sed ego proprie sumi malo. *Burm.* Hanc interpretationem Burmannus fulcire studet loco hujus Epil. vs. 3. *Temperatae suaues sunt argutiae*, vbi docet, *Argutias* esse ipsas fabellas, et sermones illos super coenam, quibus se placere conuiuis et ingenio alios vincere contendebant, addens: „Idem Petronius in coena Trimalchionis vbertim docet, super quam omnis generis fabulae vibrabant: in qua illa huc maxime faciunt, C. 57. *nec mu nec ma argutas*; et cap. 46. *quid iste argutat molestus? quia tu, qui potes loquere, non loquis*: qui locus nostrum poëtam, qui loquendo et *argutando* nolebat esse molestus, illustrat egregie, et de voce, in hac

ipsa re, vide ad cap. 43. Vides ergo recte τὸ *loqui* hic Phaedrum praetulisse aliis verbis, et non vsum τῷ *scribere*, vt fecerat in fine Libri IV. (Epil. III. 1. 2.)." Quae omnia video etiam displicere Tzschuckio. V. C. Recte. Vide quae notantur ad Prol. IV. 17. sqq. et ad vs. 1. hujus Epilogi.

Excursus XXV.

Ad Prologum Liber V.

Vs. 7. 8. Nullus locus in toto Phaedro est vexatior, nullus in qno, vt ait Burmannus, magis impune licuit hariolari; quem Schefferus, Gronovius, Burmannus, alii in desperatorum numero habuere. Teste Brotierio, Codd. MSS. eum corrupte et vitiose sic exhibent:

— — — — — *suo*
Detrito, Myronem argento: fabulae exaudiant.
Adeo fugatae plus vetustis fauet

sine sensu et metri lege. Difficultas autem oritur e verbis *exaudiant* et *fugatae.* Hinc variis Criticorum conjecturis, ex parte mirum in modum ineptis, hosce versus sollicitatos esse constat. At inutile mihi visum est, singulas emendationes recensere. Priorum ausa, vt Meursii, Salmasii, (v. Ej. Exerc. Plin. p. 406. coll. Burmann. Syll. Epp. T. III. p. 469.) Vrsini, Schefferi, Gudii, Heinsii, Buchneri legi possunt in Editionibus Burmanni c. Not. Varr. additis iis, quae scripsit Schefferus ad Heinsium Ep. XV. et XXV. Neque etiam Jac. Gronovius, qui Gudianam emendationem excussit, hunc locum reliquit intactum. (Vid. Ej. Emendatt. in Phaedr. p. 154. sqq.) J. F. Gronovius ita locum explicabat, vt vel *suo* (v. 6.) *detrito* jungeret, i. e. suo nomine omisso, non apposito; quemadmodum jam olim ediderant Pithoeus, Rittershus. Nevelet. Rigalt. Freinshemius: vel *detrito Myronem argento* vno spiritu pronuntiaret, et intelligeret per *detritum argentum* vetus, esuque et manibus tritum; sed tum superius *nouo* mutandum in *nouis*, et illud *suo* referendum ad *marmori* contendebat. Verba, *fabulae exaudiant adeo fugatae*, idem vir doctus ita corrigebat, vt legeret, *fabulae exeant adeo fucatae*, i. e. prodeant in publicum, edantur, ita fuco velut nominis Aesopei adornatae. In

Editionibus Rigaltii 3. Fabri, Danéti, Walchii, Hoogstratani, Maittarii, Richteri, Leonhardi, Philippi, Rob. Prevost, Lallemant. nec non editione Didoti stereotypa ita legitur:

Si marmori adscripserunt Praxitelem suo *),
Myronem argento. Plus vetustis nam fauet
Inuidia mordax, quam bonis praesentibus.

Verbis, *fabulae exaudiant adeo fugatae*, et paullo ante *trito*, omissis. Quae quidem licentia critica aliis displicet; ego quidem in loco desperato laudo. Funccius legendum proposuit:

Detrito Myronem argento. Fabulae id audeant
Adeo fucatae.

Burmannus, cum in his tenebris vellet diuinare, conjiciebat olim:

— — *Praxitelen, suo*
Myronem argento. Fabulae sic exeant
A me fucatae

vel, quia *detrito* est in codice,

Trito Myronem argento. Fabulae et audiant
A me fucatae.

vt *tritum* argentum opponatur *aspero*; *audiant* vero ait, dicantur, fama dicat eas antiquas Aesopi, licet a me sint ornatae et compositae, nomine Aesopi interposito; sed reliquit deinde desperatum locum. Ipso contentus, se intelligere, quae sit mens Phaedri, (Vid. ad vs. 4—7) in vno alteroue vocabulo deprauato tempus inutiliter terere noleba. Quam medicinam, a Burmanno paratam, ad lenissima remedia cum doctissimo Tzschuckio referendam puto. Bentlejus neglectis litterarum ductibus, ita legi jubebat:

Qui pretium operibus majus inueniunt nouis,
Si marmori adscripsere Praxitelen, Scopan
Aeri, Myronem argento, tabulae Zeuxidem,
Adeo fucatae plus vetustati fauet
Inuidia mordax, quam bonis praesentibus.

De qua Bentleji conjectura, nec non Harii, aemuli Bentlejani, item Heinsii lectionibus audiamus Burmannum docte disputantem in nouo Commentario: „In *Myrone* haerebat quoque Heinsius, qui etiam duriter hoc vlcus tractauerat, et dubitauerat, annon *Myos* mentio deberetur fieri, quia inter argenti caelandi artifices non *Myron*, sed *Mys* a Plinio recen-

*) Philipp. edidit *nouo*.

seatur L. XXXIII. C. 12. et Pausan. L. I. C. 28. sed duobus his exemplis non contenti viri docti, Phaedrum ineptiorem fecerunt, dum elegantiorem student exhibere. Hinc Bentlejus, qui, neglectis ductibus litterarum, sententiam auctoris vertauit, et excussis omnibus artificibus Graeciae veteris, ex biga artificum quadrigam nobis fabricauit, et tandem relapsus ad verborum perditorum vestigia (vt certe vtrumque Criticus verus diligenter meditari debet) inuenit ad τὸ *suo* nullius Artificis nomen propius accedere, quam *Scopan*. Et cum pro *fabulae* facile incidisset, potuisse *tabulae* esse scriptum, ad Pictores reuolutus, inuenit in *exaudiant* posse latere *Zeuxidem*. Non potuit non mirari sagacitatem Bentleji Harius, ejus aemulus, quin ipsi spem faciebat majoris acuminis ostendendi; quare malebat pro *adeo fucatae* legere, *Aut Phidiam ebori*, licet Phidias, si non magis, certe aeque aere fuerit celebris, quod aperte indicat Seneca Ep. LXXXV. *Non ex ebore tantum Phidias sciebat facere simulacra, faciebat ex aere*: vbi intelligendum *etiam*, vt sit *faciebat etiam*, de quo ad L. I. Prol. Sed idem vir doctus postea positos a Phaedro terminos excedere se non audere professus, et J. Gronovio male videns cessisse, *tuto Boethum*, ignorabilem fere ex Africa artificem, metro etiam violato, et Heinsii suspicionem non vanam censens, *Myrone* depulso, dedit nobis

— — — *Myos*
Nomen detrito argento: tabulaeque hoc juuant
Pacto fucatae.

Sed cum ille in Bentlejo *fucatam vetustatem* non ferat, vellem nobis *tabulas fucatas* in lumine collocasset bono: nam si *vetustas fucata* Latine dici possit, certe contrarium notaret, ac Phaedrus vult dicere. Nam nouae hic sunt tabulae, quae pro vetustis obtruduntur, quia nomen veteris artificis cum prae se ferunt vetustae, si fucarentur, pro nouis vellent haberi. Eodem modo *tabulae fucatae*, scilicet nouae, quae Zeuxidis nomen mentirentur, essent ita fucatae, vt antiquae viderentur. Hoc vero vsui et rationi aduersatur, quia fucus adhibetur veteribus, non nouis, ad muniendam aetatem, et temporis jacturam resarciendam; *fabulae* vero *fucatae* a Phaedro ridiculi caussa dicuntur, quasi per ὀξύμωρον, quia Aesopi veteres videbat recenti semper laude virescere, hinc suas, vt gratiam illam haberent, ita fucare voluit."

Caussam Bentleji frustra agit cl. *Brotier* praeter alia lau-

dans Martial. L. IV. 39. Bentlejana autem emendatione, quam recepit, nihil putat esse felicius, nihil certius—. Desbillonius locum, quem deserere inemendatum nolebat, ita constituit, vt reponat *trito et*, pro, *detrito; tabulae*, pro, *fabulae; et Zeuxidem*, pro, *exaudiant*; *ideo fuscatae*, pro, *adeo fucatae*, hoc sensu: si marmoreae statuae, recens a semetipsis elaboratae, Praxitelem inscripserunt; aut Myronem argento paulum attrito, quod ipsi scalpserint; vel Zeuxidem tabellae, quam et pinxerint et hac eadem de caussa infuscauerint. Desbillonio paret vernaculus interpres Jos. *Pracht*. Bipontini ediderunt:

> — — — *nouo*
> *Si marmori adscripserunt Praxitelen suo,*
> *Detrito. Mirum, ni animos fabulae excitent.*
> *Adeo fucatae* *).

Detrito explicandum, quod erat detritum, vt speciem prae se ferret antiquitatis. Recte cl. *Meineke*: *nachdem sie ihn vorher unscheinbar gemacht hatten, um ihm das Ansehn des Alterthums zu geben.* Etenim in hac lectione τὸ *suo* referendum ad *marmori*, non ad *detrito*, i. e. nomine suo omisso, quemadmodum male intellexit cl. *Lange*, cujus vide Prolegg. ad Phaedr. p. XXVII. id quod docet interpunctio nostra ex Editione Bipontina **).

At vero cum verba, *Myronem argento* ad orationis contextum suo quasi jure pertinere videantur, (v. Not. ad vs. 4—7.) ista quidem non abjicienda arbitror. Atque etiam si *mirum ni* scripsisset Phaedrus, vix potest intelligi, qua ratione *Myronem*, vocabulum vtique difficilius et rudibus librariis minus notum, ortum sit. Itaque cum adhuc nemo sit repertus, qui satisfecerit judicio Criticorum, locum intactum relinquere, quam vel incertas, vel justo audaciores virorum doctorum conjecturas in textum recipere malui, maxime cum mens Phaedri clara sit. Vid. Not. ad vs. 4.

*) Placet hac lectio VV. Cll. *Jakob* et *Meineke*.

**) Langius Vs. 7. sq. legi vult: *Detrito Myronem argento. Fabulae excitent Adeo fucatae* cet. sicque edidit.

Excursus XXVI.

Ad Librum V. Fabula I.

Vs. 1. 2. Duo Demetrii, qui in antiquitatis monimentis memorantur, probe sunt distinguendi; alter Phanostrati filius, *Phalereus* dictus; alter Demetrius *Poliorcetes*, Antigoni filius. Vitam hujus scripsit *Plutarchus*; illius Diogenes *Laertius* a): Demetrius Phalereus b) a Cassandro, Macedoniae rege, Athenis praefectus, deinde autem a Demetrio Poliorcete expulsus, ciuitatem Atheniensium per X. annos rexit c). Dicit enim

---

a) V. 75—85. Videri quoque potest *Athenaeus* Δειπνοσοφ. L. XII. C. 20.

b) Ille ipse est, cujus cum alias excellentis ingenii dotes, tum inprimis doctrinam suauemque et floridam eloquentiam saepe commendauit Cicero, et Or. pro Rabir. Potsh. C. 9. *Accepimus*, inquit, *Demetrium et ex Republica Athenis, quam optime gesserat, et ex doctrina nobilem et clarum, qui Pholereus vocitatus est, in eodem isto Aegypti regno, aspide ad corpus admota, vita esse priuatum.* Is nempe, vt refert Diogenes Laërtius L. V. 75. cum Athenas rexisset eo successu, vt positae ipsi statuae trecentae ac sexaginta fuerint (v. Nep. Milt. 6. Plin. XXXIV. 6.) demum ab Atheniensibus absens damnatus est: et post Cassandri, Macedoniae regis, mortem ad Ptolemaeum (Lagi) se contulit in Aegyptum, vbi illo mortuo, ob metum Philadelphi successoris, mortem ipse sibi consciscere non dubitauit. (Diog. Laërt. V. 78. καὶ πως ὑπνώττων ὑπ ἀσπίδος τὴν χεῖρα δηχθεὶς τὸν βίον μετέθηκε) Idem Diogenes cum fuisse dicit Peripateticorum sui temporis omnium doctissimum, et opera ejusdem historica, politica, poëtica, rhetorica multa commemorat; sed et fabulas Aesopi in vnum corpus ab ipso fuisse collectas docet. Annis fere ante C. N. CCC. floruit. — Sub ejus nomine circumfertur liber de interpretatione (περὶ ἑρμηνείας); at ille fetus Dionysio Halicarnassensi in veteribus Schol. ad Νεφέλας Aristophanis tribuitur. *Desbill.*

c) *Diodor. Sic.* L. XVIII. T. II. p. 313. Wesseling. Diog. Laërt. V. 75.

Pausanias d), Cassandrum tyrannum Atheniensibus imposuisse Demetrium, Phanostrati filium, et ipse Phaedrus eum appellat *tyrannum* e), eumdemque, *Athenas imperio improbo occupasse* scribit. Quod male habuit viros doctos, non solum Schefferum, tale quidpiam de Demetrio illo negantem f); sed etiam Desbillonium. Sed Jac. *de Rhoer.* V. C. g) vtique sic Phaedrum censet loqui potuisse de homine, qui statum reipublicae immutauerit ac multa admiserit contra leges h); qui a Phaedro et Pausania i) diserte *tyrannus* appelletur; a quo denique ciuitas Atheniensium *imperio improbo occupata* recte dici possit, quia non a populo imperium acceperit, et populus id tulerit inuitus k). Sed alia sunt, quae istam de Demetrio Phalereo narrationem faciant impeditam. Ad hunc enim obseruante Batauo erudito, tanta frequentia omnes ordines confluxisse, principemque consalutasse, vt in sequentibus narrat Phaedrus, apud alios non legitur. (Phaedrus tamen facile credi potest secutus esse alios auctores, qui hodie non exstant, vt jam olim suspicatus est Schefferus.) Sed de Demetrio Poliorcete, Antigoni filio, id tradit Plutarchus in Vita ejus l), vbi postquam Demetrius se ad liberandas Athenas venisse significasset m): πολλὸι, inquit, ἀνεκρότησαν, καὶ βοῶντες ἐκέλευον ἀποβάινειν τὸν Δημήτριον, σωτῆρα καὶ ἐυεργέτην ἀναγορέυοντες. Et paullo post n): Ἀθηναῖοι ὕτω λαμπρὸν ἐν ταῖς ἐυεργεσίαις καὶ μέγαν φανέντα τὸν Δημήτριον ἐπαχθῆ καὶ βαρὺν ἐποίησαν τῶν τιμῶν

---

d) In Att. C. 25. p. 60. Ed. Kuhn.

e) Vid. vs. 14.

f) Cf. tamen supra Notas ad vs. 2. huj. fab.

g) Fer. Daventr. L. II. C. XI. p. 193.

h) At quomodo dici potest statum reipublicae immutasse, et multa admisisse contra leges, quem diserte dicit Strabo; Democratiam non modo non sustulisse, sed et meliorem reddidisse? Vid. Not. ad vs. 2. huj. fab.

i) Locc. citt.

k) Cf. *Perizon.* ad *Aeliani* V. H. III. 17. quem Jac. de *Rhoer* laudat.

l) Vid. Opp. Plutarch. Vol. VI. p. 10. Hutten.

m) Ανεῖπεν ὅτι πέμψειεν αὐτόν ὁ πατὴρ ἀγαθῆ τύχῃ ἐλευθερώσοντα, καὶ τὰν φρυρὰν ἐκβαλῦντα, καὶ τὺς νόμυς αὐτοῖς καὶ τὴν πάτριον ἀποδώσοντα πολιτέιαν.

n) Plutarch. l. c. p. 12.

ταῖς ἀμετρίαις ἃς ἐψηφίσαντο. Quam turpem Atheniensium assentationem vir doctus etiam notatam esse ab aliis censet, addens, facile intelligi, haec cum narratione Phaedri connenire egregie. Quod autem dicatur, *Athenas occupasse imperio improbo*, Demetrio, Antigoni filio, non minus quam Phalereo connenire, quippe qui, vt doceat *Plutarchus* o), *rex* etiam fuerit appellatus, quod Phalereo non acciderit p). Accedere, quod Menandrum poëtam ignorauerit Demetrius iste, cujus hic meminit Phaedrus, quemadmodum e versu 14. sqq. luculenter pateat. Id autem de Phalereo dici non potuisse, qui vtique Menandrum non tantum nouerit, sed etiam amicitiam cum eo coluerit. Testari hoc *Diogenem Laertium* q): ὁπηνίκα δὲ ἐσυκοφαντεῖτο ἐν ταῖς Ἀθήναις Μένανδρος ὁ κωμικὸς παρ' ὀλίγον ἦλθε κριθῆναι δι' ὐδὲν ἄλλο ἢ ὅτι φίλος ἦν αὐτῷ. Posse quidem haec ita accipi, ac si amicitia illa deinceps demum inter illos coaluisset, sed quominus ita existimet, obstare eumdem Diogenem, qui in *Demetrio* r), eum Theophrasti auditorem fuisse scribat; in *Theophrasto* s) autem, eum Menandrum quoque Comicum instituisse testetur t). Ex quibus omnibus colligit cl. de *Rhoer*, aut Phaedrum duos Demetrios confudisse, aut locum alio modo esse constituendum u). Posterius placet viro laudato, conjicienti, Phaedrum scripsisse:

Demetrius, non qui Phalereus dictus est.

Ita enim veteres, ne viri noti ac celebres confundantur, saepius distinxisse; (quod vellem probasset vir doctus exemplis idoneis) esse quidem apud Graecos Φαληρεὺς, vel Φαληραῖος,

---

o) L. c. p. 12. πρῶτον μὲν γὰρ ἁπάντων τὸν Δημήτριον καὶ Ἀντίγονον βασιλεῖς ἀνηγόρευσαν. Etiam a Diogene Laërtio V. 77. *rex* dicitur.

p) Hinc puto esse factum, vt fabula Phaedri in Codd. MSS. et satis multis Editionibus inscripta fuerit: *Demetrius Rex et Menander poeta.*

q) *Demetr.* V. 79.

r) V. 75.

s) p. 324.

t) At facile fieri poterat, vt Phalereus ignoraret Menandrum, si ponas, hosce duos diuersis plane temporibus Theophrasto vsos fuisse praeceptore. Sed fac vno eodemque tempore philosophi frequentasse scholas, annon fit centies, vt qui olim hoc vel illo commilitone vsi fuerant familiariter, eumdem post longam annorum seriem plane ignorent?

u) Cf. liber cit. cl. *de Rhoer.*

sed diphthongum Graecorum, quamuis natura sit longa, saepe corripi solere a poëtis Latinis. Quae emendatio si forte durior videatur, legendum etiam proponit:

Demetrius, non qui dictus Phalereus,

quemadmodum Burmannus in prima Editione *Phalereus* in vltima sede retinebat; vel si vltimae proxima sit producenda, *Phalerius* cum Heinsio v), seu *Phalericus* x). Equidem, cum conjecturae propositae parum probabiles videantur, mallem dicere, Phaedrum miscuisse duos istos Demetrios y); quam contra fidem Codd. MSS. innouationem admittere in textu Phaedri. Quidni etiam liceat, poëtam erroris argnere? cum cl. de *Rhoer* aliis etiam scriptoribus id aliquando accidisse fateatur, laudans *Perizonium* ad *Aeliani* V. H. L. IX. C. 9. vbi monstratur, Aelianum Demetrium Poliorcetem confudisse cum Phalereo. Verumtamen ista confusio nondum mihi certa atque indubitata videtur, vt patet ex praecedentibus.

Excursus XXVII.

Ad Librum V. Fabula I.

Vs. 17. Reliqua, quae huic fabulae desunt, suppleri vix posse puto, sed si prologo praecedenti respondebunt, aliquid in colloquio hoc accidisse debuit, quo obtrectator aliquis Menandro, illum longe ab Aristophanis, Eupolis vel alius veteris poëtae laude abesse, objecerit; et forte carmini a se titulum antiqui poëtae inscripserit. Certe simile aliquid requirit Phaedri propositum. *Burm.* Finem fabulae Perottus sic exhibet:

Hic est Menander scriptor m....
Homo inquit f.... eri non potest.

---

v) cf. V. L. ad vs. 1.

x) *Phalericus* apud Ciceronem legi, notat Berkel. ad Steph. Byz. de Vrb. et Pop. p. 687. teste cl. *de Rhoer* l. c. Sed neque loco cit. neque p. 753. ad voc. φάληρον Berkelii Obseruata se offerunt quaerentibus. Contra meliores Ciceronis Codices habent *Phalereus.*

y) Sic olim statuerunt *Scaliger* ad Euseb. p. 130. Edit. Janson. cui confutando inserunire possit Nota ad L. V. F. I. 2. it. Heins. E. LXXXI. ad Scheff. Burm. Syll. Epp. T. V. p. 89.

Vnde quid effici possit, non videt Burmannus; vnde tamen Bipontini fecerunt:

Homo, inquit, esse non potest facetior.

Secutus cl. *Jakob. Vrsinus* frustra supplere tentauit, post verba *mutatus statim* addens:

Complexus est quem Athenienses spreuerant.

Supplere etiam ausus est *Hauptius* in Misc. Lips. T. I. p. 260. Sed vide Burmann. *Brotier* V. Cl. istam jacturam resarcire conatus est quatuor versibus:

Homo, inquit, fieri non potest venustior;
Vatemque et scripta meritis tollit honoribus.
Exemplum scriptor vertat ad prudentiam.
Ingenio, non luxu, paratur claritas.

Judicium de hisce versibus legi potest in Ephemerid. Götting. litter. ann. 1784. Partic. 67.

Desbillonius fabulam ita claudit:

Numquam, inquit, homines specie ab externa mihi
Dijudicandos esse, nunc intelligo.

Sed quis possit spondere, Phaedrum ita scripsisse? Nonnullae Editiones, vt Danet. Maittar. Lallemant. addidere versiculum:

Compellat hominem blande dextramque arripit.

Alii conjiciunt alia z); sed operam mihi perdere videntur, qui alia diuinare audent.

---

z) Cl. *Lange* ad h. l. „*Hier fehlt wahrscheinlich das Ende; man müfste denn annehmen, dafs Phaedrus gemeint habe: wäre diefs nicht Menander gewesen, so würde jeder gesagt haben: es ist doch ein abgeschmackter Mensch. Und so auch mit Aesop: mögen seine Fabeln bisweilen auch schlechter seyn, als andere, so sind sie doch vom Aesop.*" Cl. *Büchling*: „man könnte auch *mutatus ille* übersetzen: gleich änderte er seine Gesinnungen, d. i. dieser Ausspruch des Demetrius machte auf den Menander einen solchen Eindruck, dafs er sein weibisches und stutzerhaftes Betragen ablegte, und ein gesetzter Mann ward. Nimmt man diese Erklärung an, so fehlt im Texte nichts." Sed sic finis fabulae nimis esset abruptus; atque etiam probabile est, *mutatus ille* ad Demetrium, non ad Menandrum esse referendum.

Excursus XXVIII.

Ad Librum V. Fabula III.

Vs. 11 — 13. Libri scripti hunc locum ita exhibent: *Hoc argumento veniam dari docet, Qui casu peccat, quam qui consilio est nocens. Illum esse quamuis dignum poena judicio* a). Pro quo vulgo legunt:

Hoc argumentum, veniam mage dari, docet,
Qui casu peccat, quam qui consilio est nocens.
Illum esse quauis poena dignum judico.

Illud *mage* propter sequens *quam* b) intrusit Pithoeus, non Perottus c). Ita praeter Vrsinum, Schefferum, Maittarium, Richterum, Burmannum, edidere multi. Sed cum difficultas circa τὸ *illum* maneret. (Vide tamen Notas ad vs. 13.); et quia tertius versus adjectus, vel supervacuus; vel, si *quamuis* legatur, ineptus videbatur et absurdus d): viri docti hunc locum vario modo, et non raro conjecturis arbitrariis tentare ausi sunt. Gudius legit et fuse tuetur:

Hoc argumento veniam *tam* dari *decet*,
Qui casu peccat, quam qui consilio est nocens,
Illum esse quamuis dignum poena judico.

Haec vero sententia falsa est, et contra mentem poëtae, vt monstrat Burmannus, erudite contra Gudium disputans. Hanc tamen emendationem receperunt Jac. Gronov. Hoogstratanus, Walch. Santorocc. Editor Edit. stereotypae. Bentlejus edidit:

Hoc argumentum veniam *dandam illi* docet,
Qui casu peccat. *Nam* qui consilio est nocens, *ect.*

Magis certe in MSS. non est. De hac Bentleji conjectura vberius disserit Burmannus, qui mallet:

Hoc argumentum veniam *modo* docet dari,
Qui casu peccat. *Nam* qui consilio est nocens,
Illum esse *quauis* poena dignum judico.

---

a) Ita edidit Neveletus. coll. Not. Tzschuck. ad h. v.

b) Sic absolute passim, subintellecto *magis*, vel *potius*, reperitur. *Tzschucke.*

c) Vid. V. L. ad vs. 11.

d) At vid. Notas ad vs. 13. Mirum profecto videri possit, viris doctis vnum particulae *quamuis* non in mentem venisse.

Si vmquam sibi placuerit hic vir doctus, certe in hoc loco emendato sibi satisfaciebat. Jam olim autem Rittershusius et Rigaltius reponebant *quauis*, i. e. summa (L. IV. XX. 5.) pro *quamuis*; Rigaltius vero, Schefferus et Heinsium pro *quam*, *nam*, conjiciebant. Horum vestigiis insistit Burmannus, τὸ *mage*, a Pithoeo intrusum, mutans in *modo*, quod perierit inter *m*, litteram vltimam τῦ *veniam*, et *do*, syllabam primam τῦ *docet*, qualia multa ab omnibus criticis constet esse adhibita locis affectis: sed *veniam dari qui casu peccat* dictum esse ait pro, *ei qui peccat*, ellipsi ordinaria. Salmasius ad oram libri notauerat:

Hoc argumentum veniam *deberi* docet *cet.*

Rigaltius vs. 11. non inepte legi volebat:

Hoc argumentum veniam *ei* dari docet

Meursius vs. 12. ita emendabat:

Qui casu peccat, *quia* qui consilio est nocens *cet.*

Heinsius:

Hoc argumentum, *venia dignari*, docet,
Qui casu peccat: *nam cet.*

De duabus Harii conjecturis, quas repudiat Burmannus, consules Notas viri docti. Disputatio enim scribenda esset, si omnia enumerare vellem. Bipontinis placet:

Hoc argumentum veniam *jam* dari docet,
Qui casu peccat: at qui consilio est nocens,
Illum esse quamuis dignum poena judico.

Quae conjectura non displicet, cum particula *jam* facile ab vltima syllaba praecedentis *veniam* absorberi potuerit; sed *at* pro *quam* a veteri scriptura nimis recedit.

Desbillonius legendum proposuit:

Hoc argumentum *venia donari* docet,
Qui casu peccat. *Nam* qui consilio est nocens,
Illum esse *quauis* poena dignum judico.

Non multum tamen repugnat, si quis cum Rigaltio et aliis legere maluerit *veniam ei dari*, quod recepit cl. Brotier. Denique cl. Jördens suspicatur, Phaedrum scripsisse:

Hoc argumentum, veniam *illi* dari, docet,
Qui casu peccat: *at* qui consilio est nocens,
Illum esse *quauis* poena dignum judico.

Ego quidem putaui, locum sic esse costituendum:

Hoc argumentum veniam *ei* e) dari docet,
Qui casu peccat. *Nam* f) qui consilio est nocens,
Illum esse *quamuis* g) dignum poena judico.

Haec enim lectio a prisca scriptura non longe recedere mihi visa est. Sic etiam retinetur *quamuis*, quod legitur in MSS. et quod immerito repudiant Critici, cum commodum habeat sensum. Sed *nam*, quod esse videtur a manu Phaedri, facile mutari potuit in *quam*, quod est in vulgato. Eodem denique jure, ad sustentandum versum, inseri potest vocula *ei*, quo alii intrudunt *modo*, *mage*; vel *at* pro *quam*, *nam* cet.

Excursus XXIX.

Ad Librum V. Fabula IV.

Vs. 9. De hoc loco quid videatur Cl. *van Bergen*, ab instituto nostro non alienum visum est, h. l. subjungere:

„Emendatio Bentleji, *inquit* h), cum certissima sit, vnde accidat, neque Anonymo (Hario), neque Burmanno placeat, equidem non intelligo. Primo enim sententia falsissima est, *qui rapuere diuitias habent*, et admodum raro contingit, vt raptores diu diuites maneant. 2. Verbum *rapere* hic prorsus est ab ipsa fabula alienum. Neque Verres, neque asellus, neuter hordeum rapuerat, sed illa oblatum acceperat; hic recusauit. Similiter ergo Phaedrus ait, se semper respectu hujus fabulae vitasse non *periculo as rapinas*, aut *opes raptas*, sed *periculosum lucrum*, vel *periculosas diuitias*, quamuis jure possidendas. Sed dicis, qui latuerunt, i. e. qui diuitiis modice ac sobrie vsi sunt sine ostentatione, nec palam, sed clam et oc-

e) Ita legi jubent Lallem. et Brotier, post Rigaltium. Nec displicet Desbillonio.

f) Sic ediderunt Rigaltius, Bentlej. Lallemant. Brotier. Desbillon. Sicque reponi volebant olim Schefferus, Heinsius et Burmannus.

g) *Quamuis*, praeter alios, receperunt Bipontini, nec non Editor Editionis stereotypae.

h) Obseruatt. Crit. C. XXXI. p. 65. sq. coll. supra V. L. ad vs. 9. huj. fab.

culte inter pauperes latuerunt, nec se diuitiarum caussa extulerunt, aut supra alios eminere student (quo sensu Ovidius verbo *latuit* vsus est Trist. III. IV. 25.) illi tamen habent ac possident opes suas ac diuitias. Respondet Phaedrus: agedum numeremus vtramque turbam, eorum, qui in occulto inter pauperes latuerunt, suaque bona quiete, tranquille atque in otio possederunt, et ab altera parte eorum multitudinem, qui proditi, palam facti, deprehensi, damnati fictisque criminibus accusati, puniti perierunt. Quod si fecerimus, turbam et agmen horum multum majus esse inueniemus, quam illorum paucitatem. Fabulae argumentum parum recedit ab argumento F. VII. L. II. Neque hic de bonis raptis vlla mentio est; sed vtrobique agitur de jure acquisitis, quae periculosa sunt. Denique si Phaedrus per *periculosum lucrum* hic loci intelligeret *diuitias raptas*, easque respectu hujus fabulae se vitasse diceret, fateretur, se rapinas, quas boni viri virtutis amore oderunt, poenae formidine vitasse, quod ab eo longe alienissimum est, cui opes sine discrimine (etiam jure possidendae) inuisae sunt, quia diues arca veram laudem intercipit. (L. IV. F. XII. 2.) Certum itaque habeamus, *rapere* hic locum non inuenire."

In hac pro lectione Bentlejana apologia non lubet singula excutere; sed momentum facere videntur haec: Si lectio Bentleji admittatur, luculenter patet, responsionem (Vs. 10. sqq.) parum aptam esse objectioni (Vs. 9.) Et enim verba *deprensi* vs. 10. et *temeritas* vs. 11. aliud verbum requirunt, quod diuites crimine factos notet, vt bene vidit Harius. Quae docent, τὸ *rapuerunt* loco suo non mouendum esse. Namque τοῖς *deprensi* et *temeritas* optime respondet, sicque oratio melius cohaeret. Neque objici potest, verbum *rapere* ab ipsa fabula prorsus esse alienum, quia neque Verres, neque asellus, neuter hordeum rapuerat; sed passim in hoc opere obseruatum est, epimythia Phaedri non semper apta esse ad fabulam. Vid. e. g. ad L. IV. XI. 15. coll. Exc. XVII. ad L. IV. F. XIII.

Excursus XXX.

Ad Librum V. Fabula VII.

Vs. 8. 9. *Sinistram fregit tibiam, duas cum dextras maluisset perdere.* Ludit auctor in voce *tibiae*: sinistram sibi Prin-

ceps tibiam fregerat, i. e. os illud, quod, vt docet *Celsus* Med. L. VIII. C. 1. a priore parte surae positum est, et vocatur *tibia*: at duas ille dextras tibias, quibus canere solebat, perdere siue frangere maluisset. Tibiae autem in ludis scenicis adhiberi solitae, aliae dextrae, aliae sinistrae erant: dextrae sono graui seria, sinistrae acuto festiua argumenta pronuntiabant, i. e. ad modos musicae idoneos dirigebant. Vbi notatu dignum illud est, quod Tibicines scenici plerumque duabus simul tibiis, siue dextris, siue sinistris, vterentur. Princeps itaque cum adjuuaret cantu suo Bathyllum, modo serias, modo festiuas fabulas gestibus exprimentem, tibias habere debuit et sinistras et dextras; has autem ille salse et vere dicitur maluisse perdere: Bathyllo scilicet nauare operam solebat; qui Bathyllus, vt Seneca in *Excerptis Controuersiar.* L. III. docet, cum scite admodum jocosa argumenta exsequeretur, non ita felix fuit in grauioribus exsequendis, quibus dextrae tibiae adhibebantur. *Desbillonius.* Lusus est in voce *tibia*, quae et cruris partem significat, et musicum instrumentum. Tibicines, siue aulaedi duabus tibiis simul flabant, aut dextra et sinistra, et tum imparibus tibiis canere dicebantur; aut duabus dextris *), et tum duabus paribus dextris; aut duabus sinistris, et tum duabus paribus sinistris. Dextra grauem bombum, sinistra tinnitum acutum emittebat **); et impares dicebantur non solum ob sonum, sed etiam quia imparem foraminum numerum habebant; plura in sinistra erant, quam in dextra ***). Hinc in didascaliis Terentii Andriae:

*) Festus: *dextrarum tibiarum genus est, quae dextra tenentur*; quem locum affert *Schneider* V. C. ad Varr. L. I. C. II. 15.

**) Notandus locus Apuleji Floridor. p. 341. *Primus Hyagnis manus in canendo discapedinauit, primus duas tibias vno spiritu animauit, primus laeuis et dextris foraminibus acuto tinnitu, et graui bombo concentum musicum miscuit.* Docere etiam conatur Salmasius ad Solini C. 11. p. 84. sqq. dextrae sonum fuisse grauiorem, sinistrae tibiae acutiorem. Vid. *Schneider* ad Varronis l. c.

***) Antiquas tibias paucis foraminibus fuisse apertas, intelligitur e loco Servii ad Aen. IX. 618; hoc: *vt ait Varro tibia Phrygia dextra vnum foramen habet, sinistra duo, quorum vnum acutum sonum habet, alterum grauem.* Ex quo loco colligebat Vrsinus, dextram tibiam fuisse incentiuam, sini-

acta tibiis paribus dextris et sinistris *) ; Ennuchi, *acta tibiis duabus dextris*: Heaut. *acta prima tibiis imparibus, deinde duabus dextris. Gronouius.* Qua ratione effecerint Tibicines, vt cantum fingere et flectere vario mode, et molliorem ex simplice et recto reddere possent, egregie docet Cel. Schneider l. c. e Quinotil. L. I. XI. 7. vbi vocabulum κατεπεπλασμένον declarat: *Sic appellantur*, inquit, *cantus tibiarum, quae praeclusis, quibus clarescunt, foraminibus, recto modo exitu grauiorem spiritum reddunt.* Idem L. II. III. 20. *vt tibiae eodem spiritu accepto, alium clausis, alium apertis foraminibus, alium non satis purgatae, alium quassae sonum reddunt, ita faucis* cet. Ibidem Sect. 60. *illa jam paene apertis, vt ajunt, tibiis pronuntianda*, i. e. pleno sono. De ligulis, tibiis additis, earumque forma, neo non de tibiis paribus, et quatuor tibiarum speciebus a), non pauca acute et erudite obseruat Schneiderus, saepius laudatus, ex *Aristotele* b), *Polluce* c), *Theophrasto* d). Diligenter quoque excussit vir doctus loca *Theophrasti* H. P. IV. 12. et *Plinii* XVI. Sect. 66. Harduin. digna profecto, quae in hoc argumento consulantur; vt omittam alia e).

Vs. 17. 18. Desbillonius ad hunc locum haec notauit: „Hi versus valde in vtroque Codice Pithoeano et Remensi depra-

---

stram succentiuam. Subsequenti tempore aucta sunt tibiarum forsmina, id quod constat ex loco Varronis, ita excerpto a Scholiaste Horatii ad A. P. 203. *Varro ait in tertio Disciplinarum et ad Marcellum de Lingua Latina quatuor foraminum fuisse tibias apud antiquos et se ipsum ait in templo Marsyae vidisse tibias quatuor foraminum.* Vid. *Schneider* l. c. et in Ind. ad Scriptt. R. R. v. *Tibiae.*

*) Caue censeas actam fuisse dextra simul et sinistra, quae impares erant; sed intellige tibiis paribus dextris primum modulatam fuisse deinde et paribus sinistris. Vid. *Salmasius* in Didasc. Ter. Andr. in Edit. Schrevel. L. B. 1669. 8.

a) Graece dicuntur σύριγγες, τέλειοι, ζεύγη. Quartsm speciem Theophrastus significauit vocabulo calami βομβυκίας, i. e. ad bombyces apti.

b) De Audibilibus: vide etiam Hist. Animal. L. VI. 10.

c) Cf. *Pollux* IV. 81. *Idem* Sect. 77. coll. IV. 70 et 82.

d) H. P. IV. 12.

e) De tibiis multa etiam disputant Interpretes ad Terentianrnm Comoediarum διδασκαλίας.

uati sunt: cujus mali fortasse origo talis est: pro verbo, *adducit*, aliquis scripserit Librarius, *abducit*; adjectum ab alio fuerit glossema, *a se reducit*; quod alius, tamquam ab auctore profectum, cum legeret, ad superiorem versum rejecerit; tum alius pro, *abducit eum*, scripserit, *abduci reum*; alius denique voces etiam aliquantulum transportauerit: vnde monstrum illud, quod exhibent vetusti Codices 1° (etiam Edit. Vet. vt Nevelet.)

„*Et incipiebat Princeps abduci reum ingredi*
A se reducit pretio precibus vt tantummodo.“

Rigaltius ex his conjecit: *Et incipiebat Princeps ingredier. Eum adducit, pretio, precibus.* Sic locum etiam emendandum censet Praschius, non tamen sensu concinno, et in exitu fere contra metrum, obseruante Tzschuckio. Etiam Bentlejus hunc versum ob malos numeros exsibilandum censebat. Quare cum Desbillonio reposui: *Et incipiebat ingredi Princeps. Eum* cet. Alii alia tentarunt incertis conjecturis. *Schwabe.* Bentlejus:

Et vt incipiebat posse princeps ingredi,
Inducit pretio, precibus,

in quibus me offendunt illa *et vt*; et deinde *posse ingredi*, quod nihil plus significat, quam *ingredi*. In MSS. non reperitur *posse*; licet non negem, probabiliter posse defendi loco illo Ciceronis, a Gudio adducto. Sed miror virum fastidiosum, qui L. I. F. XXVII. *conueniens esse potest*, quod est in scriptis, concoquere non potuit, hic contra auctoritatem scriptorum recipere auide illud *posse ingredi*. Sed licere, vtroque modo loqui et *posse* addere, vel omittere, sine sententiae damno, patet ex Suet. Vesp. 7. de Basilide liberto, *quem jam pridem propter neruorum valetudinem vix ingredi, longeque abesse constabat;* et ibi *vix ingredi posse* intelligitur, sed τὸ *posse* non exprimitur. Quid? si legamus continuatis verbis,

Erat facturus ludos quidam nobiles,
Vt incipiebat Princeps ingredi.

i. e. eo tempore ludos erat facturus, quo incipiebat iterum ingredi. In reliquis, quae in codice exhibentur, *a se abduci*, et Glossa Gudii, latet aliquid, quo Principem sine adminiculo jam ingressum significatur; *a se ingredi* vero vix Latinum putem; sed cum *ingredier* fuisse in MSS. potuit, hinc in vltimis illis *er*, et etiam in *reum* vestigia verae lectionis, et praepositionis *per* absorptae latere possunt, et forte ita posset constitui locus totus:

Erat facturus ludos quidam nobiles,
Vt incipiebat per se Princeps ingredi.
Adducit pretio cet.

Per se enim obuium est, pro solus, sine adjutoribus, vt L. III. X. 58. *per te cognoueris*, vbi v. Schefferum et ad Ovid. Medicam. 27. et Suet. Caes. 56. Verba autem transposita fuisse, ex antiquis editionibus satis patet. *Burmann.* Vrsinus, sequens propius vestigia scripturae: *Et incipiebat ingredi Princeps, eum Reducit pretio, precibus, vt tantummodo*; Heinsius: *vt incipiebat Princeps ingredier, eum Inducit pretio et precibus, vt tantummodo*; Tollius: *Et incipiebat Princeps jam ingredier. Eum A. p. p.*

Vs. 25. sq. In MSS. Pith. Rem. et Edit. vet. Pith. Rittershus. Nevelet. Vrsini legitur: *Tunc chorus ignotum more ducto canticum imposuit.* Obscura haec; vnde tamen aliquid lucis emicare videtur Tzschuckio, V. Cl. Opinatur enim, *imposuit* explicari posse *intexuit*, et *ignotum* ideo probum ei videtur, quod Phaedrus ejus sententiam afferre non dubitauit, cum in notis id non necesse videatur. *Ducto* autem capiendum esse ait, vt ante *translatitio.* Pari modo librorum scriptorum lectionem strenue defendit ill. *de Schirach*, scribens in Clav. P. I. p. 171. sq. „Tunc chorus ignotum more ducto canticum *imposuit*, i. e. induxit adhuc ignotum, non solitum canticum. Ita veteres Codices legunt, neque video, cur mutandum, cum bene omnia se habeant. *Ignotum* enim fuisse canticum, non est cur negari debeat. At *more ducto* intulerunt carmen; quid ita? Describit Phaedrus, quid solito factum esset, dum suum tibicinem mirifice stultum vult ostendere. Dum ludus incipit, aulaeum mittitur, et volutis tonitrubus Dii apparent, vt mos erat in scena, atque inter se sermocinantur. Haec omnia translatitia atque consueta, quare et chorus suo modo prodit et canticum infert, at ignotum, h. e. antea non ita valde vsurpatum, vt eadem saepe jam fuisset in fine sententia. Tali itaque formulae cum applauderet populus, en hominis arrogantiam! qui, quod alias Caesari dabatur, sibi factum, quod Principis vox audiretur, existimabat. Quid vero illud *imposuit*? Et hoc rectum puto, neque *insonuit* praeferendum. At ne vnus quidem interpres de hac voce exposuit mentem, quod miror, cum non adeo alienus sit a scena vsus verborum *ponere*, *reponere*. Hor. A. P. 120. Scriptor honoratum si forte *reponis* Achillem: quare hoc loco *imponere* pro inducere dictum habemus, siue nouum canticum in sce-

nam perducere, illudque actionis honestate recitare." Quae omnia magnam speciem habent, nec penitus displicent. Sed cum significatio verbi *imponere*, sensu, quo volunt, nondum certa sit, et exemplis, ad probandum idoneis, confirmata; nondum ego moueri possum, vt viris doctis accedam. *Desbillonius*, retenta lectione Codicum, et adjecta tantum veteri scripturae vocula *et*, legendum proponit: *Tunc Chorus ignotum et modo reducto canticum Imposuit*, hoc sensu: Tunc Chorus, qui nihil praemonuerat Principem, vt eum certius ludificaret, atque etiam canticum, bene notum ceteris omnibus, Principi vero, vtpote modo in theatrum reducto, plane ignotum, ipsi imposuit, sive ipsum decepit. Librarios enim constat saepe *mo*, linea super inducta, scripsisse pro *modo*. Hancce Desbillonii lectionem, quae proxime accedit ad veterem scripturam, ego quidem, cum aliorum Criticorum conjecturae magnam partem viderentur vel incertae et ambiguae, vel violentiores, recipiendam duxi; ita tamen, vt paullulum recederem ab interpretatione Desbillonii. Non enim videtur credibile, Chorum ideo Principem nihil praemonuisse, quo eum ludificaret certius. Cf. Notas ad vs. 25. A lectione Codd. MSS. non multum abhorret Brotier V. Cl. qui edidit: *Tunc chorus et ignotum reducto canticum imposuit*.

Permultae Editiones, etiam Burmanniana major, habent: *Chorus reducto tunc et notum canticum imposuit*, quam lectionem, praeter alios, vindicant *Schulzius* et *Langius* VV. D. D. hoc sensu ex interpretatione Burmanni: Chorus et notum canticum, quod chorus canebat ex more, vel, per ἓν διὰ δυοῖν, canticum chori Principem reductum in theatrum fefellit, qui errore vocis *Principe* delusus, credebat sibi Chorum gratulari sanitatem redditam, cum Imperatoris honori canebatur. Statuit vero Burmannus, τὸ *notum* sine dubio tenendum esse; fuisse enim vsitatissimum, vt hac vel simili formula gaudium suom populus testaretur, vt vel solus Suetonii locus Galb. C. XIII. doceat, vbi *notissimum canticum* a populo Galbae accommodetur. Cf. Ferrar. de Acclam. L. I. C. 14. et Lindenbr. ad Amm. Marc. XIV. C. 5. Sed τὸ *ignotum*, quod est in libris scriptis, non temere abjiciendum esse arbitror. Fac enim canticum ejusdemque argumentum et consilium notum fuisse Principi, qui tandem fieri poterat, vt deciperet hominem, ita, vt gratulationem populi ad se, non ad Caesarem, pertinere crederet, sicque se exponeret risui omnium? An tibicen tam

tam insigni impudentia fuisse censendus est? Quare *ignotum* recte retinent Bipontini, qui tamen legunt: *Tunc chorus ignotum modo reducto canticum imposuit*, quae ita intelligo: Chorus imposuit, i. e. injunxit tibicini, modo in theatrum reducto, canticum, quod ei ignotum erat f). Sed jam olim non inepte

f) Ita etiam locum capit Tollius, sed ita, vt pro *modo*, reponat *mox*, addens Not. P. III. Phaedri p. 183. „Hoc vult Phaedrus: mox vbi reductus in scenam fuit tibicen Princeps, chorus ei injunxit hoc nouum ac ignotum canticum, quod et ipse chorus cantu, et tibicen modulatione tibiarum exprimeret. Diomedes (Grammat.) L. III. *quando enim chorus canebat, choricis tibiis*, i. e. *choraulicis*, *artifex concinebat*. Nam cecinisse eum tibiis, liquet inde, quod eum populus coronam rogare existimabat, quae praeclare nauatae operae foret praemium. Verum *tunc mox* videntur minus bene conjungi.“ At si omnia rite expendantur, vero non est simile, tibicinem modos praebuisse canentibus. Etsi enim conualescere et ingredi *incipiebat* (V. 12. 17.); nondum tamen res eo erat adducta, vt posset in conspectum prodire populi, tantum abest, vt inflare tibias posset. Etenim crus erat fascia ligatum; ex quo intelligitur, fomenta adhuc fuisse applicita, quia vulnus nondum coierat (Vs. 36.). Quare nobilis, qui erat facturus ludos, pretio et precibus adduxit Principem, vt ipso ludorum die *tantummodo sese ostenderet*, quamuis careret facultate, paullo diutius erecto standi corpore, et tibias canendi (Vs. 16. 18. 19). Sic enim nobilis pergratum se facturum esse putabat populo, qui desiderare coeperat tibicinem (Vs. 14.). Neque etiam populus plaudebat Principi, modos praebenti choro; sed consurgebat in plausus ad verba, *Laetare, incolumis Roma, saluo Principe*, quibus fautores sanitatem redditam, non gloriam, arte sua, partam, gratulari putabat tibicen. Quae omnia obstant, quo minus hic locus de cantico, a choro tibicini injuncto, possit intelligi; quemadmodum etiam intelligi posse censet Schulzius, etsi huic interpretationi non multum tribuere videatur. Cecinisse vero Principem tibiis, inde non potest colligi, quod cum iterato cantico in pulpito totum se prosterneret, eum populus coronam rogare existimabat, (Vs. 34.). Nam cum videret tibicen, tantos sibi impertiri plausus a populo, ob recuperatam, vt credebat scilicet, valetudinem: vtique pot-

quaerebat Heinsius g): „An chori erat, imponere canticum? at supra dixit, diuitem illum nobilemque virum, qui Indos erat facturus, cum tibicine pepigisse, vt tantum se ostenderet in theatro, cur ergo hic canticum illi imponitur?" Cf. infra Not. f. Ipse vero Heinsius legendum putat h): *Chori reducto tunc ignotum canticum imposuit*, quae interpretatur: Chori canticum, ignotum tibicini, in theatrum reducto, imposuit, i. e. verba dedit homini. Bentlejus legi jubet: *Tunc chorus ignotum more docto* (i. e. de more) *canticum insonuit*, ad quae Burmannus notat: „Bentleji conatus non placuerunt Anonymo, (Hario) et certe *more docto* quid velit non explicat satis plana Vir Cl. nec nouum illud canticum fuisse, constat ex illis, quae viri docti adduxerunt ad illud illustrandum. *Chorus insonat canticum* immerito culpatur, hoc enim satis defendi posset, sed nihil huc facit. Quod vero Anonymus tentat; *Tunc Chorus: ignotum modo reducto canticum Imposuit*, obscurissimam sententiam facit. Si enim post *tunc Chorus* distinguendum, deberent etiam statim sequi verba, quae chorus pronuntiauit, vt solent Virgilius et Ovidius et alii, quando *Tunc ego*, *Tunc Deus*: et similia in mutuis sermonibus, aut narrationibus nobis exhibent. Nec opus tunc addere, *cujus haec fuit sententia*: saltem omnia deberent post *Chorus*, ad *latare* includi parenthesi, cum omnia sint clara in vulgata hodie lectione, in qua etiam scripti codicis vestigia satis sunt expressa, quae vt magis seruentur, hoc ordine possent verba disponi:

Tunc Chorus; *et notum mox (vel modo) reducto canticum Imposuit.*"

Conjecturas et emendationes reliquorum Criticorum verbo notasse sufficiat, quo facilius possit intelligi, quid viri docti in

---

erat palmam coronamque rogare, quamuis non cecinisset, tamquam operae olim praeclare nauatae, praemium. Aliter tamen sentit Censor doctus, in Censura Phaedri Pauflerizni (Hal. A. L. Z. ann. 1803.) scribens: „der Princeps konnte wohl nicht glauben, dafs das *salvo Principe* auf ihn gehe, da er ja selbst mit einen Theil des Chors ausmachte, wie sein ganzer theatralischer Anzug vs. 36. beweifst, sondern er glaubte nur, dafs die applaudirenden Zuschauer die Stelle auf ihn deuteten, oder auwendeten."

g) Vid. *Heinsii* Epist. ad J. Frid. Gronov. in Burmanni Syll. Epp. T. III. p 482.

h) Syll. Epp. l. c.

emendando hoc loco sibi indulserint. Emendat vero Freinshemius: *Tunc chorus ignotum mox reducto canticum Insonuit;* Praschius: *Tunc chorus, ignoto more, ludo canticum Imposuit;* Rigaltius: *Tunc chorus gnotum moro educto,* i. e. Principe, moro et inepto tibicine, *canticum*; Idem in altera editione edidit: *Chorus reducto tunc, et nouum* (Richter. *ignotum) canticum;* Schefferus: *Tunc chorus ignotum ac reducto canticum;* Gruterus, teste Neveleto: *Tunc chorus ignotum amore ductus canticum*; Cuningbamus: *Chorus tunc ignotum ore docto canticum insonuit*; Kohlius Comment. crit. Pentad. II. L. 49. p. 203. *Chorus reducto tunc et motum canticum Imposuit*, laudans praeter alia Ovid. Met. XIV. 20. sq. Editor Edit. stereotypae: *Chorus tunc et notum reducto canticum imposuit.*

Vs. 28. *Jactat basia tibicen.* Burmannus, conjectura Scriverii et Heinsii deceptus, edidit, *jactant basia*, vt haec verba referat ad spectatores: quod mihi quidem absonum videtur. Nam vt stultus error Tibicinis intelligi posset, aliquos ille gestus edere debuit, quibus significaret, a se plausus spectatorum, tamquam sibi vni datos, accipi; hoc autem vt praestaret, quid opportunius fuit, quam jactare basia, id est manum et ori admouere, et ad spectatores porrigere? id quod facere solebant Romani, vt gratos se et memores ostenderent. Sana est ergo lectio MSS. Codd. et editionum fere omnium, quam exhibemus. *Desbillonius.* Praeter Heinsium et Burmannum *jactant* tuentur Santoroc. Heusinger. de Schirach. Statuit enim Burmannus, ad v. *jactant* subintelligendos *spectatores*, quibus fauere se choro significabant. Et cum Bentlejus objecisset: *nisi ipse jactasset basia, qui potuissent equites stultum tibicinis errorem intelligere? profecto ex gestu illo intelligebant, non alio pacto*: sic respondet Burmannus: potuisse Principem aliis gestibus et etiam voce, quae in tanto fremitu a populo non exaudiebatur, sed ab equitibus, qui in quatuordecim propius scenam sedebant, intelligebatur, errorum suum prodere. Si jactasset basia Princeps, vidisset etiam populus. Praeterea frequentem oris et manus mentionem in populi acclamationibus et applausu esse docet, vt hic *voce manuque* Populus fauerit choro; quemadmodum et apud Martialem VIII. 65. *Roma salutauit voce manuque Ducem*, et saepe Sueton. Claud. 12. Tit. 8. Basia vero jactata a fautoribus, docuisse Scriverium ad Martial. I. 3. At, si quid ego judico, stare potest Bentleji et Desbillonii sententia. Non enim subest caussa, quare le-

ctionem MSS. repudiandam putemus; maxime cum moris esset scenicis, adorare populum. Vid. Not. ad vs. 28. et paullo ante Not. Desbillonii. Neque objici potest a Burmanno, non sine copula *putat* subjuncturum fuisse Phaedrum; cum et alibi per asyndeta procedat oratio. Vid. ad L. IV. XVII. 16. 20. et ad IV. XXI. 16. Neque etiam obstat, si Princeps jactasset basia, non equites tantum visuros fuisse, sed etiam populum. Vtique enim populus videbat hominem, basia jactantem, et mox in pulpito totum se prosternentem, sed veram caussam, quare hoc faceret, nescio quomodo, non intelligebat; mox enim Phaedrus narrat, populum existimasse, coronam rogare tibicinem; donec res patefacta per equites, qui stultum errorem statim intellexerant, cuneis innotesceret omnibus, et ille ab vniuersis foras protruderetur. Cf. vs. 32. sqq. ex quo apparet, in omnibus fere editionibus recte *jactat* legi. Addere placet, quae observat Censor doctus (in Ephem. litter. Halens.) supra laudatus: „Die Ritter bemerkten nach Vs. 30. den Misverstand zuerst, weil sie zunächst an der Scena und Orchestra safsen, folglich des Flötenspielers verbindliche Pantomimen aus der ersten Hand hatten.“

APPENDIX

FABULARUM AESOPIARUM

XXXIV.

E

MSS. DIVIONENSI, ANONYMO ET ROMULO NILANTII,
ET ALIIS.

FABULARUM APPENDIX *).

FABULA I. 1.

MILŪUS AEGROTANS.

Multos cum menses aegrotasset Milüus,
Nec jam videret [2]esse vitae spem suae;
Matrem rogabat, [3]sancta circumiret[4] loca,

*) Hoc loco in memoriam reuocanda sunt, quae notaui in Notitia Litter. de Phaedro ad ann. 1719. de Editt. Phaedri. Burmannus, si non omnes hujus Appendicis fabulas, maximam tamen partem, olim a Phaedro fuisse versibus senariis conscriptas credit, in quo tamen alii aliter sentiunt. Vid. Notit. Litter. l. c. Paucas Nilantius etiam tentauit versibus exprimere, in vno, judicante Burmanno, peccans, quod sexto pede spondeum posuerit, quod nec Phaedrum, nec alium poëtam, in senariis fecisse, ei persuasissimum est. De ceteris rebus obseruandum, Notas, quae sine auctoris nomine in hac Appendice exhibentur, Burmannum habere auctorem. *Schwabe.*

1. Haec fabula apud Rimicium L. I. 19. legitur. *Burm.* Apud Romulum Divion. et Vlmens. est L. I. F. 18. *Schwabe.*

2. *Esse vitae spem suae.* Lege, *Esse vitae spem super.* Virgil. *Dum vita supersit.* Plautus etiam eleganter per tmesin separat: *si quid super illi fuerit.* Gud.

3. *Sancta circumiret loca.* Sic MS. *Sancta loca* apud Auctores nondum reperi. Forte scripsit *sacra.* Sic apud Ciceronem, *locus sacer*: oppositus profano. Apud Virgilium: *Lucus sacer, et arae sacrae.* Tamen Virgilius etiam *flumen sanctum,* et *Numina sancta.* Ovidius: *Di sancti.* Martialis: *Aula sanctior.* Lucretius: *Sancta Deûm delubra.* Recte ergo se habet locus. *Gud.* Et si *augusta* dicantur templa et alia loca, *augusta* vero idem notet, quod *sancta*, teste Ovid. I. Fast. 609. quidni liceret *sancta loca* dicere?

Et[5] pro salute vota faceret maxima.
Faciam, inquit, fili; sed, opem ne non impetrem,
Vehementer vereor; sed qui delubra omnia
Vastando[6], cuncta polluisti altaria,
Sacrificiis nullis parcens, [7]nunc quid vis rogem?

4. *Circumiret.* Vt in periculis constituti solebant etiam priuatorum domos circumire. Tac. L. II. Annal. *Ibo veste mutata cum primoribus feminis circumire domos*, orare affines, *vocem aduersus pericula poscere. Gudius.*

5. *Et pro salute.* Lege, *Ejusque pro salute* vota *necteret.* Lucretius: *Votis vota nectere.* Gudius.

6. *Vastando cuncta.* Lege: *Vastati culta polluens altaria.* Sic Claudianus: *Culta altaria*, forte Phaedrum imitatus. *Gud.*

7. *Nunc quid vis rogem:* Scilicet hoc ipsum vult mater dicere, quod Cato apud Nonium: *Nullam profecto accessi ad aram, quin Deos, suppliciis, sumtu, votis, donis, precibus, ploratu obsecrans nequicquam fatigarem.* Egregie Cato apud Sallustium Catil. C. LII. *Non votis, neque suppliciis mulieribus auxilia Deorum porantur; vigilando, bene agendo, bene consulendo, prospere omnia cedunt; vbi socordiae tete atque ignauiae tradideris, nequicquam Deos implores: irati infestique sunt.* Gud.

FABULA II. [1]

LEPORES VITAE PERTAESI.

Qui [2]sustinere non potest suum malum,
Alios [3]inspiciat, [4]et discat tolerantiam.

1. Fabula est apud Rimicium II. 8. et Romulum Nilantii 24. *Burm.* Apud Romulum Vlmens. et Divion. est. L. II. 9. *Schw.*

2. *Sustinere.* Phaedri plane est. L. I. F. 2. *Hoc sustinete, majus ne veniat malum.* Gud. Malim, *Vt sustinere quis possit suum malum. Aliorum mala respiciat, et discat pati.*

3. *Alios inspiciat.* Terentius Adelph. *Vitas hominum inspicere.* Plin. jun. *inspicere hominem propius.* Gud.

Aliquando in siluis strepitu magno cociti
Lepores clamant, se propter assiduos metus
Finire velle vitam. Sic quemdam ad lacum
Venerunt, miseri quo se [5]praecipites darent.
Aduentu quorum postquam ranae territae
Virides in algas misere fugientes ruunt:
Heu[6], inquit vnus, sunt et alii, quos timor
Vexat malorum. Ferte vitam, vt ceteri.

4. *Et discat tolerantiam.* Forte totus versus ita constituendus: *Aliorum exemplo toleranter discat pati.* Sic Cicero: *Toleranter dolores pati.* Reliqua ita forte melius constitui possunt:

In silua quondam strepitu magno conciti
Lepores, assiduos velle se propter metus
Finire vitam, clamitant: sic proximum
Venere ad stagnum, quo se praecipites darent.
Aduentu quorum postquam ranae territae
Confestim in imos trepidantes fugiunt lacus:
Heu, inquit vnus, similis illarum est timor;
Sequamur et feramus vitam, vt ceteri. Gud.

5. *Praecipites darent.* Terentius Andr. III. IV. *Vtinam mihi esset aliquid hic, quo nunc me praecipitem darem.* Gud.

6. *Heu inquit.* L. I. F. 31. *Heu quanta nobis instat pernicies, ait.* Gud. Mallem hoc modo:

In siluis saepe motu lepores arborum
Pauefacti consilium ceperunt, vt semel
Perire vellent propter assiduos metus.
Hinc fugientes ad ripam veniunt fluminis,
Vbi ranae multae, qua se praecipites darent.
At illae, leporum numero et turbatae sono,
Profunda saltu fluminis celeri petunt.
Lepus tunc vnus, alios ecce territos;
Sequamur vitam, vt ceteri, quam sors dedit.

FABULA III. 1.

VULPIS ET JUPITER.

Naturam turpem nulla fortuna obtegit.
Humanam in speciem cum vertisset Jupiter
Vulpem, regali pellex vt sedit throno,
Scarabeum vidit prorepentem ex angulo,
Notamque ad praedam celeri prosiluit gradu.
Superi risere, magnus erubuit pater,
Repudiatam turpemque pellicem expulit;
His prosecutus: Viue, quo digna es, modo,
Quae[2] nostris vti meritis digne non potes.

1. Hanc fabulam nusquam reperi.
2. *Quae nostris.* Forte:
Decore nostris moribus quae vti nequis.
Nam, *vti meritis*, an recte dicatur, dubito.

FABULA IV. 1.

LEO ET MUS.

Ne[2] quis minores laedat, fabula haec monet.
Leone in silua dormiente, [3]rustici

1. Haec fabula est apud Rimicium I. 18. Anonymum Nilantii 18. Romulum 16. *Burmann.* Apud Romulum Divion. et Vlmensem est L. I. 17. *Schwabe.*
2. *Ne quis minores* cet. Aliter est; *Qui casu peccat, habeat veniam, si rogat: Licet minor sit, vbi potest, reddat vicem.* Vel *licet misellus*, vel *pusillus.* Gud.
3. *Rustici mures.* An ita dicti a rure? Sic musca formicam vocat *rusticam* apud Phaedrum. *Rusticus* Ciceroni idem,

Luxuriantes mures, vnus ex iis
Super [4]cubantem [5]casu quodam transiit;
Expergefactus miserum leo celeri impetu
Arripuit; ille veniam sibi dari rogat,
Crimen supplex [6]fatetur, [7]peccatum imprudentiae.
Hoc Rex vlcisci gloriosum non putans,
Ignouit et dimisit. Post paucos dies
Leo, [8]dum vagatur noctu[9], [10]in foueam decidit.
Captum[11] vt se agnouit laqueis, [12]voce maxima
Rugire coepit; cujus [13]immanem ad sonum

quod *agrarius*, vel *agrestis: rustici et agrestis vitae.* Postea pro *vnus ex iis* legi potest: *adhuc rudis*, i. e. *paruulus*, *nouitius*, *insciens*. Gud.

4. *Cubantem.* Vel leonem. Gud.

5. *Casu quodam.* MS. *Non voluntate*, quod versus respuit. Scribo, *non libenter*, quod Ciceronis est. *Gud.* Mallem *super cubantem sponte non transit sua.* Nam *non voluntate* habent omnes, quod ex Liuio recte Nilantius asserit, sed versui senario non aeque conuenire suadebat Gudius. Posset tamen ex Rimicio in versum alium admitti, hoc modo: *Leo excitatus celeri corripit impetu Misellum murem, veniam qui sibi dari Rogabat, quia voluntate haud peccauerat.*

6. *Fatetur.* Vel *fatendo.* Gud.

7. *Peccatum imprudentiae.* Cicero ad Atticum: *Peccatum stultitiae.* Gud.

8. *Dum vagatur noctu. Peruagando nemora.* Gud.

9. *In foueam. In casses.* Gud.

10. *In foueam decidit.* Sic L. III. F. 3. Vel, *Leo, dum vagatur, ooecam in foueam incidit. Fossae coecae* apud Columellam. *Plagae coecae* apud Lucretium, latentes, coopertae, quae non apparent. *Vada coeca*, apud Virgilium, et *vestigia coeca.* Gud.

11. *Captum laqueis.* Virg. G. I. *Tum laqueis captare feras.* Gud.

12. *Voce maxima.* Cicero I. de Orat. *Hypseus maxima voce*, cet. *Gud.*

13. *Immanem ad sonum.* Vel, *cujus ad sonum mus aduolans.* Gud.

Mus subito accurrens: [14]non est, quod timeas, ait,
Beneficio[15] magno gratiam reddam parem.
Mox[16] omnes artus, artuum et ligamina

14. *Non est quod timeas ait.* Sic plane noster L. II. F. 2. *Gud.*

15. *Beneficio magno*, cet. MS. *Beneficii non immemor.* Gud.

16. *Mox omnes artus*, cet. MS. Divion. *Dixit et omnes artuum illius ligaturas lustrare coepit, cognouit loco rodendo, et sumsit laborem oris sui, et dentibus neruos coepit secare, et laxare artis illius ingenia.* MS. Pet. *Dixit et omnes artis illius ligaturas lustrare coepit* . . . . (crasa hic sesqui linea) . . . . *neruos secando laxat artuum ingenia. Artus* sunt nodi et juncturae, vt *articuli*, noduli, paruulae juncturae. Cicero de Senect. *Articuli sarmentorum.* Et Plin. H. N. *Articuli segetum*, pro, *nodis*; *et articuli montium*, pro *summitatibus*. Eleganter autem Phaedrus *neruis* conjunxit *artus*; quemadmodum enim in humani corporis fabrica incisis neruis laxantur artus; (nam *artus neruis contineri* Cicero ait) ita in laqueis e neruo ferino contextis, artus siue nodi, quibus ferae mirifico quodam artificio constringuntur, laxantur, si neruos seces. Eleganter quoque et venuste dixit *ingenia artuum*, pro artificioso et ingenioso apparatu nodorum currentium, quibus statim implicabatur fera, atque in latentes illos gladios incidebat. Sic Plinius in Epist. dixit *ingenium coenae*, pro *artificioso apparatu conuiuii*; et *ingenium soli*. Et Gellius: *Ingenia lactis et proprietates.* Ingeniosam hanc inuentionem ejusmodi capturae Gratius ipse vix satis laudare posse sibi visus est; dicit enim: *O felix tantis quem primum industria rebus Prodidit auctorem, Deus ille, an proxima diuos Mens fuit?* cet. Ipsam autem artem paucis, iisque non satis perspicuis verbis, indicat magis, quam docet: *Nam fuit et laqueis aliquis curracibus vsus, Ceruino jussere magis contexere neruo; Fraus teget insidias, habitu mentita ferino, Quid qui tentatas iligno robore clausit Venator pedicas, cum dissimulantibus armis. Saepe habet imprudens alieni lucra laboris.* Locus vero leuiculo mendo laborat, nec satis cohaeret; an enim ea aetate jam desierant esse in vsu laquei ejusmodi, quos *curraces* vocat? immo vero contrarium ex aliis patet. Vt ergo sensus versui constet, et sequens apte cohaereat, legendum censeo: *Nam fuit vt laqueis aliquis curracibus vsus.* Hoc est: nam postquam in aliquo vsu laquei cur-

Lustrare coepit, cognitosque dentibus
Neruos rodendo laxat ingenia artuum.
Sic captum mus leonem siluis reddidit.

races esse coeperunt, jussere artis hujus magistri, ceruino neruo contexere. *Gud.* Plurima hic corrupta in Rimicio, *Cognouit loca rodenda*, quod certe pro *lora* librarius supposuit, in reliquis Diuionensi consentit.

Romulus plura de suo intermiscet, et plures mures aduocasse fingit; *artus* autem pro nodis et juncturis dici non puto. Ego vero Anonymum hic Nilantii sequendum judico, qui plerumque pressius retinuisse verba Phaedri videtur. Quare ita constituerem: *Mox vt lustrauit omnes nodos artuum, Laxare coepit dentibus ligamina Artisque vafrae ingenia morsu soluere. Artuum nodos*, pro nodis, quibus artus Leoni erant illigati; *ingenia artis* sunt machinae, retia, laquei, quos ars venatoria excogitat, vt recte Gudius, nisi quod male *artuum ingenia* capiat, nullo sensu. Ovid. VIII. Met. 155. *Daedalus ingenio fabrae celeberrimus artis.* Tertull. de Spect. X. *artium ingenia.* Ita *ingenium scelerum fraudisque nefandae*; Stat. II. 482. *Ingenium necis* III. 153. et ita, praesertim inferiore seculo, *ingenia* pro machinis posuerunt. Vide Barth. ad Guilielm. Briton. Philip. VII. 159. Salmas. ad Tertull. Pall. p. 131. Marcil. ad Martial. Spectac. Ep. 10. Buchet. ad Bekae res Vltraj. p. 82.

FABULA V.

HOMO ET ARBORES.

Pereunt, suis auxilium [1] qui dant hostibus.
Facta [2] bipenni quidam ab arboribus [3] petit,

1. *Quia dant.* Sic *consilia qui dant praua* Phaedrus. Et *qui fert malis auxilium post tempus dolet. Auxilium dare est* Virgilii. *Gud.*

2. *Facta bipenni quidam.* Melius forte: *Facta securi quidam ab arboribus petit.* Nam *homo*, quod in membranis est, videtur ex glossa esse, et relatiue quidem apud Phaedrum oc-

Manubrium vt darent [4]e ligno, quod foret
Firmum: iusserunt omnes oleastrum dari.
Accepit munus, [5]aptans et manubrium
Coepit securi magna [6]excidere robora.
Dumque eligebat, quae vellet, sic Fraxino
Dixisse[7] fertur Quercus: Merito caedimur.

currit, sed non simpliciter pro eo, quod Gallis *un homme*; Germanis *ein Mensch*. Sed illud *quidam* proprium in eiusmodi fabulis Phaedri est. L. II. F. 2. *laceratus quidam morsu* cet. L. III. F. 4. *Pendere apud lanium quidam vidit simium.* L. III. F. 5. *Aesopo quidam petulans lapidem impegerat.* L. III. F. 8. *habebat quidam filiam.* L. III. F. 13. *Puerorum in turba quidam.* L. IV. F. 4. (5) *Quidam decedens tres reliquit filias. Gelu rigentem quidam. Quidam immolasset. Facturus ludos quidam. Homo* tamen est L. IV. *necuit hominem protinus*, et eodem libro, *homo perturbatus excitat Simonidem.* Et eodem libro F. 3. *Auxilium petiit hominis.* Gud.

3. *Petit.* Est pro *petiit*, vt *perit* pro *periit* apud Phaedrum L. IV. *Vos quod rapuistis, perit.* Atque hinc apparet, *postulat*, quod in membranis est, a monacho esse, qui non animaduertit, *petit* praeteriti esse temporis, itaque interpretatus est *postulat*, cum debuisset *postulauit*. Gud.

4. *E ligno.* Sic Plaut. *e ferro fabricatum est. Lorica ex aere.* Virgil. Vide tamen, an pro *e ligno* scribendum sit *ilignum*: nam *iligna manubria* laudat Plinius. Dicebant veteres *ilignus* et *iligneus*. Hor. II. Sat. IV. 40. *Firmum* proprie de ligno durissimo ad imitationem Virgilii sui L. II. Aen. *firma cauauit robora*, i. e. dura, quae Plinius vocat *inflexibilia*. Gud.

5. *Aptans. Aptare facta manubria* est apud Col. L. XI. *Gud.*

6. *Robora caedere.* Est apud Ovid. *securi caedere*: apud Virg. *caedere arbores.* Cic. de Divin. *qui robur illuc cecidit.* Id. in Divin. *Gud.*

7. *Dixisse fertur, digne et bene patimur.* Sic idem MS. membranaceus Codex L. I. F. 31. in fin. *merito plectimur*, plane simillime ineptissime circumscribit, *digne et bene patimur, qui in os praedoni commisimus.* Ex quo apparet, recte h. l. nos restituisse, *merito caedimur*, atque haec tantum Phaedri esse, cum cetera sint Glossatoris inepti. *Gud.* Vide ad Phaedri Prol. I. 6. *Schwabe.*

FABULA VI. [1]

MUS ET RANA.

Mus, quo transire posset flumen facilius,
Auxilium [2]ranae petit. Haec muris alligat
Lino priorem crus ad posterius pedem.
Amnem natantes vix medium deuenerant,
Cum rana, subito fundum fluminis petens,
Se mergit, muri vt vitam eriperet perfide.
Qui dum, ne mergeretur, tendit validius;
Praedam conspexit Miliius propter volans,
Muremque fluctuantem rapuit vnguibus,
Simulque ranam colligatam sustulit.
Sic saepe intereunt, aliis meditantes necem.

1. Haec fabula est apud Rimicium I. 5. Anonymum IV. Romulum III. *Burmann.* Eamdem fabulam narrant Romulus Divionensis et Vlmensis L. I. F. 5. *Schwabe.*

2. Ita habet Anonymus Nilantii. Alii *a rana.* Sed illud magis e more Phaedri, qui L. IV. 4.(5.) *auxilium petiit hominis.* Vid. et infra F. XXV. Reliqua facilia et Phaedri stylo conuenientissima.

FABULA VII. [1]

GALLI DUO ET ACCIPITER.

Gallus cum Gallo saepe pugnam conserens,
Accipitrem victus [2]judicem litis petit.

1. Hanc fabulam solus habet Anonymus Nilantii n. VI.

2. *Judicem. Vindicem* Anonymus; sed *judicem* praetulimus, quia postea ita vocat, et lis ad accipitrem deducta est.

Hic, ambo si venirent, mente concipit
Spem deuorandi, qui [3]exhiberet se prior.
Mox cum venisse, caussam vt orarent suam,
Vidit, prehendit illum, qui primus forum
Deduxit[4], ad suum litem. Ille clamitans
Ne plectar ego, sed ille, quis [5]fugam petit.
Cui ales, hodie ne te credas vnguibus
Posse eripi meis; quos alteri dolos
Tendebas, aequum te nunc est ipsum pati.
Qui saepe [6]tractat aliorum secum necem,
Ignorat, triste quid sibi fatum paret.

3. *Exhiberet.* Verbum juris, pro judicio sistere. Mille exempla dabit Brissonius, et alii.

4. *Deduxit.* Phaedr. L. III. F. 13. *lis ad forum deducta est.*

5. *Fugam petit.* Latinissime. Vide et Davies. ad Jul. Caes. II. B. G. 24. vt et *fuga petere locum.* Gronov. ad Liv. VII. 2.

6. *Tractat.* De hoc verbo egimus ad Quinct. XI. 1. et Schult. ad Decl. V. 2. Sic *tractare sensu* Stat. VIII. Theb. 626. pro, cum aliis consilia capere, obuium apud Sueton. Justin. Florum et alios.

FABULA VIII. 1.

COCHLEA ET SIMIUS.

Amore tacta [2]speculi inuenti Cochlea
Fulgentis orbem scandens, coepit lingere,
Nil illi melius contulisse se putans,
Quam si splendorem commacularet sordibus.
Vt inquinatum vidit speculum simius,

1. Et hanc Anonymus habet n. VIII.

2. *Speculi.* Ita pro *speculo*, vt habet Nilantii Anonymus, rescribendum putamus.

Qui se calcari talibus permiserit,
Meretur, inquit, tale dedecus pati.
Haec illis est fabella scripta feminis,
Ineptis quae se jungunt et stultis viris.

FABULA IX. [1]

MUS VRBANUS ET RUSTICUS.

Hospitio quondam mus vrbanus rustici
Exceptus[2], vili glande coenat in cauo.
Induxit precibus post, vt vrbem rusticus
Cellamque intraret plenam [3]rebus optimis.
In qua dum variis perfruuntur reliquiis,
Impulso[4] venit ostio [5]Cellarius.
Quo mures diffugiunt strepitu perterriti,
Et notis facile vrbanus se condit cauis;
At miser, ignota trepidans rusticus domo,
Timensque mortem, per parietes cursitat.
Vt, quae volebat, sustulit Cellarius,
Clausitque limen, iterum vrbanus rusticum
Hortatur; ille perturbatis sensibus
Vix, inquit, possum capere prae metu cibum.

1. Haec fabula legitur et apud Rimicium I. 12. et Anonymum XIII. Romul. X. et Horatium II. Sat. VI. 80.

2. *Exceptus.* Ita Anonymus. *Receptus* Romulus, *susceptus* Rimicius; omnes bene. Vid. ad Ovid. XII. Ep. 27. vbi plura dicemus.

3. *Rebus optimis.* Vid. ad Phaedr. L. IV. 23.

4. *Impulso. Repulsis ostiis* Anonymus. *Ostium impulsum* Petron. XIX. Vid. et ad Cap. XVI.

5. *Cellarius.* Cellararius reperit Nilantius in suo Codice, et alia loca ICtorum adducit, vbi ita aberrarunt scribae. Vid. Brisson. Lexicon.

Putasne, veniet ille? Quid tantum times?
Vrbanus inquit; age fruamur ferculis,
Quae frustra rure quaeras. Contra rusticus:
Tu, qui timere nescis, fruere his omnibus;
At me securum pascat glans et liberum.
In paupertate tutum praetsat viuere,
Quam diuitiarum carpi solitudine.

FABULA X. 1.

ASINUS DOMINO BLANDIENS.

Blandiri[2] domino Asellus vt vidit suo
Canem, et de mensa saturari quotidie,
Et frustra largiter jactari a familia;
Sic est locutus, si canem immundissimum
In tantum dominus et familia diligit,
Quid me futurum, si par illi fecero
Officium, multo qui sum melior hoc cane,
Rebusque pluribus vtilis et laudabilis?
Alor qui sanctae fontibus puris aquae,
Ciboque[3] numquam soleo pasci sordido.

1. Occurrit apud Rimicium I. 17. Anonymum XVII. Romulum (Nil.) XV. *Burmann.* Apud Romulum Divion. et Vlm. est L. I. F. 16. *Schw.*

2. *Blandiri domino. Dominum* Anonymus; quam infelicitatem vocat Nilantius. Atqui J. Gronovius talia pro notabilibus et commodis acciperet. Vid. ad Min. Fel. 8. Credebant, puto, librarii, perinde esse, an *blandiri*, an *adulari* scriberent, hoc vero accusatiuum admittere notum est. Imo et hic legi posset, *dominum adulari Asellus vt vidit suum.* Quaedam hic similia fabulae Phaedr. L. III. VII. occurrunt.

3. *Ciboque numquam.* Posset et propius ad scripturam vulgatam legi *Panisque semper cui mundus dari solet.* Nam mun-

Sum sane catulo dignior vita frui
Beatiore, honorem et summum consequi.
Asellus haec dum secum, stabulum conspicit
Intrare dominum: quare accurrens ocyus
Rudensque prosilit, et humeris ambos pedes
Imponit, osque lingua coepit lingere,
Vestemque foedis scindens vngulis, [4]graui
Herum fatigat, stulte blandus, pondere.
Clamore domini concitatur familia;
Fustesque et saxa passim arripiens obuia,
Rudentem mulcat; et mox membris debilem
Fractisque coxis, domini lapsum a corpore,
Semianimum tandem dejicit ad praesepia.
Fabella, ineptus ne se inuitis ingerat,
Melioris aut affectet officium, docet.

dum proprie panem dici, docuit Salmas, ad Alexand. Sever. C. 42. cui *sordidus* opponitur, de quo praeter alios *Pricaeus* ad Apulej. Met. p. 314.

4. *Graui fatigat.* Phaedrus L. II. F. VI. *Graui nequidquam te lassabis pondere.*

F A B U L A XI. 1.

GRUS, CORNIX ET DOMINUS.

Foedus [2]juratae Grus et Cornix junxerant,
Cornicem grus ab auibus vt defenderet;

1. Haec fabula apud solum Anonymum Nilantii n. XIX. occurrit.

2. *Juratae. Conjuratione vnita firmauerunt,* Anonymus, vbi *inita* mallem. Sed conjurationi hic nullus locus, ideo *juratae*, i. e. cum jurassent, praetuli. Ita Plautus, Livius, Cicero, Ovidius et alii vtuntur.

Cornix futura, vt grus caueret, [3]diceret.
Hinc cum frequenter ad cujusdam rustici
Agrum volarent, atque euellerent sata
Radicitus; agri dominus vidit, et dolens,
Saxum da, clamat, quo feriam gruem, puer.
Cornix vt audit, illico monet gruem,
Sibi quae cauit. Alia dein die audiens
Cornix, petentem saxum; rursus commonet
Gruem, vt vitaret sedulo periculum.
Auem[4] diuinam suspicatus, rusticus
Audire jussa, puero: Si, inquit, dixero
Offam da, tu mihi clam lapidem porrige.
Grus venit, ille puerum offam jubet dare;
At ille lapidem, quo ferit gruem, dedit;
Et crura fregit. Vulneratus grus ait,
Diuina cornix, [5]vbi nunc auspicia tua?
Cur non monere socium, vt juraueras,
Properasti, tale ne mihi [6]veniret malum?
Respondit illa, non meretur ars mea
Culpari, sed dolosa sunt [7]bilinguium
Consilia, qui aliud dicunt, atque aliud agunt.
Promissis [8]ducunt qui imperitos subdolis,
Mox fictis caussis haud desistunt ludere.

3. *Diceret.* Id aptius, quam *narraret* Anonymi. Vide Heins. ad Ovid. Ep. V. 33.

4. *Auem diuinam.* Ita vocat Horat. III. Od. 27. De voce *diuinus* vid. ad Petron. C. VII.

5. *Vbi nunc.* Vid. ad Ovid. IV. Ep. 150.

6. *Veniret malum.* Vid. ad Ovid. IV. Ep. 113. ad Phaedrum I. 2. vlt.

7. *Bilinguium.* Vid. ad Phaedr. II. 4.

8. *Ducunt.* *Inducunt* Anonymus; sed *ducere* aptius. Propert. L. III. XIII. — *Promissis ducere amantes.* Vid. Broukhus. ad Tibull. L. I. VII. 1.

FABULA XII. 1.

AUES ET HIRUNDO.

Aues in vnum cum [2]deuenissent locum,
Viderunt hominem seminantem linum agro.
Quod vt [3]pro nihilo habere hirundo intelligit,
Sic conuocatas allocuta traditur.
Hinc nobis instat omnibus periculum,
Si semen ad maturitatem venerit.
Aues risere. Germinauit vt vero seges,
Hirundo rursus, instat pernicies, ait;
Adeste, germen eruamus noxium.
Ne, si mox crescat, inde fiant retia,
Et nos possimus artibus humanis capi.
Ridere pergunt verba aues hirundinis,
Consilium et spernunt, stulte prudentissimum.
At illa cauta, ad hominem se mox contulit,
Vt tuta tignis nidum suspendat suum..
Sed, quae salubre monitum aues despexerant,
De lino factis captae pereunt retibus.

1. Haec fabula occurrit apud Rimicium I. vlt. Anonymum, F. XX. Romul. XVII. *Burmann.* Apud Romulum Divion. et Vlmensem est L. I. F. XIX. *Schw.*

2. *Deuenissent.* Anonymus *cum essent in vnum*, pro, *issent*, vel, vt Nilantius, *venissent*; mihi *deuenissent* placet, vt Phaedrus L. IV. VIII. *deuenit hircus sitiens in eumdem locum.*

3. *Pro nihilo.* Ciceroni vsitata locutio, qui *pro nihilo habere, putare, ducere* passim habet.

FABULA XIII. 1.

PERDIX ET VULPIS.

Resedit alta quondam Perdix [2]arbore,
Aduenit Vulpis. Deinde sic coepit loqui.
O quanta vultus species est, Perdix, tui!
Coralla rostrum, crura vincunt purpurae
Fulgorem. At si dormires, quanto pulchrior
Esses: vt stulta clausit oculos, illico
Rapit credentem Vulpis. Illa fletibus
Haec mixta grauibus verba supplex edidit.
Per o tuarum, Vulpis, artium decus,
Vt ante, quaeso, nomen proferas meum,
Sic deuorabis. Vulpis, vbi voluit loqui,
Aperuit os: at Perdix euasit necem.
Decepta vulpis, quid opus erat loqui mihi?
Respondet Perdix, et dormire quid mihi
Erat necesse, somnus cui non venerat?
Hoc illis, qui loquuntur, vbi nil est opus,
Et qui, vigilare cum necesse, dormiunt.

1. Haec fabula apud solum Anonymum n. XXX. legitur; multa vero cum Phaedro L. I. F. 13. habet communia.

2. *Arbore.* *Loco eminentiori* Anonymus; sed nos *arbore* praetulimus, quas *excelsa* Phaedro dicitur. Licet vero plerumque perdices propter humum volitent, et raro in arboribus sedeant, Poëtis haec fingere permittitur. Ita Ovid. VIII. Met. 237. *Garrula ramosa prospexit ab ilice perdix.*

FABULA XIV. [1]

ASELLUS, BOS, ET VOLUCRES.

Asellus et Bos, vno sociati jugo
Plaustrum trahebant: Bos, dum tendit validius,
Confregit cornu. Asellus nil leuaminis
Sentire jurat se a consorte debili.
Laborem intendens, cornu [2]rumpit alterum,
Terraeque tandem Bos procumbit mortuus.
Asinum bubulcus carne mox onerat Bouis,
Qui plagas inter mille ruptus concidit,
Et exspirauit, media collapsus via.
Ad praedam Volucres conuolantes inquiunt:
Si te precanti mitem exhibuisses boui,
Non immaturo pasceres nos funere.

1. **Et hanc Anonymus habet solus n. XXXIV.**
2. ***Rumpit alterum. Alterum* latet in *atm* Anonymi, quod per compendium erat scriptum.**

FABULA XV. [1]

LEO ET PASTOR.

Errans in silua spinam calcauit Leo,
Mox ad Pastorem cauda venit blandiens;
Ne perturberis, imploro supplex opem,
Non praedam quaero. Ponit in gremio pedem

1. **Haec fabula narratur a Rimicio III. 1. Anonymo XXXV. Romulo 25. et ad veram historiam refertur. Vid. Senec. II. de Benef. 19. et Gell. III. 14. *Burmann.* Eadem occurrit apud Romulum Divion. et Vlmens. L. III. F. 1.**

Homo sublatum, et, eximens spinam, graui
Leuat dolore. Redit hinc in siluas Leo.
Falso [2]post tempus accusatus crimine
Pastor damnatur, atque ludis proximis
Jejunis[3] projici jubetur bestiis.
Emissae dum discursitant passim ferae,
Agnouit hominem, qui medicinam fecerat,
Leo, et sublatum rursus in gremio pedem
Pastori ponit. Rex vt cognouit, statim
Siluis Leonem, et Pastorem reddit suis.

2. *Post tempus. Post aliquantum tempus* Rimicius, et Romulus, sed *post tempus* est a manu Phaedri L. IV. F. XVII. et XVIII.

3. *Jejunis. Emissis* Anonymus, quod facile ferre possumus. Ex caueis enim suis emittebantur ferae in arenam, sed *jejunis* magis placuit, quo majus esset miraculum, si et illae parcerent. *Emissae* vero sequenti versui dedimus.

FABULA XVI. 1.

CULEX ET TAURUS.

Culex cum Taurum prouocasset [2]viribus,
Cuncti venerunt populi, vt pugnam cernerent.
Culex tum; satis est, quod venisti cominus:
Nam paruus mihi, judicio sum magnus tuo.
Hinc se per auras penna sustulit leui,
Lusitque turbam, et tauri destituit minas.

1. Haec est fabula apud Anonymum XXXVI.

2. *Viribus.* Recte. Ita in lucta et certaminibus, quae nudi corporis viribus agebantur, loquebantur. Justin. XXXVII. 4. *inter aequales aut equo, aut cursu, aut viribus contendebat. Certamina virium* Liv. VII, 33. et XXXIII. 22. Virg. V. A. 67. *Qui viribus audax.*

Quod si fuisset validae ceruicis memor,
Et taurus hostem contemsisset sordidum,
Fuisset vana inertis gloriatio.
Amittit famam, qui se indignis comparat.

FABULA XVII. 1.

EQUUS ET ASINUS.

Asello sonipes phaleris occurrit tumens,
Et lassus, multo tardius quod pondere
Viam dedisset transeunti; vix, ait,
Me teneo, [2]quin te saeuis calcibus exteram.
Tacuit Asellus, gemitu testatus Deos:
Equus, currendo [3]ruptus [4]paruo in tempore,
Ad villam mittitur. Hunc onustum stercore
Vt vidit Asinus, tali derisit joco.
Quo, gloriose, phaleras has [5]quondam tibi,

1. Haec fabula legitur apud Rimicium L. III. F. III. Anonymum F. XXXVII. *Burmann.* Apud Romulum Divion. et Vlm. est fabula L. III. III. *Schw.*

2. *Quin te saeuis.* Potuissem facile, *quin te saeuis rumpam calcibus*; sed arridebat illud *exteram* ex Phaedr. L. I. F. XXI. vbi vide.

3. *Ruptus.* Ita proprie de equo, nimio cursu fatigato, et inutili facto. Plin. XXVIII. 20. *rumpi equos, qui vestigia luporum sub equite sequuntur.* Ita *rupta mula.* Mart. IX. 58. et ipsi homines *rupti.* X. 56.

4. *Paruo in tempore.* Sic Anonymus recte; *in diebus paucis*, Ter. Andr. I. I. 77. Suet. Aug. 94. Tib. 60. Vid. ad Ovid. XI. Met. 39.

5. *Quo tibi. Quid tibi faleris* Anonym. quod seruauit Nilantius. Rimic. addit, *quid tibi proderunt*, pro, *proderant*; sed lege *Quo phaleras.* Vid. Heins. ad Ovid. II. Ep. 8.

Modo ad despectam qui [6]redisti miseriam.
Felix ne spernat, dubiae sortis immemor,
Humilem, cum quid futurus ipse, nesciat.

6. *Redisti.* Dubito, an non praestat *recidisti.*

F A B U L A XVIII. [1].

VOLUCRES, QUADRUPEDES ET VESPERTILIO.

Bellum gerebant volucres cum quadrupedibus,
Et vincebantur versa victores vice,
At vespertilio, dubios euentus timens,
Ad illos semper, quos superasse viderat,
Se conferebat. In pacem cum pristinam
Redissent, fraus vtrique generi apparuit.
Damnatus ergo tam pudendo crimine,
Lucem refugiens, atris posthac condidit
Se tenebris, sola noctibus semper volans.
Qui se duabus [2]venditabit partibus,
Vtrisque ingratus vitam deget turpiter.

1. Haec fabula est apud Rimic. L. III. F. IV. Anonymum F. XXXVIII. Romulum XXVII. *Burmann.* Eadem occurrit apud Romulum Divion. et Vlm. L. III. F. IV. *Schwabe.*

2. *Venditabit.* Ita puto scribendum: *vindicari* est in Anonymo; *se venditare* Plauto, Justino et aliis familiare.

FABULA XIX. 1.

LUSCINIA, ACCIPITER ET AUCEPS.

Accipiter in Luscinii nido dum sedet,
Aurito [2]insidians, illic pullos inuenit;
Mater, periclo mota prolis, aduolat,
Supplexque, pullis vt parcat suis, rogat.
Accipiter, quod vis, inquit, faciam, si bona
Cantabis voce carmen modulatum mihi.
At illa, quamuis [3]excideret animus, tamen
Metu[4] parebat, et coacta cantitat
Luctuque plena. Praedam qui captauerat
Accipiter, inquit, non tu cantasti bene,
Et vnam ex pullis apprehendit vnguibus;
Coepitque deuorare. Ex diuerso venit
Auceps, et calamo [5]clam crescente, perfidam
Visco contingit, atque in terram [6]detrahit.
Quicunque fraudes alii tendit subdolas,
Timere debet, ne ipse capiatur dolo.

1. Haec fabula est apud Rimicium L. III. F. V. Anonymum F. XXXIX. et Romulum F. XXVIII. *Burm.* Eamdem habes apud Romulum Divion. et Vlmens. L. III. F. V. *Schw.*

2. *Aurito.* Anonymus, *vt specularetur auritum*; sed Rimicius et Romulus *vt specularetur auras*: corrupte. *Auritus* est lepus, vt et Auieno dicitur. Pro asello vidimus ad Phaedr. L. I. F. XI. Posset et legi, *Auritum speculans.*

3. *Excideret animo.* *Animus* Rimic. *se praecederet animo* Anonym. *animo excederet* Rom. Ego Rimicii scripturam praetuli. Sic *ingenium excidit*, Ovid. I. Trist. I. Vid. Heins. ad Remed. Amor. 348.

4. *Metu parebat.* *Pauebat* Anonymus.

5. *Clam crescente.* Hoc ex ipso aucupio reposuimus. *Silenter*, vel *silentio leuato*, Rimic. et Anonymus. Vid. ad Petron. XL. et quos ibi laudaui.

6. *Detrahit.* Vel *dejicit*, vt Rimicius et Anonymus.

FABULA XX. [1]

LUPUS, VULPIS ET PASTOR.

Lupus [2]per tempus maximam congesserat
Praedam in cubile, haberet vt cibaria,
Queis plures posset menses [3]otio frui.
Vulpes vt nouit, ad cubile abit Lupi,
Et voce tremula, [4]an recte frater omnia?
Quod te non vidi siluis venantem tuis,
Tristem per omnes exegi vitam dies.
Lupus, liuorem postquam agnouit aemulae,
Non tu sollicita huc caussa venisti mea,
Sed partem vt captes. Fraude quid petas, scio.
Irata Vulpis [5]ad ouium pastorem adit,
Agesne, pastor, inquit, gratias mihi,
Inimicum si tradidero hodie gregis tui,
Vt numquam sis sollicitus? Pastor, seruiam
Tibi, inquit, tribuam et, quidquid volueris, lubens
Cubile monstrat illa pastori Lupi;

1. Haec fabula est apud Rimicium L. III. F. VI. Anonymum F. XL. *Burmann.* Legitur apud Romulum Divion. et Vlmens. L. III. F. VI. *Schwabe.*

2. *Per tempus.* Recte hic Nilantius. Dictum est eodem modo, vt *post tempus* supra F. XIV.

3. *Otio frui.* Vt Phaedrus L. I. F. XXV. *lambe otio,* vbi vide Gud.

4. *An recte omnia.* Ex antiqua formula. Ter. Andr. IV. V. 9. *Quid vos, quo pacto his? satin' recte?* Quinct. VI. Inst. 3. *Cicero cum Ouinium libertum Vatinii interrogasset, rectene omnia? dicenti recte, mortuus est? inquit.* Similis est *satisne salue,* vel *salue,* ad quam alludit scriptura Rimicii *salue frater.*

5. *Ad ouium pastorem adit.* Ita locuti Nepos et alii: licet Donatus inimico et expostulatorio animo *adire* explicet ad Andr. III. III. et IV. I.

Qui clausum protinus peremit lancea,
Et gaudens de alieno saturauit aemulam.
Vt vero vulpis in venantes incidit
Deprensa, canibus et laniata, sic ait,
Dedi vix alteri malum, et jam punior.
Timere debet, quisquis alii sustinet
Nocere, pejus ipsi ne eueniat malum.

FABULA XXI. [1]

OUES ET LUPI.

Oues Lupique cum certassent proelio,
Illae vicerunt, tutae praesidio Canum.
Lupi legatos mittunt, et justam petunt
Hac lege pacem, vt dederent Oues Canes,
Et obsides Luporum catulos reciperent.
Oues, [2]aeternam sic sperantes gratiam
Iniri, faciunt, quod poposcerunt lupi.
Post paullo cum coepissent vlulare catuli,
Lupi, necari caussantes natos suos,
Pacemque ruptam ab Ouibus vndique impetu
Inuadunt facto nudas defensoribus;
Fidem[3] quae stultae quod habuerant hostibus,

1. Haec fabula legitur apud Rimic. L. III. F. XIII. Anonymum F. XLIII. et Romulum F. XXXII. et Demosthenes hac, vel simili narrata fabula obtinuit, ne oratores dederentur Alexandro. Vid. Plutarch. Alexandr. et alios. *Burmann.* Occurrit haec fabula apud Romulum Divion. et Vlm. L. III. F. XIII. *Schwabe.*

2. *Aeternam gratiam.* Ex Terentio Eun. V. II. 33.

3. *Fidem.* Ita ex Anonymi corruptis verbis, *consilium quod dudum habuerant accusabant*, pro, *consilium quo fidem h. a.* feci.

Consilium sera damnat poenitentia.
Praesidium, quo quis olim tutus vixerat,
Si prodat aliis, frustra post desiderat.

FABULA XXII. 1.

SIMIUS ET VULPIS.

Rogabat Vulpem Simius, caudae suae
De magnitudine aliquid vt sibi daret,
Nates velare quo posset turpissimas.
Quid enim, inquit, cauda tantae longitudinis
Prodest? quo tantum pondus per terram trahis?
Cui Vulpis, esset quamuis illa longior,
Majorque multo, mallem per terram et lutum
Spinasque trahere, quam partem tibi dare,
Meo ne tegmine videaris pulchrior.
Auare, te fabella haec, et locuples, monet,
Cui, quamuis superest, nil tamen das pauperi.

1. Est apud Rimic. L. III. F. XVII. Anonym. F. XLVI. et Romulum F. XXXVI. *Burmann.* Legitur apud Romulum Divion. et Vlmens. L. III. F. XVII.

Hanc fabulam, a Perotto concinnatam, et sine dubio Phaedri verbis conuenientiorem, dedit Burmannus in Praef. ad Edit. ann. 1727. coll. Praef. Edit. Mitav. p. 42.

Auarum etiam quod ei superest non libenter dare.
Vulpem rogabat partem caudae simia,
Contegere honeste posset vt nudas nates.
Cui sic maligna: longior fiat licet,
Tamen illam citius per lutum et spinas traham,
Quam tibi impartiar paruum quamuis.

Vbi in titulo ex mente Burmanni legendum, *sibi superest*, et in vltimo forte versu, *quam tibi impartiar paruum quamuis pilum. Schwabe.*

FABULA XXIII. [1]

LUPUS, PASTOR ET VENATOR.

Cum Venatorem fugeret instantem Lupus,
Et a Pastore visus, qua parte fugeret,
Et quo se conderet loco, plenus metu
Omnes per, oro te, Bubulce, spes tuas,
Ne prodas innocentem, cui nihil mali
Fecisse me, per magnos adjuro deos.
Noli timere, Pastor inquit, alteram
Monstrabo partem. Mox Venator aduolat,
Non huc venire, Pastor, vidisti lupum?
Qua parte fugit? cui Pastor, venit quidem,
Sed laeua fugit, voce dixit maxima;
At oculis clam designat partem dexteram.
Non intellexit ille, et festinans abit.
Lupo tunc Pastor, quas habebis gratias,
Quod te celarim. Maximas linguae tuae,
Lupus ago, dixit, at oculis fallacibus
Aeternae caecitatem noctis imprecor.
Qui verbis blandus, fraudem celat pectore,
Hoc argumento se describi intelligat.

1. Habet hanc Rimicius L. IV. F. III. Anonymus F. L. Romulus F. XXXVIII. *Burmann.* Legitur apud Romulum Vlmensem et Divionensem L. IV. F. III. *Schwabe.*

FABULA XXIV.[1]

HOMINES DUO, FALLAX, VERAX ET SIMII.

Agentes[2] Mendax et simul Verax iter,
In Simiorum forte terram venerant;
E turba[3] vt vidit vnus, qui se fecerat
Regem, teneri jussit illos, sciret vt,
De se quid homines dicerent: simul jubet
Omnes adstare Simios longo ordine
Dextra laeuaque; sed sibi poni thronum,
Vt hominum reges quondam facere viderat.
Mox jussos homines in medium adduci rogat,
Qualisnam vobis esse videor, hospites?
Respondit mendax, Rex videris maximus.
Quid hi, quos apparere nunc vides mihi?
Hi comites, hi legati, et militum duces.
Mendacio laudatus cum turba sua
Adulatori munus imperat dari.
Hic secum Verax, tanta si mendacio
Sit merces, quanto non ego dixit munere
Donabor, verum si pro more dixero?
Hinc ad Veracem Simius. Et qualis tibi
Videor, et illi, quos stare ante me vides?
Respondit ille, verus es tu Simius,
Et Simii omnes illi, qui Similes tui.
Iratus illum dentibus Rex imperat

1. Haec fabula occurrit apud Rimicium L. IV. F. VIII. Anonymum F. LI. Romulum F. XLI. *Burmann.* Legitur apud Romulum Divion. et Vlmens. L. IV. F. VIII. *Schwabe.*

2. *Agentes iter.* Ita Rimicius et Anonymus. Ovidiana phrasis A. A. II. 84. et VIII. Met. 225.

3. *E turba.* Ita pro *e multitudine*, quia Phaedri magis mori conuenit, qui ita L. III. F. XIX.

Lacerari et vnguibus, quod vera dixerat.
Blandum laudatur a malis mendacium;
Bonis honesta fert exitium veritas.

FABULA XXV. 1.

HOMO ET LEO.

Homo certabat cum Leone, fortior
Quis esset, litisque hujus testimonium
Dum quaerunt, ad sepulcrum tandem [2]venerunt.
Elisis in quo ab homine pictum faucibus
Leonem ostendit, argumentum virium.
Leo respondit, humana hoc pictum manu.
Videres hominem [3]dejectum, si pingere
Leones scirent. Sed ego testimonium
Dabo virtutis certius. Ad spectaculum
Induxit[4] hominem, monstrans vbi bona fide
Enectos a leonibus homines, ait,
Non est colorum testimoniis opus,
Hic exhibetur vera virtus actibus.
Colore frustra mendaces vti docet
Fabella, certa cum datur probatio.

1. Habet hanc fabulam Rimicius L. IV. F. XV. Anonymus F. LII. et Romulus F. XLIV. *Burmann.* Apud Romulum Divion. et Vlm. est L. IV. F. XVII. *Schwabe.*

2. *Venerunt.* Possit legi *venerant*; sed et Phaedrum corripuisse similia, saepe notatum a Commentatoribus.

3. *Dejectum.* *Suffocatum* habent fabulatores, sed mihi placet *dejectum* ex Phaedr. L. II. F. I.

4. *Induxit.* *Induxit ad amphitheatrum*, Rimicius et Anonymus. Mallem *duxit*, sed nolui mutare.

FABULA XXVI. 1.

CICONIA, ANSER ET ACCIPITER.

Venisset [2]notum ad stagnum cum Ciconia,
Mergentem inuenit se frequenter Anserem
Sub vndis; quaerit cur hoc faceret. [3]Ille ait,
Haec nobis consuetudo est, et in luto
Reperimus escam, et Accipitris simul impetum
Venientis [4]ad nos tuti sic euadimus.
Sum multo Accipitre fortior, Ciconia
Inquit, amicitiam si vis mecum jungere,
Illi [5]insultare victor poteris credulus.
Et protinus auxilium petens Anser, simul
In agrum prodit; ilico superuenit
Accipiter, et comprensum saeuis vnguibus
Fugiente deuorat anserem Ciconia.
Cui Anser: qui patrono se tam debili
Credit, pejore finiri debet nece.

1. Apud solum Anonymum F. LIII. reperitur haec fabula.

2. *Notum*. *Solitum* Anonymus, sed alterum Phaedro gratius. Vid. L. I. F. XI. L. II. F. V. et alibi.

3. *Ille ait*. Apud Anonymum feminino genere Anser bis terue inducitur. Vid. Nilant. et Scheffer ad Phaedr. L. II. F. IV.

4. *Venientis ad nos*. Ipsa Phaedri phrasis. L. I. F. XXI. *Aper fulmineis ad eum venit dentibus*, vbi vide, quae noto.

5. *Insultare victor*. *Victor* addidi, quia *insultare* proprie victoris est, et Virgilii illa imitari voluit L. II. Aen. 329. *victorque Sinon incendia miscet Insultans*.

FABULA XXVII. [1]

OVIS ET CORNIX.

In tergo Cornix [2]otiosa considens
Ouis, tundebat illud rostro: cum diu
Fecisset, inquit, patiens ouis injuriae,
Hanc si fecisses contumeliam Cani,
Ejus latratum haud ferres. At Cornix Oui,
Collo tam[3] forti numquam sedeo, nam scio
Quos debeam lacessere, annis callida;
Acribus amica, at importuna inermibus.
Sic me creatum di voluerunt viuere.
His, qui lacessunt innocentes infimi,
Vexare fortes metuunt, scripta est fabula.

1. Haec fabula legitur apud Rimicium L. IV. F. XIX. et Anonymum F. LV. *Burmann.* Est apud Romulum Divion. et Vlmens. L. IV. F. XXI. *Schwabe.*

2. *Otiosa.* Hic est sine vllo metu, securra, vt saepe apud Terentium et alios. Vel etiam vt supra F. 19. *otio frui,* commodo suo. Terent. Andr. II. III. *alia otiosus quaeret.*

3. *Collo tam forti.* Haec corrupta. Rimic. *collibus equidem fortibus sedeo.* Anonymi mutila verba, ego negationem addendam censui.

FABULA XXVIII. [1]

FORMICA ET CICADA.

Hiemis Formica grana tempore e cauo
Trahens siccabat, quae prudens collegerat

1. Hanc fabulam reperies apud Rimicium L. IV. F. XVII. Anonymum F. LVI. Romulum XLIV. *Burmann* Apud Romulum Divion. et Vlmens. L. IV. F. XIX. *Schwabe.*

Aestate. Esuriens hanc, vt aliquid sibi daret,
Rogat Cicada. Cui Formica: Aestate quid
Agebas? inquit. Illa: non erat otium,
Vt de futuro cogitarem tempore,
Errabam cantans per sepes et pascua.
Ridens Formica, et grana referens, sic ait:
Aestate quae cantasti, age, salta frigore.
Piger laboret certo semper tempore,
Ne, cum nil habeat, poscens accipiat nihil.

FABULA XXIX. 1.

EQUUS ET ASINUS.

Equum rogabat Asinus paullulum hordei.
Libenter, ait; et, si superesset, largiter
Pro dignitate nostra tribuerem tibi:
Simul sed nostra vespere ad praesepia
Venero, mox plenum farre sacculum dabo.
Asellus inquit, nunc qui rem paruam negas,
Quid in majore te facturum existimem?
Qui, magna cum promittunt, parua denegant;
In dando se tenaciores indicant.

1. Solus Anonymus hanc habet fabulam n. LVIII.

FABULA XXX. 1.

LEO SENEX ET VULPES.

Defectus annis, [2]languorem finxit Leo
Aegrotum ad regem visitandum bestiae
Plures venerunt; deuorat quas protinus.
Sed cauta Vulpis ante speluncam procul
Stabat salutans regem. Quam rogat Leo,
Cur non intraret; video quod vestigia
Intrantium multa, at nulla exeuntium.
Prodesse cautis pericula aliorum solent.

1. Legitur apud Rimicium L. IV. F. XII. Anonymum F. LIX. Romulum F. XLIII. *Burmann.* Apud Romulum Divion. et Vlmens. est L. IV. F. XII. *Schwabe.*

2. *Languorem.* Morbum, vt Ovidius et alii saepe.

FABULA XXXI. 1.

PULEX ET CAMELUS.

Pulex Cameli dorso forte considens,
Grauatus multis qui incedebat sarcinis,
Sibi[2] placebat, longe visus altior.

1. Legitur fabella apud Rimicium L. IV. F. XVI. et Anonymum F. LX. qui pro pulice *Culicem* habet, in memoria habens alteram de Culice et Tauro fabulam supra XV. *Burmann.* Occurrit apud Romulum Divion. et Vlmens. L. IV. F. XVIII. *Schwabe.*

2. *Sibi placebat.* Potuisset et *sibi plaudebat*, vt Rimicius, et loquitur Horatius. Sed praetuli alterum, quia magis culici conueniret *alis plaudere.*

Iter cum longum facerent; vespera simul
Ad stabulum venerunt, Pulex leuiter statim
Ad terram saliens, ecce, dixit, ocyus
Descendo, attritum ne grauem diutius.
At ille, gratum est, inquit, sed nec pondere,
Te imposito, me grauari sentire potui,
Nec, te dejecto, habere quid leuaminis.
Qui se sublimi, nullo cum sit ordine,
Jactat, notatus in despectum deuenit.

FABULA XXXII. 1.

HOEDUS ET LUPUS.

Capella, fetum vt custodiret, exiens
Pastum, [2]imprudentem monuit hoedum, ne ostium
Aperiret, multas quod sciret stabula feras
Circuire pecorum. Vt abiit, aduenit Lupus,
Adsimulans vocem matris, et jubet fores
Sibi reserari; vt Hoedus audiuit, Lupo
Per rimam spectans, inquit, audio sonum
Matris, sed fallax atque inimicus es mihi,
Sub voce matris nostrum quaeris sanguinem
Potare, et nostra carne satiari. Vale.
Laus magna natis, obsequi parentibus.

1. Est fabula apud Rimicium L. II. F. IX. et Anonymum F. LXI. *Burmann.* Apud Romulum Divion. et Vlmens. L. II. F. X. *Schwabe.*

2. *Imprudentem. Ignarum* alii. Sed *imprudentes rerum* aetate teneri sunt. Ita Justin. L. V. 7. *imprudentia.*

FABULA XXXIII. 1.

PAUPER ET SERPENS.

Serpens in aedibus cujusdam Pauperis
Venire semper ad mensam consueuerat,
Et inde micis pascebatur largiter.
Diues post paullo factus, irasci incipit
Serpenti, et vulnerat secure; tempore
Ad pristinam interposito egestatem redit.
Pro sorte varia serpentis postquam videt
Fortunam mutari suam, blande petit,
Ignoscat vt peccanti; cui serpens ait,
Te poenitebit sceleris, vsque dum mea
Cicatrix clausa fuerit; at tamen optima
Fide me posthac noli amicum credere.
Redire tamen hac lege in gratiam volo,
Securis numquam perfidae si meminerim.
   Suspectus esse debet, qui laesit semel,
Et caute semper integranda gratia.

1. Habet fabulam Rimicius L. III. F. X. et Anonymus F. LXV.

FABULA XXXIV. 1.

AQUILA ET MILÜUS.

In ramo tristis sederat cum Milüo
Aquila. Quid vultu te tam moesto Milüus
Conspicio? Quaero, dixit illa, conjugem

1. Solus Anonymus n. LXVII. habet hanc fabellam.

Parem, nec inuenire possum. Me accipe,
Te multo qui sum fortior. Quid? an potes
Ex rapto victum quaerere? Vnguibus meis
Struthiocamelum rapui prensum saepius.
Inducta verbis Aquila conjugem capit.
Paruo post nuptias transacto tempore
Aquila, abi, et praedam promissam mihi rape.
Volans in altum, soricem immundissimum
Et longo Milüus affert putridum situ.
Haecne est polliciti, Aquila dixit, fides tui?
Cui Milüus; ego, vt peruenirem nuptias
Ad regias, nihil non posse me fidem
Dedissem, quamuis me nequire nouerim.
Cui se majores cupidi quaerunt conjuges,
Dolent decepti se post junctos vilibus.

INDEX

IN PHAEDRI FABULAS.

Prior numerus librum, posterior fabulam significat.

A.

B.

C.

D.

E.

F.

G.

H.

I.

L.

M.

N.

O.

P.

Q.

R.

S.

T.

V.

X.

Z.

ROMULI

FABULARUM AESOPIARUM

LIBRI IV.

AD

CODICEM DIVIONENSEM ET PERANTIQUAM EDITIONEM VLMENSEM NUNC PRIMUM CASTIGATI ET NOTIS ILLUSTRATI

A

JOANN. GOTTLOB. SAM. SCHWABE.

Praefatio.

De Romulo ejusque fabulis, earumdemque vsu critico jamjam supra passim disputatum est *). Quae confirmantur iis, quae litteris consignauit Lessingius in praeclaro eodemque erudito libello, qui inscriptus est Romulus et Rimicius, p. 78. sq. vbi docet, Editione fabularum Romuli, e Codice Divionensi, collato cum Romulo Ulmensi, nil esse optabilius. Etenim recte censet, deficientibus Codicibus Phaedri manu scriptis, antiquas Romuli fabulas loco codicum esse habendas; ex iis audacissimam quamque Criticorum conjecturam in textu Phaedri disquisitioni esse subjiciendam, subjectam vero vel probandam, vel repudiandam. Itaque cum Nilantius editione fabularum Romuli atque Anonymi praeter ceteros de Phaedro fuerit promeritus; Lessingius multo magis promeriturum esse statuit virum aliquem doctum, qui in adornanda editione fabularum Romuli Divionensis et Ulmensis operam suam collocet. Fabulas enim Romuli et Anonymi Nilantiani esse corruptas et mirum in modum deprauatas; nihilo vero secius viros doctos Nilantio Editori magnam habuisse gratiam: quid? si in lucem proferantur fabulae Romuli Divionensis et Ulmensis, plenius quidem et rectius expressae, quam apud Nilantium inueniri constat.

Vere quidem Lessingius; quemadmodum e multis locis hujus Phaedri Editionis liquido constat. Praeterea

*) Vide Notit. Litt. de MSS. Phaedri n. 4. coll. Disp. *de Phaedro Ant. Script.* et Praef. ad Phaedrum; item Notit. litterar. *de Romulo.*

fabulae Romuli, vtcunque offendant aures Latinas, fabularum Phaedri probant et γνησιότητα et antiquitatem. Certe indicio sunt, fabulas Phaedri non adscribi posse Perotto, Archiepiscopo Sipontino: id quod facili negotio intelligi potest ex iis, quae supra in Notitia litteraria de Romulo et Vincentio Bellovacensi, nec non in Disputatione de Phaedro antiquitatis scriptore, obseruata sunt et de aetate, qua vixerunt Romulus, Vincentius Bellovacensis atque Perottus, et de fabulis Romuli, a Vincentio descriptis et Speculis suis cum Historiali a), tum Doctrinali b) insertis; quae quidem omnia non placet hoc loco repetere. Descripserat autem olim Gudius, sua ipsius manu, fabulas Romuli e vetusto Codice Divionensi monachorum Sectae Benedictinae: quae membranae, judicante viro docto, quingentorum et amplius annorum, forma praegrandi, exhibebant Plinii Hist. Nat. Libros XXXII., quibus praemittebantur Libri IV. fabularum, sub nomine Romuli. Apographum istud Gudianum, nitide profecto et eleganter in forma 4ta scriptum, cum aliis deinde Codd. MSS. e Bibliotheca Gudiana migrauit in Guelferbytanam. Ego vero cum non sine caussa existimarem, multis me artis criticae et rei litterariae peritis pergratum esse facturum, si nouae Phaedri editioni adjungerem fabulas Romuli e Codice Divionensi, quem sciebam neminem adhuc, si Lessingium excipias, inspexisse et publice commendasse: Vir ill. et doctissimus Langerus, Ser. Duc. Brunsuic. a consiliis aulae et Bibliothecae Guelferbytanae splendidae praefectus, precibus meis facile adductus est, vt Codicem memoratum

a) T. IV. L. II. C. 2 — 8. Edit. Venet. 1591. fol. et Vol. I. L. IV. C. 2 — 8. Edit. Argentorat. (circa ann. 1473.)

b) L. IV. C. 114 — 124. Edit. sine mentione anni et loc. fol. max.

huc transmitteret describendum, et cum adornanda Phaedri editione juris faciendum publici. Sed quo melius consulerem rationibus cum Phaedri, tum Romuli, vtile visum est, cum Codice Divionensi conferre fabulas Romuli, quae habentur in Editione perantiqua Ulmensi, vberius descripta, post Lessingium, in Notitia litteraria de Codd. MSS. Phaedri et Romuli sub Nro. 4. Quem quidem librum, qui vere Phoenix librorum appellandus est, Langerus V. C. pro suo in litteras amore et officia praestandi voluntate, omnibus nota, libentissime mecum communicauit. In conferendo autem Romulo Divionensi cum Ulmensi ita sum versatus, vt multis locis, vitio et oscitantia librariorum aliorumque hominum corruptis et deprauatis, ad meliores vtriusque libri lectiones, medicinam parare studerem, textumque constituerem castigatiorem, varietate lectionis vbique locorum notata; ita tamen, vt nonnulla loca, quae in vtroque Romulo, cum Divionensi, tum Ulmensi, plane interpolata essent atque corrupta, intacta relinquerem; maxime, si emendando Phaedro parum inseruire viderentur. Jam vero consului Fabulas XXIX. a Vincentio ex Romulo excerptas, et adjunctas primum Speculo Historiali, deinde emendatius Doctrinali. Sunt autem Libri I. F. 2. 3. 5. 6. 8. 14. 15. 16. 17. L. II. 3. 5. 9. 16. 18. 21. L. III. 3. 4. 5. 7. 14. 15. 16. 17. 18. L. IV. 1. 8. 10. 12. 19. Quarum fabularum collatione cum textu Romuli effeci, vt verior passim lectio reponi, et nonnulla loca, spuria quidem, vncis includi possent; etsi, vt ingenue fatear, mihi non satisfaciam in omnibus. Textum enim Romuli non raro mirum in modum esse interpolatum, et passim plane corruptum, variarum lectionum indices, textui subjuncti, testes sunt locupletes; adeo, vt interdum pro certo affirmare vix liceat, vtrum lectio sit a Romulo, an ab alio. Verumtamen voces et loquendi formulas, quae Phaedri

sunt, reliquis lectionibus praeferendas duxi. Passim etiam adspersi notulas, in quibus lectores ablegarem vel ad Phaedri fabulas, et Anonymum et Romulum, quos dicunt Nilantii; vel verba quaedam difficiliora explicarem. Sic sperabam, fore, vt non solum lectores minus abhorrerent a legendis Romuli fabulis; verum etiam de multis lectionibus in Phaedro, quem hodie habemus, possent esse certiores. Etenim dubitari nequit, Romulum, quemadmodum jam supra non vno loco notatum est, vtque ex ipsis ejus fabulis luculenter apparet, vsum esse Codice fabularum Phaedri MSto, quas in prosam resoluebat barbaram, singulis Phaedri verbis et dimidiis integrisue versibus multis locis servatis. Namque petitio est principii, vt libenter mecum agnoscent viri docti, quod orbi litterato persuadere ausus est Christius, Perottum vel e Romuli poëtae versibus, vel e verbosa et barbara metaphrasi, sub ejus nomins edita, distracta poëtae melioris membra scite sublegisse, et vt Christii vtar verbis, hunc Virbium, quem nostri homines colerent, Phaedrum esse jussisse. Quae docent, fabulas Romuli in constituendo textu Phaedri diligenter esse excutiendas, maxime in tanta Codicum Phaedri raritate. Atque etiam cum editiones fabularum Romuli, inprimis Ulmensis, in numero librorum longe rarissimorum habendae sint; noua istarum fabularum editio harum rerum gnaris, quemadmodum spero, non displicebit. Quod reliquum est, monendi sunt lectores, in Notis ad fabulas Romuli litteras R. D. significare, Romulus Divionensis; R. U. Romulus Ulmensis; V. B. Vincentius Bellovacensis.

Scripsi Wimariae mense Octobr. CIↃIↃCCCII.

J. G. S. Schwabe.

Liber I.

FABULARUM AESOPI.

Romulus Tyberino Filio S. De ciuitate Attica Aesopus quidam 1), homo graecus et ingeniosus, fabulis 2) suis docet, quid homines obseruare **) debeant. Verum vt vitam hominum et mores ostenderet 3), inducit aues, arbores et 4) bestias et pecora, loquentes probanda 5) cujuslibet fabula: vt nouerint homines, fabularum cur sit inuentum genus 6), aperte et breuiter narrauit 7). Apposuit vera malis, composuit integra bonis, scripsit calumnias malorum, argumenta improborum docens ***), infirmos esse humiles; verba blanda potius cauere, et cetera multa, variis his exemplis scripta 8). Id 9) ego Romulus transtuli de graeco sermone in latinum. Si autem legis 10), Tyberine fili, et pleno animo aduertis 11), inuenies apposita loca, quae tibi moueant risum 12), et acuant satis ingenium.

---

1) R. U. *Romulus Tyberino filio, de ciuitate athica. S. Esopus* cet. sed v. quae supra notata sunt in Not. litt. de Romulo.

2) R. D. perperam *famulos suos.*

**) R. U. *obseruari.*

3) Phaedr. Prol. III. 50.

4) *et* abest in R. U.

5) R. U. *prouana.*

6) R. D. *cur sit inuentum genus*, omisso τῶ *fabularum.*

7) Phaedr. Prol. III. 33. sq.

***) R. U. *docet.*

8) Sic edidi e R. U. in D. est, *et cetera multa et miserias his exemplis scriptas,*

9) *id.* deest in R. U. *sermone* deficit ap. R. D.

10) R. D. *leges.*

11) R. D. *aduertas.*

12) R. D. *multiplicent risum,* cf. Ph. Prol. I. 3.

1. Aesopus primam de se dixit fabulam *).

PULLUS AD MARGARITAM.

(Phaedr. L. III. 12. Anon. Nil. F. 1. Romul. Nil. F. 1.)

In sterquilinio quidam pullus gallinacius 13) dum quaerit 14) escam, inuenit margaritam, in loco indigno 15) jacentem. Quam vt vidit 16), sic ait: o bona res 17), in stercore hic jaces 18)! Te si 19) cupidus 20) inuenisset, quo gaudio 21) te 22) rapuisset, vt redires ad splendorem pristinum decoris tui 23). Ego frustra te in hoc loco inuenio jacentem, vbi potius 24) mihi escam quaero. Nec tibi ego prosum, nec tu mihi 25).

Haec illis Aesopus narrat, qui ipsum non intelligunt 26).

2. Aesopus de innocente et improbo 27) talem retulit fabulam. (*Vincentius:* Contra calumniosos.)

LUPUS ET AGNUS.

(Phaedr. L. I. 1. Anon. Nil. F. 3. Romul. Nil. F. 2.)

Agnus et Lupus sitientes ad riuum e diuerso venerunt.

---

*) R. U. *Incipit fabularum liber primus. Fabula prima de Gallo et margarita.*

13. R. D. *quidam gallinaoius.*

14) R. U. *quaereret*, sed v. Ph. III. XII. 2.

15) R. D. *in indigno loco.*

16) R. U. *quam cum videret jacentem.*

17) R. D. *bana res*; cf. Ph. III. XII. 3.

18) *hio* deest in R. D.

19) R. U. *si te*; sed *te si* probum. Vid. Ph. III. XII. 4.

20) *cupidus.* cf. Ph. fab. cit. 4.

21) R. U. *cum q. g.*

22) *te.* abest in R. U.

23) R. U. *ac in pristinum decoris tui statum redisses.*

24) R. D. *Ego te inueni in hoc loco jacentem, potius mihi e. q.*

25) R. U. *et nec ego tibi prosum.*

26) R. U. *qui ipsum legunt, sed non intelligunt.* Tò *ipsum* deerat in R. D. sed reposui ex Ulmensi. Vide enim Ph. fab. cit. vs. 8.

27) R. D. *reprobo.*

Sursum bibebat Lupus longeque inferior 28) Agnus. Lupus vt Agnum vidit, sic ait: turbasti mihi aquam, bibenti. Agnus patiens dixit: quomodo aquam turbaui tibi? quae a 29) te ad me decurrit 30). Lupus non erubuit veritatem 31); maledixisti mihi, inquit 32), ante sex menses. Agnus ait: non maledixi 33). Numquid ego natus fui? Lupus dixit: ergo pater tuus ita fecit mihi. Sic Lupus improba fauce dixit: (et adhuc loqueris latro?) et statim se in eum injecit, et innocenti vitam eripuit.

Haec in illos dicta est fabula, qui hominibus calumniantur.

---

28) R. D. *inferius*; sed retinendum *inferior* cum V. B. et R. U. et Phaedro vs. 3.

29) R. U. *de*, sed *a*, quod etiam habet V. B. praeferendum; v. Phaedr. I. I. 8.

30) Ita Phaedr. fab. cit. vs. 8. et V. B. sed R. U. *recurrit*.

31) Desunt haec apud V. B. at apud R. D et Rom. Nil. legas *veritati*. Mox R. D. „Male dicis mihi, inquit. Agnus ait: non maledixi. Lupus dixit: ergo pater tuus fuit ante sex menses, et ita fecit mihi. Numquid ego natus fui? Sic Lupus improba fauce dixit: Et adhuc loqueris latro.“ Sed cum sic ordo verborum paullo videretur turbatior, et contra narrationem Phaedri; paullo aliter constitui locum, verbis nonnullis transpositis, et τῷ *maledicis* mutato in *maledixisti*, vt responderet τοῖς *ante sex menses*. Nec ferri potest *fuit* in verbis, *ergo pater tuus fuit*, maxime cum non inueniatur apud R. U. Docet autem lectionis varietas, hanc fabulam in fine valde esse interpolatam.

32) R. U. *ac maledicis mihi inquit*.

33) R. U. *non maledixi tibi*; V. B. in Spec. doctr. *at ille: non maledixi. Lupus vero: pater, inquit, tuus multa mala mihi ostendit; in fine autem altercationis lupus improba voce dixit: Et adhuc mihi loqueris latro? statimque in eum direxit* (Sp. Hist. *se in eum direxit*) *et innocenti vitam eripuit*. Etsi vox *latro* Phaedri est, eam tamen alieno loco intrusam esse censeo. Nec habet Rom. Ulm. neque etiam, hoc nexu, Anon. Nil. Hinc vncis inclusi verba, *et adhuc loqueris latro?* Contra locus in Rom. Ulm. ita expressus est: „At lupus, et ante sex menses ita pater tuus mihi fecit. Agnus ait: nec ego tunc natus eram. At lupus denuo ait: agrum mihi pascendo denastasti. Agnus inquit: cum dentibus caream, quomodo id facere potui? lupus demum,

3. Qui de salute alterius aduersa cogitat, non effugit poenam 34). De hoc talem audite 35) fabulam.

MUS ET RANA.

(Romul. Nil. F. 3. Anon. Nil. F. 4. App. Burm. F. 6.)

Mus cum 36) transire vellet flumen, a rana petiit auxilium. At illa 37) grossum *) petiit linum 38), quo 39) murem sibi ad pedem ligauit, et natare coepit 40). In medio vero flumine rana se deorsum mersit **), vt misero muri 41) vitam eriperet. Ille validius 42) dum teneret vires 43), miluus e contra volans, murem cum vnguibus rapuit, simul et ranam pendentem sustulit.

Sic 44) *et illis contingit, qui de salute alterius aduersa cogitant* 45).

---

ira concitus, ait: licet tua nequeam soluere argumenta, coenare tamen opipare intendo; agnumque cepit, innocentique vitam eripuit ac manducauit. Fabula significat, quod apud improbos calumniatores ratio et veritas non habent." Hanc fabulam concinnius expressit Anonymus Nilantii, ipsis Phaedri verbis maximam partem seruatis.

34) R. U. *effugiet malum.*

35) R. U. *audi.*

36) R. U. *dum.*

37) R. D. *illa*, omisso *at.*

*) i. e. crassum. Vide *du Fresne* T. III. p. 966.

38) R. U. *limum.*

39) *quo* deest in R. D. at habet Ulm.

40) R. U. *nare coepit flumen.*

**) R. D. *se in deorsum mersit.*

41) R. D. *miserrimo vitam eriperet*, omisso τῷ *muri.*

42) R. U. *validus*; R. D. *valides.* Forte legendum *validius.*

43) Rom. Nil. *mure miserrimo, ne mergeretur, validius renitente.* Burm. in App. *Qui dum ne mergeretur tendit validius.*

44) R. D. *sic enim.*

45) Vincentius hanc fabulam ita exhibet: *Mus vt flumen transiret, auxilium a rana petiit, illa grossum* (Spec. hist. *crossum*) *filum petens murem ad pedem sibi ligauit, et natare coepit; in medio vero flumine rana se immersit. At ille validius dum teneret vires, miluus e contro volans murem cum vnguibus ropuit simul et ranam pendentem sustulit.*

4. De calumniosis hominibus talis dicitur fabula. Quod semper calumniosi in bonis 1) cogitant mendacium, et secum fauentes adducunt, et 2) falsos testes emunt. De his ergo haec proponitur 3) fabula.

OVIS, CANIS, LUPUS, MILVUS ET ACCIPITER.

(Phaedr. L. I. F. XVII. Anon Nil. F. 5. Romul. Nil. F. 4.)

Canis calumniosus *) dixit, deberi sibi ab oue panem, quem dederat mutuum 4). Contendebat autem ouis, numquam se ab illo panem accepisse 5). Cum autem ante judicem 6) venissent, canis se dixit habere testes. Introductus lupus ait: Scio panem commendatum 7) oui. Introductus 8) miluus: coram me 9), inquit, accepit. Accipiter cum introisset, inquit: quare negasti, quod accepisti? Victa ouis a 10) tribus testibus falsis judicatur artius exigi 11). Coacta vero ante tempus lanas suas vendidisse dicitur, vt, quod non accepit 12) redderet.

Sic calumniosi faciunt mala 13) *innocentibus et miseris.*

1) R. D. *in bonis.*
2) R. D. *nam et.*
3) R. U. *praeponitur.*
*) Phaedr. fab. cit. *canis calumniator.*
4) R. U. *mutuo.* Ita quoque Anon. Nil.
5) R. U. *recepisse.*
6) R. D. *cum ante judices v.* Sed *judicem* habet, praeter R. U. etiam Anon. Nil.
7) R. U. *commodatum.* Cf. V. L. ad Phaedr. I. XVII. 3.
8) R. U. *inductus.*
9) R. U. *me coram*, vt ap. Anon. Nil. F. 5.
10) *a* deficit in R. U.
11) R. D. *reddi.* Anon. Nil. *victa ouis a tribus f. t. artius exigitur* sc. falsum debitum. Rom. Nil. *quod non acceperat reddere cogitur.*
12) R. U. *habuit.*
13) R. U. *malum.*

5. Amittit proprium, quisquis auidus alienum appetit 14). De talibus Aesopi fabula sic narrat 15).

CANIS PER FLUVIUM CARNEM FERENS.

(Phaedr. L. I. F. IV. Anon. Nil. F. 7. Rom. Nil. F. 5.)

Canis flumen transiens, partem carnis ore tenebat. Cujus vmbram cum vidisset 16) in aqua, aliam carnem credens 17), patefecit os suum 18), vt illam caperet 19). Statim eam, quam prius tenebat, fluuius tulit; et illam, quam sub aqua esse putabat, obtinere non potuit 20).

Sic saepe 21) *qui alienum quaerit, dum plus vult, suum* 22) *perdit.*

---

14) Cf. Phaedr. fab. cit. 1. pro *auidus* forte leg. *auidius*, vt est apud Rom. Nil.

15) R. D. *de talibus sic narrat.*

16) Ita quoque V. B. at R. U. *videns.* Ad scripturam Phaedri propius accedit, quod est ap. Anon. Nil. *nympharum* (lympharum) *speculo vidit simulacrum suum*, vid. Phaedr. vs. 3.

17) Verba *aliam carnem credens* in R. D. et V. B. desunt. Rectius Anon. Nil. *alteramque praedam ab altero ferri putans, eripere voluit. At decepta auiditas* cet. cf. Phaedr. fab. cit. vs. 4. 5.

18) *suum* abest in R. U. sed est in V. B.

19) Sic V. B. et R. D. Legitur apud R. U. *vt etiam eamdem arriperet.*

20) In R. U. erant haec: *Et illam, quam tenebat dimisit* (Anon. Nil. *dimisit offam*; cf. Phaedr. fab. cit. vs. 6.) *eamque statimque fluuius rapuit. Et sic constitit, vbi illam perdidit, et quam putabat sub aqua arripere, non habuit, ac illam, quam ferebat, similiter perdidit.*

21) R. D. *Sic quisquis.*

22) R. U. *sua.*

6. Dicitur numquam esse fidelis cum potente diuisio 23). Videamus, quid haec fabula narret 24).

VACCA ET CAPELLA, OVIS ET LEO.

(Phaedr. L. I. F. V. Anon. Nil. F. 9. Rom. Nil. F. 6.)

Vacca *) et capella et ouis socii fuere cum leone simul. Qui cum in saltibus venarentur 25) et cepissent ceruum 26); factis partibus Leo sic ait: Ego primam 27) tollo 28), vt Leo; secunda pars mea est, eo quod sim fortior vobis; tertiam vero mihi defendo, quia 29) plus vobis cucurri 30); quartam autem qui tetigerit, inimicum me habebit. Leo totam praedam illam solus improbitate 31) abstulit 32).

Cunctos monet haec fabula, non sociari potentibus.

---

23) Anonymus Nil. *numquam fidelis cum potente societas sit copulanda*; cf. Phaedr. vs. 1.

24) R. D. *narrat*, sed reposui *narret* e R. U. vbi leguntur haec: *Dicitur in prouerbio, numquam fidelem esse potentis diuisionem cum paupere. De isto videamus, quid haec fabula narret cunctis hominibus.*

*) R. U. *iuuenca*. Pro *socii* legitur mox apud V. B. *sociae*, sed v. Phaedr. vs. 4.

25) Sic edidi e V. B. in R. U. est *venissent*; R. D. *in saltu venirent*; at *in saltibus* etiam habet R. U. ex Phaedr. fab. cit. vs. 4.

26) R. D. et V. B. *caperent* o. Addit Anon. Nil. *vasti corporis*; cf. Phaedr. vs. 5.

27) V. B. et R. D. *primus*, sed R. U. rectius *primam*; v. Phaedr. vs. 7.

28) R. U. *tollam*, sed v. Ph. vs. 7. Anon. Nil. *ego primam tolla partem, quia nominor leo.*

29) Ita et V. B. et R. U. *quod.*

30) Anon. Nil. *quia omnibus vobis magis valeo*; cf. Phaedr. vs. 10.

31) R. U. *improbitate sua*; rectius Vincent. Bellov. Sicque t. p. i. *sola improbitas abstulit.* Phaedr. vs. 11.

32) R. D. *sustulit*; Ph. vs. 11.

7) A natura nemo mutatur, sed de malo pejor nascitur. De hoc audi fabulam 33).

RANAE AD SOLEM.

(Phaedr. L. I. F. VI. Anon. Nil. F. X. Rom. Nil. F. VII.)

Vicini qui erant fures 34), frequentabant 35) nuptias. Sapiens cum interuenisset, vicinos gratulari vt vidit, continuo narrare coepit: Audite, inquit, gaudia vestra. Sol vxorem voluit ducere. Omnis natio interdixit ei 36), et magno clamore Joui conuitiis non tacuere 37). Jupiter commotus ab illis caussas injuriae quaerit. Tunc vnus ex illis ait Joui: modo sol vnus est 38), et aestu suo omnia turbat **), vt deficiat simul omnis natura, quidnam nobis erit futurum ***), cum sol creauerit 39) filios?

Admonet haec locutio malis hominibus non gratulari 40).

8. Quicunque malo benefacit 41), satis peccat. De quo jamjam audi fabulam.

LUPUS ET GRUIS.

(Phaedr. L. I. F. VIII. Anon. Nil. LXIV. Romul. Nil. VIII.)

Ossa lupus cum a) deuoraret, vnum ex illis haesit

---

33) R. D. *de quo sic testatur fabula.*

34) R. U. *furi.*

35) R. U. *frequentabant illi.*

36) *ei* abest in R. D.

37) Ita vitiose legitur in R. U. aeque ac D. Anon. Nilantii: *Omnis natio dixit, et magno clamore, conuitiis non tacuerunt.* Quae Nilantius sic emendauit: *omnis natio contradixit ei magno clamore, conuitiis; non tacuerunt.*

38) R. U. *sol vnus est nobis.*

**) In R. U. post *turbat* inuenias *tanto.*

***) Cf. Ph. fab. cit. vs. 9.

39) R. U. *procreauerit.*

40) R. U. *admonet, malis hominibus non congratulari.*

41) R. D. *vult benefacere.*

a) V. B. *dum.*

ei 42) in faucibus transuersum, grauiter eum affligens 43). Inuitauit lupus magno pretio 44), qui hoc extraheret malum 45). Rogabatur gruis 46) collo longo, vt praestaret lupo medicinam 47), Id egit 48), vt immiteret caput 49), et extraheret malum *) de faucibus lupi 50). Sanato lupo, rogabat gruis 1), reddi sibi promissa praemia; at **) lupus dicitur dixisse: ingrata est illa gruis***), quae caput incolume extulit 2), non vexatum dente nostro 3), et mercedem postulat 4). O injuria 5) meis virtutibus 6).

Parabola haec illos monet, qui volunt benefacere malis.

---

42) R. V. *ei adhaesit*, sed praestat c. V. B. et R. D. legere, *haesit*; v. Phaedr. vs. 4.

43) Ita exhibet locum R. U. in R. D. est, *haesit ei in faucibus traneuersum grauiter*; V. B. *vnum ex illis transversum grauiter in faucibus haesit.*

44) Ita R. D. et Vincentius; R. U. *praemio*; at v. Ph. vs. 6.

45) cf. Ph. vs. 6. R. U. habet: *qui ab hoc malo ipsum liberaret*, *os illud de faucibus extrahendo.* Vinc. recte *hoc malum*; R. D. *eum malum.*

46) R. V. et V. B. *grus.*

47) R. U. *medicinas.* Compara Phaedr. vs. 8. 9.

48) R. D. *egisset.*

49) R. D. et Vinc. *mitteret.*

*) R. U. *os laedens.*

50) *lupi* deficit in R. D. et Vincent.

1) Edidi e V. B. *sanato lupo.* Alii, *sanus cum esset lupus.* Addit R. D. post *grauis*, *petitores*; sed habet Rom. Nil. *petitorem suum*, ad quae verba Nil. obseruat: *mira descriptio ejus, qui remedium et opem a grue petierat.*

**) R. D. *et*; V. B. *et lupus ait.*

***) R. U. *o quam ingrata est grus illa*; cf. Phaedr. vs. 11. V. B. *ingrata est illa grus.*

2) R. U. *incolume de nostris faucibus extraxit.* V. B. *quae caput incolumis extulit.*

3) R. V. *nec dentibus meis in aliquo vexatum.* Phaedrus *ore nostro.*

4) R. U. *et insuper m. p.* τὸ *sibi* enim, quod habent R. D. et V. B rectius abest, v. Ph. vs. 12.

5) Haec corrupte exhibentur in MS. Div. sed legendum esse, *o injuria*, docet Vincent. Bellovacens. qui tamen haec verba praeponit τοῖς *ingrata est illa grus.*

6) R. U. *numquid meis virtutibus facit injuriam.* Anonymus Nil. in hac fabula saepius ipsa Phaedri verba retinuit: *magno dolore victus coepit: gulae credens colli longitudinem: a quo*

9. **Blanda verba hominis mali graues faciunt injurias. Quas vt omnes vitemus, subjecti versus 7) monent.**

CANIS PARTURIENS.

(Phaedr. L. I. F. XIX. Anon. Nil. F. LIV. Rom. Nil. F. IX.)

Canis parturiens rogabat alteram 8), vt in ejus cubile 9), exponeret fetum. At illa roganti concessit ingressum, vt partum exponeret 10). Deinde iterum rogabat 11), vt cum catulis suis jam firmis exiret 12); illa vero 13) roganti non concessit. Paullo post 14) illa 15) coepit cubile suum repetere, et minando illam, vt exiret, hortari 16). At illa a stomacho sic ait 17): Quid me deturbas cum injuria 18)? Si mihi meaeque turbae occurras, et si sis fortior nobis 19), reddam tibi locum.

Sic saepe boni amittunt sua per aliorum verba blanda 20).

---

cum pactum flogitaret praemium: ori nostro quod caput incolume exstuleris: qui pretium meriti ab improbo desiderat.

7) Eodem fere modo Phaedrus fab. cit. vs. 2. R. V. *subjecta fabula.*

8) Anon. Nil. *scrofam* habet.

9) R. V. *cubiculo*; sed v. Ph. fab. cit. vs. 9.

10) R. D. *cum vero exponeret partum; deinde iterum* cet.

11) R. V. *deinde et illa rogabatur.*

12) Cf. Phaedr. fab. cit. vs. 7.

13) *vero* deest in R. D.

14) Sic legitur in R. V. in R. D. est, *paullo tempore.*

15) R. V. *ille.*

16) R. D. *et cogere illam migrare.*

17) R. D. *et illa a stomacho ait.* Anon. Nil. *et illa ab stomacho sic ait.* De vsu particulae *a* vid. Nilant. ad fab. cit.

18) R. D. corrupte, *quid te turbas cum injuria?* Sed recepi *me* e R. V. *deturbas* e Romulo Nilant.

19) R. D. locum ita exhibet: *si mihi et turbae occurris, aut si es fortior nobis.* Vid. Phaedr. l. c. vs. 9.

20) R. D. *aliquando boni sic amittunt sua, qui credunt aliis per verba blanda.* At Anonym. Nil. haec ita expressit: *bonis, qui amittunt sua, dum credunt verba blanda,* insolita locutione, pro, *verbis blandis.*

10. Qui fert malo auxilium 21), sciat, quia satis peccat; et cum illi benefecerit, sciat, sibi *) noceri ab illo. Ideo hanc audiamus fabulam 22).

HOMO ET COLUBRA.

(Phaedr. L. IV. F. XVIII. Anon. Nil. F. XI.)

Frigore et gelu rigentem 23) quidam pietatis caussa colubrum ad se sustulit, et intra 24) latera sua habuit, et eum tota hieme fouit. Refectus ad tempus 25) coepit esse injuriosus, et veneno multo 26) foedare, et ne cum gratia exiret 27), injuriosus pelli 28) voluit.

Hanc sciant multi fabulam, qui voluntate quidem sua aliquos ingratos fouent, qui cum exire 29) volunt, nocent.

---

11. De male ridentibus sapiens talem subjecit fabulam.

ASINUS IRRIDENS APRUM.

(Phaedr. L. I. F. XXIX. Anon. Nil. F. XII.)

Aliqui homines 30), cum sibi faciunt risus 31), alii quidem faciunt contumeliam 32), sed sibi congerunt malum; veluti 33) asinus occurrit apro: salue, inquit,

---

21) Ita fere Phaedrus fab. cit. vs. 1. R. U. *auxilio.*

*) R. D. *se.*

22) R. U. *audi fabulam.*

23) R. V. *vrgente.* Cf. Phaedr. fab. cit. vs. 2. et Anon. Nil.

24) R. U. *et intra lares suos aluit.*

25. Rom. Vlm. et Anonym. Nil. *refectus vsque ad tempus.*

26) R. V. et Anon. Nil. *multo.*

27) R. D. *ne cum g. e.* omisso τῷ *et.*

28) R. V. *injuriosus esse voluit*; R. D. *injuriosus pelli noluit.* Anon. Nil. *injuriosus pellitur.*

29) R. U. *abscedere.*

30) R. D. *aliquanti vero homines.*

31) Haec desunt in R. V. sed v. Phaedr. fab. cit. 1.

32) R. U. *aliis contumeliosi exsistunt*; cf. Ph. vs. 2.

33) R. D. *ac veluti.*

frater 34)! Indignatus aper tacuit dissimulans, agitauitque caput. Absit a me tamen, inquit, vt 35) de vano sanguine dentes meos coinquinem *). Nam oportebit 36) vel injuriosum, vel laceratum relinquere 37).

*Monet haec fabula, insipientibus **) parci debere, stultos autem defendere, qui insultare audent 38) melioribus.*

---

12. Securum in paupertate viuere 39), melius esse, quam diuitem taedio macerari, per hanc breuem auctoris probatur fabulam.

MUS VRBANUS ET RUSTICUS.

(Append. Burm. F. IX. Anon. Nil. F. XIII. Rom. Nil. F. X.)

Mus vrbanus iter agebat, sicque a mure agrario rogatus hospitio suscipitur, et in ejus breui casella ei glandes et hordeum exhibuit 40). Deinde mus vrbanus rediens 41) murem agrarium rogabat, vt etiam ipse secum pranderet 41): factumque est, dum simul transirent, vt ingrederentur domum honestam 43), in qua erat cellarium, omnibus bonis plenum 44). Cum haec mus muri ostenderet, sic ait: Fruere mecum, amice 45), quae

---

34) Vid. Ph. fab. cit. vs. 5.

35) In R. D. est *ne*.

*) Phaedr. fab. cit. 11.

36) R. D. *oportebat injuriosum*.

37) Mirum in modum haec fabula est interpolata, quam melius expressit Anonymus Nilantii, qui magnam partem ipsa Phaedri verba retinet, pauculis mutatis.

**) R. D. *incipientibus*.

38) R. V. *volunt*.

39) *viuere* deficit in R. U.

40) Ita edidi e R. V. at in R. D. haec inueniuntur: *Mus vrbanus iter agebat, sicque hospitio susceptus est rogatus a mure agrario, in qualicunque breui casella glandem et hordeum exhibuit. Ita factum est. Deinde* cet.

41) R. U. *deinde abiens mus itinere perfecto*.

42) R. D. *rogabat venire secum*.

43) R. D. *atque ita factum est, vt simul venirent. Ingrediuntur honestam domum, in qua erat illis* cet.

44) R. V. *refertum*.

45. R. U. *f. m. amice de his*; cf. Phaedr. III. VII. 26.

nobis quotidie superant. Cumque multis cibariis vescerentur 46), venit cellararius 47) festinans, et ostium cellarii impulit: mures, strepitu territi, fugam per diuersa petierunt. Mus vrbanus notis cauernis cito se abscondit 48); at miser ille 49) agrarius fugit per parietes ignarus, putans, se morti proximum. At vbi exiit cellararius 50), cellae ostio clauso 51), sic mus vrbanus agrario dixit: quid te turbasti fugiendo? fruamur amice istis bonis; nihil verearis, nec timeas 53). Agrarius haec contra 54): Tu fruere, inquit, istis omnibus, qui nec times, nec pauescis, nec te turbatio quotidiana terret. Ego vero fruar bonis in agro, vbi ego viuo frugi in agro, ad omnia laetus 55), nullus me terret timor, nulla perturbatio corporis 56). Nam tu viuis sollicitus, nulla tibi est satietas 57). At tenso muscipulo teneris, aut captus a catto comederis 58).

Haec fabula illos increpat, qui se iungunt melioribus, vt fruantur aliquo bono 59), quod ipsis a natura datum non est 60). Diligant frugalem vitam homines, et securi erunt in sua casella 61).

---

46) R. D. *vterentur.*

47) Ita reposui ex Anonymo Nil. R. V. et D. habent *cellarius*; Romulus Nil. *cellarius.* Cellarii, qui etiam dicuntur *cellarii*, sunt serui, cellae praepositi, de quibus vberius disputat Brisson. de V. S. p. m. 216.

48) Haec et quae sequuntur apud Anonymum, *ignota trepidat domo*, probant, auctorem fabulae Phaedri insistere vestigiis. Vid. enim L. I. XI. 9. IV. VI. 3. II. IV. 17. coll. Nilant. ad Anon. F. XIII.

49) *ille* deficit apud R. D.

50) R. V. *dum vero cellerarius exiret.*

51) R. D. *et domum clausit.*

52) R. V. *f. a. bonis his ferculis omnibus.*

53) R. V. addit, *periculum namque nullum est nobis.*

54) R. D. *ille agrarius e contra.*

55) R. D. *ego vero fruar bonis in agro, vbi quocunque laetus nullus me t. t.*

56) R. U. *nulla mihi p. c.*

57) Romulus Nil. habet *societas*, quod praeferendum, vt docent antecedentia.

58) R. V. *at tibi omnis sollicitudo et nulla est securitas, a tonsa teneris muscipula; a catto captus comederis ac infestus ab omnibus exosus haberis.*

59) R. D. *aliqua bona.*

60) R. D. *quibus hoc fortuna non dedit.*

61) R. V. *diligant ergo vitam homines frugalem, ipsis a natura datam, et securiores in casellis viuent.*

13. Qui tutus et munitus est, a 1) malo consiliatore euerti 2) potest. De hoc auctor sic ait 3).

AQUILA, CORNIX ET TESTUDO.

(Phaedr. L. II. F. VI. Rom. Nil. F. XII.)

Aquila testudinem rapuit, et alto caelo cum ea 4) volauit. Testudo se intra se collegit 5), nec vllo pacto 6) tangi potuit. Contra volat cornix 7), laudans verbis 8) aquilam: Optimam, inquit, fers praedam 9); sed nisi ingenio vtaris, frustra portabis onus, nec vtilis erit tibi haec praeda 10). Tunc 11) aquila illi partem 12) promisit. At cornix tale 13) consilium dedit, et ait: vsque ad astra volato 14), et ab alto super petram praeda tua cadat 15), vt concha fracta, fruamur esca 16). Sic aquila fecisse dicitur 17), et quam natura munierat, testudo iniquo consilio cornicis periit 18).

---

1) *a* deficit apud R. D.

2) R. V. *subuerti.*

3) R. D. *auctor de illa re sic ait.* Cf. Promyth. in f. Ph. cit.

4) *cum ea* deest in R. D.

5) R. V. *testudo intra se collectus nullo pacto t. p.*

6) Cf. Ph. fab. cit. vs. 6.

7) R. V. *volans.* Vid. Ph. vs. 7.

8) R. D. *verbo.*

9) Vid. ad Phaedr. vs. 8.

10) R. D. *sed his ostendo ingenium: nam sine causa portas onus, nihil factura viribus.* Cf. Ph. vs. 9. 10.

11) *tunc* abest in R. D.

12) R. V. *partem praedae promisit, vt illi consuleret,* sed v. Phaedr. vs. 11.

13) R. D. *sic cornix consilium dedit.*

14) in R. D. adduntur haec: *vbi sint deorsum loca petrosa.*

15) R. D. *tunc volo dimittas ab alto praedam.* Cf. Phaedr. vs. 11. sq.

16) R. D. *vt cornua fracta vtamur esca;* sed reposui *concha*, e Rom. Nil. R. V. *vt testa frangatur testudinis, et nos esca fruemur.*

17) Phaedr. vs. 14. *monitis paruit.*

18) R. V. *Hoc iniquo consilio cornicis periit testudo, quam natura forti concha munierat.* R. D. *et quam natura munierat, iniquo consilio periit.*

14. Qui se laudari gaudent verbis subdolis 19), decepti poenitent. De quibus similis est fabula 20).

VULPIS ET CORVUS.

(Phaedr. L. I. F. XIII. Anon. Nil. F. XV. Rom. Nil. F. XIII.)

Cum de fenestra coruus caseum raperet, alta consedit in arbore 21). Vulpis 22) vt hunc 23) vidit 24), sic ait coruo: O corue, quis similis tibi? et pennarum tuarum quam magnus 25) est nitor? qualis decor tuus esset 26), si vocem habuisses claram; nulla prior auis esset 27). At ille 28) dum vult placere et vocem 29) ostendere, validius 30) clamauit, et ore patefacto 31) oblitus caseum 32) dejecit 33). Quem celeriter vulpis dolosa auidis rapuit dentibus 34). Tunc 35) coruus in-

19) Hunc versum habes integrum apud Ph. vs. 1. fab. cit. V. B. *qui laudari* (v. Spec. doctr.) *verbis subdolis gaudent et postea poenitent.* Mox, *cum d. f. c. occasione c. raperet.*

20) R. V. *de quo haec est fabula.*

21) Cf. Ph. vs. 3. 4. Anon. Nil. *celsa resedit in arbore.* V. B. *altam arborem supersedit.*

22) R. V. *vulpes.*

23) R. D. *haec*; sed praestat *hunc*; v. Ph. vs. 5.

24) Addit R. V. *caseum habere cupiens, subdolis verbis sic eum alloquitur.* Haec desunt apud V. B.

25) R. V. *qualis.*

26) Ita R. V. et D. it. V. B.

27) R. V. *nulla prior tibi auis fuisset*; V. B. *nulla p. a. fuisset,* sed praetuli *esset*, e R. D. Cf. Ph. vs. 8.

28) R. V. *at illa vana laude gaudens dum.*

29) R. D. et Vinc. *vocem suam*; cf. Ph. vs. 9.

30) R. D. *validius sursum clamauit*; V. B. *dum placere voluit et vocem suam validius ostendere sursum c.*

31) R. V. *aperto.*

32) R. V. *oblitus casei ipsum dejecit.*

33) Anon. Nil. *emisit caseum.* Ita Phaedrus.

34) R. U. *celerius vulpes dolosa rapuit, et auidis suis dentibus abrodit.* V. B. *quem celeriter dolosa vulpes avidius rapuit.* Idem mox, *tunc stupens coruus ingemuit ac deceptum* (v. Spec. hist.) *poenituit.* Sicque recte finit fabulam. Aliter R. D. et U.

35) Anon. Nil. *tunc demum.* Vid. Ph. fab. cit. vs. 12.

gemuit, et stupore detentus deceptum se poenituit 36). Sed irreparabile factum damnum quid juuat poenitere 37)?

15. **Quisquis amisit 38) dignitatem, deponat audaciam pristinam, ne a quolibet injuriam patiatur, vt haec fabula probat.**

LEO SENEX, APER, TAURUS ET ASINUS.

(Phaedr. L. I. F. XXI. Anon. Nil. F. XVI. Rom. Nil. F. XIV.)

Annis defectus et viribus 39) leo cum grauatus jaceret, spiritum extremum trahens, aper ad eum venit iratus 40), spumans fulmineis dentibus 41), et vindicauit ictum veterem. Taurus confodit cornibus hostile corpus 42). Vt asinus sic vidit feram 43), calcibus illi frontem contudit 44): at 45) ille cum gemitu suspirans sic dixisse fertur 46): cum esset 47) virtus mea, fuit honor; fuit timor 48), vt 49) omnes visione mea fuge-

36) R. U. *ingemuit ac vana laude deceptus poenituit.*

37) R. U. *sed prius factum quid poenitet,* addito epimythio: *monet haec fabula cunctos, verbis subdolis vaneque laudantibus non attendere.*

38) R. D. *amittit*, sed *amisit*, probum; cf. Phaedr. fab. cit. vs. 1.

39) Sic edidi e Vincentio; R. U. habet, *annis decrepitus*; R. D. *annis deceptus pluribus*; Anon. Nil. *defectus annis et desolatus viribus.*

40) R. U. *et iratus.*

41) R. U. *dentibus suis fulmineis.*

42) R. V. *corpus leonis*; at v. Ph. vs. 8. *hostile corpus* legitur etiam apud V. B.

43) R. U. *asinus autem dum sic videret feram dudum sibi inimicam*; Anon. Nil. *alienus vt vidit ferum impune laedi*: V. B. *Asinus quoque feram vt sic vidit.* Obsecutus sum Rom. Div.

44) R. D. et V. B. *aperuit.* cf. supra Not. ad Ph. fab. cit. vs. 9.

45) R. D. *et ille.*

46) Cf. Phaedr. vs. 10.

47) Ita Vinc. et R. D; R. U. *vero staret.*

48) *fuit et timor* R. V.

49) Ita reposui e V. B. in R. D. est, *vt o. viso me fugerent*; R. U. *vt omnes nisi me*

rent, et opinio ipsa terreret plures, multos autem beniuolus non laesi, sed et ipsis auxiliator fui qui omnes nunc mihi malignantur 50), et quia sum sine viribus, nullus est honor pristinus 51).

Monet haec 52) fabula multos, mansuetos esse in dignitate.

---

16. **Quem non decet reddere officia, vt quid se ingerit melioribus 1)? de quo 2) auctor talem 3) subjecit fabulam. (*Vincentius*: contra illos, qui indecenter ad officia meliora reddenda indigni se ingerunt.)**

ASINUS DOMINO BLANDIENS.

(Burm. Append. F. X. Anon. Nil. F. XVII. Rom. Nil. F. XV.)

Asinus cum quotidie videret 4), catello 5) blandiri dominum, et de mensa 6) saturari illum 7), et familiam illi plura largiri; sic 8) dixisse 9) fertur: si animal 10)

---

curarent, vt opinio ipsa de me plures terreret.

50) R. D. *terreret plures: quos cum beniuolus non laesi, quibus et auxiliator fui, ipsi malignantur mihi, et quia* cet. Vincent. in Spec. hist. *quos autem beniuolos non laesi, quibus et auxiliator fui, ipsi malignantur mihi, et q. S. s. v.* In Sp. doctr. aberat *benivolos.*

51) R. V. *Et quia vires et potentia defecerunt, omnis honor simul periit cum illis.* Etsi vero mirum in modum verbosus est in hac fabula Romulus Nilantii; asini tamen non meminit.

52) R. V. *haec Aesopi fabula.* Non sine fructu comparabis hanc fabulam cum fabula XVII. Anon. Nilant. et textu Phaedri.

1) Ita corrupte legitur in R. D. et U. Compara mox epimythium.

2) R. D. *de qua re.*

3) *talem* deficit apud R. U.

4) R. U. et V. B. *asinus quotidie videbat.*

5) R. U. *catellae.*

6) R. U. *de mensaque.*

7) R. V. *illam.*

8) R. U. *at sic.* Vinc. *sicque.*

9) R. U. *dixisse mente asinus fertur.*

10) R. U. *si hoc animal tam exiguum et immundum.*

immundissimum sic 11) diligit dominus meus totaque 12) familia, quantum vtique me diligeret, si obsequium illi praestauero 13)? enim 14) melior sum cane, ad plurima vtilis officia 15): insuper aqua de sanctis fontibus alor 16); cibus mihi mundus datur. Melior sum catello; meliore vita possum frui, et maximum honorem habere. Cum haec asinus secum cogitasset 17), vidit dominum introire; occurrit 18) velocius; clamans prosiluit super eum, humerisque suis pedes anteriores imposuit, linguaque, vt catellus (catella) solebat, eum lingens, vestem etiam suam deturpauit, suo pondere ipsum fatigando 19). Clamore autem domini concitatur omnis familia 20). Fustes arripiunt et lapides; asinum verberibus debilitant 21); membris costisque fractis, eum ad praesepium ligant lassum atque semiuiuum 22).

Fabula monet, ne quis indignus se ingerat 23), vt melioris 24) officium faciat.

11) R. U. *tantum.*

12) R. D. et Vinc. *ita et familia.*

13) R. D. *quanto magis me*, (Vincent. *quantum me*) *si et obsequium illi fecero.*

14) R. D. et V. B. *plus enim.*

15) R. D. *qui multis rebus sum vtilis.*

16) R. D. *aqua et sanctis fontibus alor.*

17) R. D. *cogitaret.*

18) R. U. *accurritque.*

19) R. D. *clamans prosiliuit, et supra stetit, leuans pedes priores imposuit ambobus humeris domino: lingua eum lingens linit et maculans vestem fatigat dominum pondere suo.* Verbum *linit* neque habet Anon. Nil. neque R. U.; neque etiam legitur apud Rom. Nil.

20) R. U. *dominus autem, asini blandimentis territus, clamare coepit et auxilium petere, ex hoc concitatur omnis familia.*

21) R. D. *asinum faciunt debilem.*

22) R. D. *membris costisque fractis. Sic abjiciunt ad praesepia lassum atque s.* Non inutile visum est, hic subjungere partem fabulae e Vincentio: „Cum haec (Spec. hist. *hoc*) asinus secum cogitasset vidit dominum introire: occurrit velocius, clamans prosiluit (Spec. doctr. *prosiliuit*), et superstetit, leuans pedes priores imposuit amboa (*ambos* deest in Spec. doctr.) humeris domini sui, (*sui* deficit in Spec. doctr.) lingua eum lingens liniit, et maculans vestem fatigat dominum pondere suo. Clamore autem domini conci-

17. Innox si peccauerit 25) et roget 26), oportet vt veniam accipiat, ne forte sit, vbi vlciscatur 27). Ideo hanc audiamus fabulam 28).

L E O E T M U S.

(Append. Burm. F. IV. Anon. Nil. F. XVIII. Rom. Nil. F. XVI.)

Dormiente leone in silua, mures agrarii luxuriantes 29) vnus ex illis super leonem non voluntate transiit 30). Expergefactus leo celeri manu miserum murem apprehendit 31). Rogabat ille 32), veniam sibi dari 33), cum 34) non voluntate 35) fecerit; reddens 36) caussam peccati sui, quod plures luxuriarentur 37); et solus 38) (solum) inter ceteros peccasse 39) supplex 40) fatetur 41). Leo vero de mure cogitabat 42), in tali re quali subji-

tatur omnis familia, fustes et lapides arripiunt, Asinum feriunt: (Spec. Hist. *faciunt debilem*) debilem membris costisque fractis (Spec. hist. *factis*) sic abjiciunt ad praesepia lassum atque semiuiuum."

23) R. D. *se ingerat ad hoc vt cet.*

24) R. U. *meliori*; *melioris* habet etiam Anon. Nil.

25) R. D. *peccat.*

26) R. D. *rogat.*

27) R. V. *saeuiat.*

28) R. V. *audiamus fabulam nobis ordinatam.*

29) De hoc loquendi more vid. *Perizon.* ad Aelian. V. H. L. II. c. 11. et *Munkerus* ad Hygin. F. 74. quos laudat Nil. ad fab. Anon. cit.

30) R. D. *voluntarie*, sed recepi *non voluntate*, quod mox sequitur et habet h. l. Anon. Nil. at R. V. *alter casu super leonem transiliit.*

31) R. D. *arripuit.*

32) R. V. *ille captus.*

33) Cf. Ph. L. I. F. XXII. 5. vbi vide.

34) R. D. *quia.*

35) Memorat Nilant. locum Liv. L. V. c. 52. *si non voluntate mansimus in Capitolio per tot menses obsidionis.* R. V. habet, *non voluntate sed casualiter fecerit.*

36) R. D. *reddiditque.*

37) R. V. *plures cum luxuriarentur.*

38) R. D. *et quod solus.*

39) R. D. *peccauerit.*

40) Deest in R. V.

41) R. V. *fateretur.*

42) R. V. *cogitat.*

ceretur vindictae 43). Si enim occideret miserum murem, crimen illi erat, nec aliqua gloria laudis. Verum ignouit et dimisit 44). Post paucos autem dies leo in foueam cecidit 45). Captum se vt agnouit 46) maxima voce rugire coepit 47), et magno dolore dat sonum 48). Mus vero vt hoc 49) agnouit, ad eum cucurrit, quid tali leoni accidisset, vel quid mali euenisset, quaesiuit 50). At vbi leonem 51) captum cognouit: non est, inquit, jam quod timeas 52). Parem gratiam 53) tibi reddam, non immemor beneficii 54). Dixit, et simul omnes illius artis ligaturas 55) lustrare capit. Cognouit loca rodenda: sumpsit laborem oris sui, et dentibus neruos coepit secare 56), et laxare artis illius ingenia 57). Sic mus leonem captum liberum siluis restituit 58).

Monet haec fabula, ne quis minimos laedat 59).

---

43) R. V. *non aliquid esse vindictae, si miserum murem occideret; crimen autem illi erit, nec aliqua gloria laudis.*

44) Ita etiam Anon. Nil. in R. V. est, *ignouit et vindictam dimisit.*

45) Cf. Ph. III. II. 2. R. V. *in rete cadit et capitur.*

46) R. V. *dum vero captum se cognouit.*

47) Phrasis haec Phaedro valde vsitata.

48) R. V. *maximo dolore.*

49) *hoc* deest apud R. D.

50) R. V. locum ita exhibet: *quid talis sibi praetendat sonus quaesiuit, et quid acciderit, aut mali euenerit scire voluit.*

51) *leonem* abest in R. D.

52) R. V. *non est o leo quod timeas, inquit.*

53) Cf. Ph. III. II. 1.

54) R. V. *nam beneficii sum memor.*

55) R. D. *dixit et omnes artuum illius ligaturas.*

56) R. V. *rodere.*

57) Bene explicat Nil. ingeniosas machinas et laqueos. Vid. Not. Burm. in App. ad h. l.

58) R. V. *restituit liberatum.*

59) In R. V. adjiciuntur haec: *nam hora datur obsequii minorum erga potentes.*

18. Qui semper blasphemat, in angustia quid rogat? Videamus, qualem de hoc 1) auctor subjecit fabulam.

MILVUS AEGROTANS.

(Append. Burm. F. I. Nilant. F. A. p. 135.)

Miluus cum aegrotaret et multis mensibus infirmus jaceret 2); nec *) spem vitae suae videret jam esse: matrem cum lacrimis 3) rogabat, vt sancta loca circumiret, et pro salute illius vota magna promitteret. Faciam, inquit, quod vis, verum ne non impetrem illud, vereor, nate, et vehementer timeo 4). Quando 5) omnia delubra vastasti et cuncta polluisti altaria, nec pepercisti sacrificiis; nunc quid vis, vt orem 6)? Audiant haec 7), qui commisso malo audent, in malis suis loca sancta circumire maculati. Sed faciem et manus lauare debent **), vt facta eorum mala deleantur 8).

19. Qui non audit bonum consilium, in se inueniet malum, vt haec approbat fabula.

AVES ET HIRUNDO.

(Append. Burm. F. XII. Anon. Nil. F. XX. Rom. Nil. F. XVII.)

Arari terram et spargi lini semen 9) aues omnes cum

1) *de hoc* deest in R. V.

2) *infirmus* deficit in R. D.

*) R. U. *nec amplius.*

3) R. U. *lacrimando.*

4) R. D. *faciom quod vis fili, sed vereor, ne non impetrem, Illud enim vereor nate et v. t.*

5) R. U. *nam omnia.*

6) R. U. *quid vis ergo nunc quod orem?* In R. D. a manu emendatrice ad marginem scriptum erat: *Vastasti et cuncta polluisti altaria, sacrificiis nullis parcens, nunc quid vis rogem?*

7) In R. U. haec exhibentur in singulari, *audiet, audet, maculatus.*

**) Ita edidi e R. U. pro, *sed facere manibus et laborare debent*, quod est in R. D.

8) R. U. *sed faciem ejus et manus lauare debet, vt facta ejus mala prius deleantur. Audiat et ille, qui omnibus semper contrarius multos laesit, et malis sibi instantibus quaerit auxilium. Nam in prosperitate quemuis qui offenderit, in aduersis sibi amicum reperit neminem.*

9) Ita cum Nilantio locus re-

viderent, pro nihilo hoc habuerunt. Hirundo autem hoc intellexit, et conuocatis auibns retulit, hoc esse malum 10). Omnes dissimulantes riserunt 11). Deinde vt fruticauit 12), iterum hirundo ait illis: hoc in nostrum crescit interitum 13), venite, eruamus illud. Nam cum creuerit, retia facient ex illo 14) et humanis quidem artibus capi possumus 15). Omnes verba hirundinis deriserunt, ejusque respuentes ***) consilium contempserunt. Vt hoc vidit hirundo 16), ad homines se transtulit, vt tuta esset sub tectis eorum 17). At quae respuerunt monita, nolentes audire consilium, semper in retia 18) cadunt 19).

Audiant haec propriis semper innitentes opinionibus, neque aliorum consiliis assentientes 20).

Explicit Liber primus.

---

ponendus est e Romulo Nil. In R. U. et D. legitur, *spargi et arari lini semen.*

10) R. U. *et conuocatis omnibus retulit h. e. m.*

11) Haec desunt in R. U. at Anon. Nil. habet *aues riserunt.*

12) Sic legendum pro *fructificauit*, quod occurrit apud R. D. *fruticauit* etiam recte Anonymus Nil. sed R. U. habet, *adoleuit semen ac bene excreuit.*

13) R. D. *malum est hoc, venite*, cet.

14) pro *ex illo* in R. D. est *exinde.*

15) R. D. *humanis artibus, quibus capi possimus.*

***) *respuentes* deficit apud Anon. Nil.

16) R. U. *Ejus autem consilium omnes contempserunt; vt autem contemni consilium illud hirundo videret.*

17) R. U. *tutius degeret sub t. e.*

18) R. D. *in retibus cadunt;* at rescripsi *retia*, e R. U. qui totum hunc locum ita expressit: *et quae respuerunt, consilium audire nolentes semper anxie in retia caderent.*

19) Anonymus Nil. *et quia aues ejus respuerunt monita, semper retibus capiuntur.*

20) Hoc epimythium deest in R. D.

Incipit Liber secundus 1).

Omne genus fabularum probatur contra homines. Quis enim malus nisi homo? et quis bonus 2) nisi homo? Vitam hominum et mores satis est 3) comprehendere; et tamen ausus sum breuiter similes scribere fabulas. Dicam equidem bonorum, siue nocentium gesta 4), quod ille securus viuat, qui non habet, quem timeat.

Athenienses viri 5) boni cum optimi fuissent et liberi, et neminem timerent, et sibi inuicem seruirent cum optima et bona voluntate, vano consilio inducti superiorem sibi petierunt, qui improborum mores compesceret et puniret 6). Exinde *) multi terrebantur; alii praedam patiebantur 7); alii autem et 8) puniebantur, et **) quasi sub correptione dolebant, alios 9) haec sibi fecisse, quod miseri laedebantur 10): et quia caedem hanc seueram legitime sustinebant, metuebant graue periculum; non quia ille crudelis 11) sed quia ipsi ***) insueti, vt sub lege, aut sub aliena voluntate 12) seruirent, graue illis pondus erat, conuersi in impatientiam 13) flebant 14). Tunc Aesopus illis contra talem retulit fabulam:

---

1) R. U. *Incipit Liber secundus fabularum Esopi viri clarissimi atque ingeniosi. Prohemium.*

2) R. U. *etiam bonus.*

3) R. D. *satis est nobis.*

4) R. D. post *equidem* habet, *ex*; at R. U. *dicam enim bonorum siue nocentum gesta.*

5) R. D. *nimis boni.*

6) R. D. *consilio vano sunt decepti, quod improbos compescerent, aut punirent.*

*) R. U. *ex hoc.*

7) deficiunt haec in R. U.

8) R. U. *qui puniebantur.*

**) *et* deest in R. U.

9) R. D. *haec sibi fecisse*, omisso τῷ *alios.*

10) R. U. *qui satis miseri laedebantur, sed quod grauati hac lege metuebant graue periculum; non quia* cet.

11) R. U. *crudelis erat.*

***) *ipsi* abest in R. U.

12) R. U. *libertate.*

13) R. D. *in poenitentiam.*

14) Comparabis hocce prooemium cum Ph. L. II. F. II. 1 — 9.

(Phaedr. L. I. F. II. Anon. Nil. F. XXI. Rom. Nil. F. XVIII.)

Ranae, inquit, vagantes in liberis paludibus 15) et stagnis, clamore magno, ad Jouem facto, petierunt 16) sibi rectorem, qui errantes corrigeret. Cum haec vellent, risit Jupiter 17). Deinde iterum clamorem 18) fecerunt. Cum nulla signa viderent, potius rogare coeperunt. Jupiter pius innocentibus misit in stagnum 19) lignum magnum, tigillum ****), quo sono pauentes fugerunt 20). Postea vero vna protulit super stagnum caput, volens cunctari regem 21). Vt vidit lignum; cunctas aduocat 22). Aliquae timoris plenae 23) natant, salutare 24) magnum 25) rectorem; aliquae accedunt pauidae simul. Ergo vt nullus in ligno erat spiritus 26), sentientes ascendunt super illud et intelligunt 27), esse nihil, et concalcauerunt pedibus. Iterum rogare coeperunt. Tunc Jupiter 28) illis misit hydrum, id est, magnum colubrum, qui singulas necare coepit. Tunc voces cum lacrimis ad sidera tollunt 29: succurre Jupiter, morimur 30). E contra illis altitonans ait 31): cum vos peteretis, nolui: cum nollem 32), inuidiose petistis. Dedi tigillum, quem spreuistis; deinde dedi, quem habebitis 33). Et quia noluistis bonum ferre, sustinete malum 34).

---

15) Phaedr. fab. cit. vs. 10.

16) Ph. vs. 11. sq. fab. cit.

17) Ph. fab. cit. vs. 13.

18) R. U. *clamores.*

19) R. D. *in stagno.*

****) Romulus scripsisse videtur, *tigillum, id est, lignum magnum*, vt mox, *hydrum, id est magnum colubrum*; vel interpungendum, *lignum magnum, tigillum.*

20) R. U. *fugierunt.*

21) R. D. *volens nosse cunctarum regem.*

22) R. U. *aduocauit.*

23) R. U. *plenae timore.*

24) R. U. *ac salutare maximum.*

25) *rectorem accedunt pauidae simul.*

26) *erat* deest in R. D. item vox *sentientes*, quae mox sequitur.

27) R. D. *intellegunt*, vt et alibi.

28) R. D. *Jupiter.*

29) R. U. *cum lacrimis omnes a. s. t.*

30) R. U. *omnes morimur.*

31) *ait* abest in R. D.

32) R. D. *cum vellem.*

33) Verba *dedi tigillum — habebitis* desunt in R. D.

34) Phaedr. fab. cit. vs. 29. 31. Cum hac fabula compa-

2. Qui se tutandum dederit homini improbo, perdit male auxilium, dum quaerit, sicut haec fabula narrat 35).

COLUMBAE ET MILVUS.

(Phaedr. L. I. F. XXXI. Anon. Nil. F. XXII. Rom. Nil. F. XIX.)

Cum saepe columbae fugerent asperum atque saeuum miluum 36), accipitrem sibi fecerunt defensorem et patronum, putantes 37), se sub eo esse tutas. Has ille fingens correptionem singulas deuorare coepit. Tunc vna ex illis *) ait: Leuior fuit molestia nobis, importunum miluum pati; modo 38) enim hac potestate necamur, qua defendi putauimus. Sed digne haec patimur, quae nos tali commisimus 39).

3. De seductoribus audiamus fabulam 40).

CANIS FIDELIS.

(Phaedr. L. I. F. XXIII. Anon. Nil. F. XXIII. Rom. Nil. F. XX.)

Nocturnus quidam fur cum panem mitteret cani **),

randa fabula Anonymi, qui plurima Phaedri verba et loquendi formulas seruauit, ita quidem, vt dubitari nequeat, eam esse expressam ex ipso Phaedri Cod. MS. Id quod etiam obseruandum de fabula sequenti.

35) R. D. *quod sic fabula narrat*; cf. Ph. fab. cit. 1. 2.

36) R. D. post *miluum* habet, *timerent euntem (eumdem)*. Vid. Phaedr. fab. cit. vs. 3.

37) R. D. *quia putauerunt.*

*) Phaedr. vs. 13.

38) R. D. *modo potestate necamur*, omissis verbis, *qua defendi putauimus.*

39) Phaedrus, succinctae breuitatis amans, verbis duobus totum hunc locum complectitur: *de reliquis tunc vna: merito plectimur.*

40) R. U. *auctoris audiamus fabulam.*

**) Vid. Phaedr. vs. 3. Huio fabulae apud Romulum vtrumque non vnus pannus assutus est. Eamdem castigatius ex-

canis dixisse fertur: Panisne pro gratia datur 41)? an ideo das, vt me laedas? [et vnde victurus sum vna cum domino, domus et tota familia nostra, *si tu tecum totum auferas domo?*] Si modo panem porrigis mihi, numquid et postea daturus es, [aut misericors eris mihi], cum fame victus fuero 42? Non praesentem tantum vitam volo, sed futuram provideo. Nolo igitur fauces meas pane claudas; [nolo cibum, vt lingua sileat] 43); sed nisi recesseris, ipse contra te latrabo, dominum et familiam suscitabo 44), furemque illis adesse nuntiabo 45). [Non praesentem vitam volo, sed futuram contemplor; aut ambula, aut nuntio] 46).

Haec illi intelligant, qui ad vnum prandium rem suam perdunt 47).

---

hibet Vincentius, vt sequentia docent: „Nocturnus quidam fur cum cani panem immitteret, canis ait: panis tuus non pro gratia datur; tu ideo das, vt me laedas. Si modo mihi panem porrigas, numquid postea daturus mihi, cum fame victus fuero? non praesentem tantum vitam volo, sed futuram provideo. Nolo igitur fauces meas pane claudas; sed nisi recesseris, ipse contra te latrabo, dominum ac familiam suscitabo, furemque illis nuntiabo."

41) R. D. *panis pro gratia datur, vt video.*

42) R. D. *das, vt me laedas, et vnde vicem redditurus sum vna cum domino domus et tota familia. Si tu tecum totum auferas domo, panem porriges mihi, cum fame victus fuero?* R. U. *et vnde victurus sum, vna cum domino domus et tota familia nostra tu auferas. Si modo cet.*

43) R. U. *nolo fauces meas panis claudat et lingua sileat, et mihi gratiam tollat*; sed lectio R. D. praeferenda ob locum Phaedr. fab. cit. va. 5.

44) Ita locum constitui e V. B. Aliis enim placet, *sed ipse contra latrabo, dominum et familiam suscito*, vel *suscitabo.* R. D. *suscito.*

45) R. D. *furem illis nuntio.*

46) Sic R. U. et D. sed quis non videt, haec alieno loco esse posita? Ordo enim vult, vt ponantur post verba, *cum fame victus fuero.* Verba autem posteriora spuria putanda. Addit R. U. *o bonum canem, qui nec panem voluit edere, nec gratiam perdere.*

47) R. U. *qui ad vnum prandium res suas multas non curant perdere.*

4. Mentem ad locum habere, ne quis malo credat 48). Cui rei similis fabula subjecta est.

LUPUS ET SCROFA PARTURIENS.

(Romul. Nil. F. XXI.)

Premente partu 49) scropha 50) cum jaceret dolore gemens, venit ad eam lupus et ait: expone soror hac hora secure 51) fetum, ego 52) fungar obstetricis officio, stans pro solatio tibi. Improbum porcula 53), vt vidit, repudiat 54) ejus officium. Expono 55), inquit, fetum, frater 56), secura, si tu recesseris: obsecro da mihi honorem 57); fuit etiam et tibi mater. Ille autem vt recessit 58), ipsa statim profudit sarcinam 59), quae si malo credidisset 60), infelicissima perisset 61).

---

48) R. D. corrupte, *quos malo credat.*

49) R. D. *premente partum.*

50) R. U. *scroffa*; R. D. *stropha.*

51) *secure* deficit in R. D.

52) *ego* abest in R. U.

*) R. D. *stans pro solatio tibi socro.*

53) Ita legendum pro *porcilia* in R. U.; cf. Romul. Nil. F. XXI.

54) R. U. *repudiauit*; cf. Ph. I. XXIX. 5. sq.

55) R. U. corrupte *ex quo.*

56) *frater* deficit apud R. U.

57) Bene haec reddidit Steinhoewelius: *darumb bitt ich, dafs du mir die eer lassest, myne jungen selber an die welt ze bring.*

58) post *recessit*, scriptum erat in R. D. *frustra fraudulenter petendo fatigatus.*

59) Vid. Ph. L. III. XV. 6.

60) R. U. *crederet.*

61) R. D. *infelicissime peperisset*; R. U. *infelicissima periret.*

5. Saepe timor magnus et grauis terror nihil est, vt haec fabula testatur 1).

MONS PARTURIENS.

(Phaedr. L. IV. F. XXII. Rom. Nil. F. XXII.)

Quidam mons dabat gemitus magnos, sonos parturientis 2). Omnis natio vt audiuit, statim perturbata est; pauent omnia simul, vt nullus esset memor sui, tanto et tam valido sono mons ille timorem incussit; obliti omnes sensuum. Gemitibus vero maximis a monte factis; tandem peperit murem 3). Fama hujus rei volat, et quos timor inuaserat, resumpserunt spiritum, et quod malum putabant, in nihilum omnibus venit 4) et timor in jocum est mutatus 5).

1) R. D. *vbi timor magnus est et grauis terror, saepe nihil est;* V. B. *Contra illos, qui vanis rumoribus nimis terrentur.*

2) R. D. *Quidam mons parturiebat geminos magnos;* Vinc. *quidam mons parturiebat et gemitus magnos d.;* cf. Phaedr. fab. cit. 1.

3) R. D. totum hunc locum vitiose ita exhibet: *Nullus erat memor sui, tanto et valido sono pauore concussi, obliti suorum. Mons ille, qui parturiebat geminos magnos, agens deinde peperit murem.* Concinnius V. B. *Omnis natio vt audiuit, timuit, cunctisque perturbatis, nullus sui memor erat; mons ille tandem peperit murem. Hujus fama volat, et quod malum putabant, in nihilum omnibus venit, quos timor inuaserat.* Cf. Phaedr. vs. 2. 3.

4) R. U. *aduenit.*

5) Desunt haec in R. D. Romulus Nilantii in montis locum surrogat *hominem virilis sexus.*

6. Bonitas parentes facit, non 6) natiuitas, vt haec fabula probat.

CANIS AD AGNUM.

(Phaedr. L. III. F. XV. Rom. Nil. F. XXIII.)

Inter capellas agno vaganti canis 7) dixisse fertur: non est hic mater tua 8), et oues segregatas longius ostendit agno 9). Non illam quaero, ait agnus, quae me concepit 10), aut portauit in vtero 11) mensibus nouem 12), et in lucem effudit parturiens 13), sed haec est 14), quae me nutrit et porrigit 15) vbera sua mihi, natos autem suos fraudat, vt lac non desit mihi 16). E contra canis sic ait agno: Tamen illa est tibi fortior mater 17), quae te peperit 18): et agnus ait: ita est, vt dicis. Sed illa, vt licitum est, et natura concedit, me securiorem aliis voluit committere. Nam pecoribus filius non prodest, sed tantum lanio, qui lac omne cottidie emulget, et vellera tergo eripit, cedit in lucrum. Haec vero inter capras vita tutior videtur; quare abi, melius hic morabor 19).

---

6) R. D. *non vt dicitur natiuitas.* Cf. Ph. III. XV. 17.

7) Romulus Rimicii inducit lupum. Vid. Nil. p. 99.

8) Phaedr. vs. 2.

9) Phaedr. vs. 3.

10) Phaedr. vs. 4.

11) R. D. *concepit in vtero, aut portauit.*

12) Rom. Nil. habet *quatuor.*

13) Cf. Phaedr. vs. 6.

14) *sed capram hanc dico meam matrem*; cf. Ph. vs. 7.

15) R. D. *dat.*

16) Phaedr. vs. 7. 8.

17) In Romulo Rimicii est *verior*; vid. Nilant. p. 99. sed in Romul. Nil. *tamen illa est vera tua mater.* Tò *fortior* ortum esse videtur e *potior* Phaedri, quem vide vs. 9.

18) Phaedr. vs. 9.

19) Corrupte R. D. *sed vt licitum est naturae conceditur in sua sibi quis esset an masculus an femina pecoribus quid prodest filius, nisi vt lanioni sit lucrum? aut vt putant hominem prodesse, et in illis dubium est fidem seruare quemquam sibi.*

7. Senem 20) horrere nullus debet. At si non vis senem diligere, vel facta ejus priora dilige, et audi fabulam subjectam 21).

VENATOR ET CANIS.

(Phaedr. L. V. F. X. Anon. Nil. F. LXII.)

Canis cum domino suo satisfecisset venando semper, dum esset juuenis 22); annis jam grauatus 23), et sua aetate jam tardus 24), dentesque ferens infirmos 25), cum comprehenderet auritum leporem, sua virtute 26) lepusculus 27) exiuit de ore canis, suum corpus quia non fuerat laesum 28) fatigatque per campum canem. Irascitur dominus cani, et objurgat ineptum rei. Cui canis contra 29) sic dixisse fertur: Sunt animae 30) sine viribus; sunt scabrosi dentes 31); fuimus aliquando fortes, laudasti quod fuimus, jam 32) damnas, quod sumus. Memorare pristina, et quod hodie possumus, apud te bonum et gratum sit 33).

Haec fabula 34) *nobis probat: si quis bene egit juuenis, non contemnatur* 35).

---

20) Anon. Nil. habet *suum*, pro quo Nil. legi vult *senium*.

21) R. U. *Senex horreri non debet, nec pelli; nam quondam fuit juuenis. Quare si tibi hos velis annos, senes dilige; si non velis senem, dilige tamen ejus facta priora. De hoc audi fabulam.*

22) *dum esset* deficit in R. D. cf. Phaedr. vs. 2.

23) Ita, praeter Anon. Nil. R. U. R. D. *grauatis*; Phaedrus *annis ingrauantibus*.

24) Sic legitur apud R. U. et Anon. Nil. sed R. D. habet *tardatus*.

25) R. D. *dentes autem infirmos ferens*.

26) Laudat Nilantius Hygin. F. 185. *quae virtute sua cursu viros superabat*, de Atalanta.

27) haec vox deficit in R. U.

28) R. U. *suum corpus non laesum*.

29) in R. U. *contra* deficit, sed v. Phaedr. vs. 7.

30) R. U. *anni*. Anon. Nil. *sat animae sine virtutibus*.

31) R. U. *sunt mihi scrabosi dentes*.

32) R. D. *nunc*; sed v. Ph. vs. 9.

33) R. U. *memorare quod fuimus et fecimus, et quod hodie possumus et facimus, apud te bonum et gratius erit.*

8. **Potentes metuere debere infirmos, haec fabula attestatur 36).**

VULPIS ET AQUILA.

(Phaedr. L. I. F. XXVIII. Anon. Nil. F. XIV. Rom. Nil. F. XI.)

Vulpinos catulos *) aquila rapuit, in nido reponens 37) quos 38) pullis suis escam daret. Prosecuta 39) vulpis 40) aquilam rogabat, catulos sibi reddi. Aquila contempsit vulpem 41), quasi inferiorem. Vulpis plena dolore 42) ab ara ignem rapuit, id est 43), faculam ardentem 44), et arborem circumdedit 45), collecta stipula. Cumque fumus et flamma perstreperent, aquila, dolore compulsa 46) natorum, ne flammis simul perirent, incolumes vulpinos catulos reddidit supplex matri 47).

Docet haec fabula multos, ne quis insultet inferiori, et incendatur ab aliqua flamma 48).

---

34) R. D. *Ergo haec fabula n. p.*

35) R. D. *quod si quis bene egit iuuenis, vt senex non contemnatur.*

36) R. D. *potentes metuere debent infimos, vt haec f. t.* Compara Promyth. Phaedri L. I. F. XXVIII.

*) Phaedr. vs. 3.

37) R. U. *ac in nidum deportauit*; sed *reponens* retinendum cum Anonymo et Romul. Nil. v. etiam Phaedr. vs. 4.

38) R. U. *vt.* Ph. vs. 4.

39) Phaedr. vs. 5.

40) R. U. *vulpes.*

41) Phaedr. vs. 7.

42) R. U. *plena dolo*, quod h. l. ineptum est.

43) in R. D. scriptum erat *id* ÷; cf. Not. ad F. 1. h. l. sub * * * *

44) haec verba omissa sunt in R. U. sed v. Ph. vs. 8.

45) Phaedr. vs. 9.

46) R. U. *pulsa*; cf. Phaedr. L. I. F. I. 2.

47) Phaedr. vs. 12.

48) R. U. *flamma vindictae.* Legitur haec fabula apud R. U. post fabulam XII. Libri I.

9. Tempora tolerari debent, et homines tempori cedere; qui vt malum tolerare 49) possint, aliorum mala respiciant 50). Nam

LEPORES ET RANAE.

(Append. Burm. F. II. Romul. Nil. F. XXIV.)

Cum strepitus magnus ad lepores veniret subito 51), consilium inierunt, vt se praecipitarent propter assiduos metus. Venerunt 52) ad oram fluminis, vbi ranae multae erant. At illae vbi agmen leporum viderunt venientis 53), expauerunt valde 54), et in fluuium se iactauerunt. Haec vbi lepores viderunt, vnus ex illis 55): Sunt, inquit, et alii timentes, sequamur vitam, vt ceteri, quam natura dedit, et si quid aduersi euenerit, feramus patienter; neque enim erit toto tempore malum 56).

10. Praecepta audire parentum, semper laus est natorum 1).

HOEDUS ET LUPUS.

(Append. Burm. F. XXXII. Anon. Nil. F. LXI.)

Capella cum esset feta et ad pastum 2) vellet ire, igna-

49) R. U. *tolerari.*

50) In R. D. haecce inscriptio omissa erat. Vinc. *contra illos, qui nimis pusillanimes statum suum ferre non possunt.*

51) R. D. *subitus*; V. B. in Sp. hist. *subito*; in Sp. doctr. *et subitus.* Mox recepi, *inierunt consilium.* Vincent. pro, *consilium simul fecerunt*, quod est in vtroque Romulo.

52) R. U. *et euntes venerunt.*

53) R. D. *at vbi venit agmen leporum.*

54) R. D. *expauerunt ranae.*

55) R. D. *lepores cum haec viderent, vnus illorum.*

56) R. D. *sequamur vitam, vt ceteri; feramus si quid acciderit, neque enim erit* cet. Sic fere V. B. nisi quod in Spec. doctr. legatur *accidit.* Ceterum notandum, apud eumdem passim ordinem verborum mutatum inueniri in hac fabula.

1) In R. U. addantur haec: *illud docet subjecta fabula.*

2) R. D. *partum.*

rum hoedum monuit 3), ne aperiret alicui, sciens, quod *) multae ferae stabula pecorum circumirent. Monuit et exinde abiit. Venit lupus, vocem assimilans 4) matris ac aperire jussit 5). At hoedus, per rimas adspiciens, sic ait: Vocem matris audio; sed tu fallax et 6) inimicus es, et sub matris ficta voce meum quaeris sanguinem. Abi ergo, non te intromittam. Sic qui monita parentum sequitur, cautior viuit 7).

---

11. Suspectus esse debet semper 8), qui aliquem laesit aliquando, sicut probat haec fabula 9).

PAUPER ET SERPENS.

(Append. Burm. F. XXXIII. Anon. Nil. F. LXV.)

In domo cujusdam pauperis venire 10) consueuerat serpens ad mensam ejus, et inde fouebatur ex micis 11), omniaque sibi prospere euenerunt 12). Non longo post tempore coepit pauper irasci serpenti, quem 13) securi vulnerauit. Interposito tempore ille ad egestatem pristinam 14) rediit. At vbi intellexit, fortuna serpentis se prius diuitem effectum, priusquam ab ipso vulneratus fuisset; poenituit [autem] et venit precans, vt ignosceret peccanti. Serpens antem contra eum sic ait: quia poenites, ignoscam sceleri tuo; sed dum etiam vulnus clausum fuerit, cicatrix tibi credere integra fide non

---

3) R. D. *ammonuit.*

*) R. U. *quia.*

4) R. D. *assimulans.*

5) verba *ac aperire j.* desunt in R. D. Idem mox habet, *et hoedus.*

6) *et* deficit in R. U. sed habet Anon. Nil.

7) R. D. *sub voce matris nostrum quaerens sanguinem. Sic qui monetur, caute viuit.*

8) Omissum est *semper* in R. D.

9) R. D. *prodit h. f.*

10) R. D. *venire semper c.*

11) R. U. *ad mensam venire, ejus inde fouebatur de micis.*

12) Desunt haec in R. D.

13) R. U. *et ipsum.*

14) R. D. *ad egestatem rediit;* R. U. *in pristinam e. r.*

permittit 15). Nam redeo **) tecum in gratiam, si obliuiscar securis perfidiam. Ita suspectus esse debet, qui aliquem laesit aliquando.

12. **Fraudatores cum mutuantur, fidedictores dant improbos 16), vt haec fabula narrat.**

CERVUS ET OVIS.

(Phaedr. L. I. F. XVI.)

Rogabat 17) ceruus ouem modium tritici, [restituere sibi] 18); die posito, in quo redderet 19), praesente et fidedicente lupo 20). Ouis ad praesens promisit, praesentia 21) inimici territa. Cum autem dies statuta venisset, petiuit ceruus solutionem. Ait ouis: tu quatis vngula campum, lupus vbi vult peragrat. Coacta timore inimici me debitam dixi; magna est vestra fallacia: ite, nil dabo 22).

Docet haec fabula, cautius quibusdam credere 23).

---

15) R. D. *At vbi intellexit, fortuna serpentis hoc accidisse, et causa illius diuitem fieri antequam ab illo laceraretur, venit deprecans, vt ignosceret peccanti. Contra sic serpens ait: Quia poeniteris, ignoscam sceleri tuo, sic dum cicatrix clausa erit, non credas integram fidem.*

**) R. U. *et redeam.* Hanc fabulam Phaedro adscribere non dubitat Nilantius ob loquendi formulas, *coepit irasci, interposito tempore, redeo tecum in gratiam*, quae plane Phaedri sunt.

16) Tò *improbos* deficit in R. D.

17) R. U. *petebat.* Phaedri versum 3. Rom. Div. retinuit integrum.

18) *sibi* omissum in R. U. sed narratio apud Phaedr. vult, vt verba *restituere sibi* ejiciantur.

19) R. U. *in quo sibi restituere deberet.*

20) Vitiose R. D. habet, *praesentem et ad fidem dicente lupo*; cf. Phaedr. vs. 4. Addit R. U. *certa die se soluturam.*

21) R. D. *prae sententia.*

22) R. D. *inimici territa. Cum ad eam veniret ceruus, ouis ceruo ait: Dies venit, quis reddet? Tu quatis vngula campum, lupus vbi vult, peragratur. Magnae sunt vestrae fallaciae.*

23) R. D. *caute quibuscumque credere.*

13. Qui sibi injuriam fecit, alio pulsante, irridendus 24) non est.

C A L V U S   E T   M U S C A.

(Phaedr. L. V. F. III. Anon. Nil. F. LXVI.)

Vt caluo fuit injuriosa musca, et nudum caput capillis assiduo 25) morsu 26) tundebat 27; ille sibi alapis non parcebat, volens iniquam 28) capere 29). Illa ridens plus faciebat, et caluus ad eam sic ait: mortem quaeris improba! Nam si mihi injuriam fecero, facile mecum redeo in gratiam; at si ego decies ictus semel te tetigero, peribis absque gratia 30).

Haec fabula monet injuriosos 31), qui sibi inimicos creant.

14. Quod tibi fieri non vis, alteri ne feceris. De hac ratione 32) istam nobis auctor posuit fabulam.

V U L P I S   E T   C I C O N I A.

(Phaedr. L. I. F. XXVI. Anon. Nil. F. LXIII.)

Vulpis 33) ad coenam ciconiam prior inuitauit 34) et posuit illi in catino sorbitionem liquidam 35, de qua satiari 36) non potuit. Esuriens domum rediit 37) ci-

24) R. U. *ridendus*; cf. Ph. vs. 3.

25) R. U. *assidue*,

26) R. U. *morsum*.

27) R. U. *dabot*.

28) Ita R. U. et Anon. Nil. R. D. *inimicom*.

29) Anon. Nil. *rapere*.

30) R. D *mortem quaeris improba! nam facile redeo meoum in gratiam, tu autem mea morieris alapa*.

31) R. D. *haec fabula de injuriosis*.

32) R. D. *Quod tibi non vis fieri, alio ne facias, de simulatione posuit nobis auctor fabulam*.

33) R. U. *vulpes*.

34) R. U. *inuitauerat*. Vide Phaedr. vs. 3. 4.

35) Phaedrus fab. cit. 4. 5.

36) R. U. *saturari*. Praeter R. D. *sotiari* habet Anon. Nil. cf. Ph. vs. 9.

37) *domum* deficit in R. D. Anon. Nil. *esuriens et verecunda*

conia. Post paucos dies et illa rogabat vulpem, vt veniret ad coenam, et sic ciconia fecisse dicitur: in lagena 38) vitrea posuit 39) lautiores simul escas. Prior coepit sumere ciconia, deinde hortatur vulpem: accipe, inquit 40). Statim vulpis injuriam sensit; at ciconia vulpi dixit: si bona dedisti, accipe bona; si dedignaris, ignoscere debes; nam par merces labori est. Et ita infatigatur injuria.

Cunctos monet haec fabula, qui verbis deludunt, vt nullus imposterum (imposturam) faciat. Neque si quis patitur, quod alteri fecit, irasci debet (cf. Ph. vs. 12.) 41).

---

15. De parum sapientibus sic 42) auctor dixit fabulam,

VULPIS AD PERSONAM TRAGICAM.

(Phaedr. L. I. F. VII. Nil. F. A. p. 134.)

Personam tragoedi *) lupus in agro inuenit, quam 43) semel et iterum vertit. O quanta species 44), ait, et cerebrum non habet 45).

Haec fabula de illis dicitur 46), *qui gloriam et honorem habent, prudentiam vero nullam* 47).

---

abiit c. pro quo Burmann. ad Phaedr. conjicit *iracunda.*

38) R. D. *ac in lagena*; R. U. habet *languena.*

39) R. D. *posuisse*; cf. Ph. fab. cit. vs. 7. 8.

40) Verba *accipe inquit*, deficiunt in R. D.

41) Totum hunc locum edidi e Romulo Ulmensi. R. D. eumdem ita exhibet: *et sic ciconia dixit vulpi: Si bona dedisti, accipe; si dedignaris, agnosce. Hoc de his dicitur, qui verbis fidem deludunt* (in MS. D. scriptum erat, *fidez bludunt*) *ita vero fatigantur injuria. Monet haec fabula, nulli facere imposturam.* Anonymus Nil. locum ita expressit: *Vulpis sensit injuriam. Et ait ei ciconia: dum bona dedisti, accipe; si dedignaris, ignosce. Nullum deridere alium; et qui verbis se deludunt, ita vere fatigantur injuria.*

42) *sic* abest in R. D.

*) Phaedr. vs. 1.

43) R. D. *Tragoedam semel et i. v.*

44) Phaedr. vs. 2.

45) Phaedr. vs. 2.

16. Ne quis de alienis magnum se proferat bonis **); suoque 48) modico potius oportet vt ornetur, ne turpis sit, cum expoliatur alieno 49): de hoc auctoris audi fabulam 50). (*Vincent.* ne quis de alienis bonis magnum se jactet.)

GRACULUS SUPERBUS ET PAVO.

(Phaedr. L. I. F. III. Anon. Nil. F. XXVI.)

Graculus 51) tumens superbia, et vanam audaciam sumens 52), pauonis pennas, quae ceciderant, sustulit seque illis ornauit 53), et contemnens suos 54) miscuit se gregi 55) pauonum. Illi 56) ignoto et impudenti pennas vi eripiunt 57), calcibus et morsibus (eum V. B.) fatigant. Semiuiuus ab eis relictus 58), et grauiter maleque 59) sauciatus redire timuit miser ad proprium suum genus ***), vbi tempore sui ornatus multos amicorum terruit injuriose. Vnus autem sui generis illi ait 60): dic nobis, si non erubesceres 61), vt et tuas

46) R. D. *haec de illis dicuntur*; cf. Phaedr. vs. 3.

47) R. D. *sensum autem non habent vllum*; Phaedr. vs. 4.

**) Phaedr. vs. 1.

48) R. U. *sed suo*; at v. Ph. vs. 2.

49) *alieno* deest in R. D.

50) R. D. *inde auctoris a. f.*

51) R. D. *gracculus.*

52) R. D. *tumens superbia et vana audacia, sumens pauonis pennas, quae c. s.* * Vincent. *gracculus pennas pauonum, quae ceciderant, sustulit.* Nil amplius; sed cf. Ph. vs. 4. 5.

53) R. D. *et se ornauit*; V. B. *et inde se ornauit.*

54) R. D. *et coepit contemnere suos.* Vid. Ph. vs. 6. V. B. *suosque contemnere coepit.*

55) R. D. *miscuitque se gregi p.* R. U. *in gregem*; sed v. Ph. vs. 7.

56) R. U. *illi vero*; V. *at illi.*

57) R. D. *pennas injuriosi* (V. B. *injuriose*) *eripiunt*; Ph. vs. 8.

58) R. D. *relictis.*

59) Ita R. D. in R. U. *maleque* deest. Sed V. B. *miserque semivivus ab eis relictus ad proprium genus redire timuit.*

***) Phaedr. vs. 10.

60) R. D. *vbi cum esset ornatus et multos injuriose terreret, tunc vnus ex illis ait illi.* V. B. *vbi cum esset ornatus multos injuriose terruit, tunc vnus ex his ait illi.*

61) R. U. *erubescis.*

vestes amasses, et quod natura dedit, hoc tibi sufficeret 62); nec ab aliis passus fuisses injuriam 63), nec a nobis pulsus fuisses 64), [hocque tibi bonum foret, si ad id vixisses contentus, quod habebas] 65).

---

17. Aliquanti, cum nihil sint, irascuntur melioribus, et grauiter minantur, qui nihil facere possunt 1).

MUSCA ET MULA.

(Phaedr. L. III. F. VI. Nil. F. A. p. 134.)

Musca sedit in temone 2) et mulae junctae, quam tarde, ambulas, ait? Ambula, nam pungo tibi ceruicem. Sic mula dixisse fertur: verba tua non pauesco, sed hujus, qui prima sella sedet 3), qui frenis 4) ora temperat 5), et loris iter flectit 6), flagello excusso; nobis potius hic timendus est. Tu autem insolens et vana, quae nihil aliquando vales fortioribus facere.

---

62) R. U. *si has vestes, quas natura dedit, amasses, tibi suffecissent*; V. B. *si vestes tuas, quas natura dedit, amasses, hae tibi sufficerent.* Cf. *Spec. hist.* cum *doctrin.*

63) R. D. *passus es.*

64) R. D. *pulsus es vel fuisses.*

65) Verba vncis inclusa recte desunt apud V. B. R. D. *hoc tibi bonum fuit, si ad quos habebas viueres.* Egregie seruauit Anonymus Nil. manum Phaedri in hac fabula. Vid. fab. c.

1) R. U. *minantur quae facere nequaquam possunt, sicut musca, quae* cet.

2) R. D. *timone.* Ph. vs. 1.

3) R. D. *sedit.* Ph. vs. 5.

4) R. D. *fraenis.*

5) R. U. *regit.*

6) R. D. *loris interflectitur*; cf. Ph. vs. 6. 7.

18. Quisquis se laudauerit, ad nihilum deuenit 7), vt hac docetur fabula 8); nam

FORMICA ET MUSCA.

(Phaedr. L. IV. F. XXIII. Anon. Nil. F. XXVII.)

Formica et musca contendebant acriter 9), quae melior illarum esset 10). Musca sic coepit prior *): num quid te nostris potes 11) comparare laudibus? vbi immolatur 12), exta primum 13) ego gusto; in capite regis sedeo **), et omnibus matronis oscula dulcia figo, de quibus rebus tibi nihil est 14). Formica vero 15) sic ait contra haec: tu diceris improba hominibus et bestiis esse 16), quae tuam laudas importunitatem 17). Num quid optata venis? Reges autem memoras 18), et matronas castas tu importune 19) adis 20), et omnia dicis tua esse, cum ***) vbicunque accedis 21) tu fu-

---

7) R. U. *ad nihilum saepe venit.*

8) haec deficiunt in R. U.

9) En integrum Phaedri versum! Vid. fab. cit. vs. 1.

10) R. D. *fuisset.*

*) Phaedr. vs. 2. V. B. *musca ait*; nil amplius.

11) R. U. et Anon. Nil. poteris; recte R. D. et Vincent. *potes.* Cf. Ph. vs. 3.

12) R. U. *nam vbi immolatur*; R. D. et V. *vbi immolantur exta*; at v. Ph. vs. 4.

13) R. U. *primo* Ph. vs. 4. Vincent. *prima.*

**) Phaedr. vs. 6.

14) R. D. et V. B. in Spec. doctrin. *de quibus rebus tu nihil.*

15) R. D. *et formica.*

16) R. U. *tu diceris improba pestis.*

17) R. D. *at tu laudas importunitatem tuam.* Vinc. *Formica ait, contra te hoc tu diceris, improba pestis* (Sp. doctr. *testis) laudas importunitate.*

18) R. U. *reges autem quos memoras*; R. D. *reges autem nominas*, sed praetuli *memoras*, quod Phaedri est.

19) In R. D. scriptum erat *infortune*, quod mutatum, fortasse a Gudio ad marginem, in *importune.* R. U. *importuna* habet.

20) Ita R. U. in R. D. legitur *ades*; apud Anon. Nilant. *adoras.*

***) R. D. *tum*, sed superscriptum a manu emendatrice *cum.*

21) in R. D. *accedis* deest.

geris 22); vndique importuna pellaris 23); quasi injuriosa abigaris 24). Aestate vales, bruma 25) veniente peris. Ego vero sum deliciosa 26), hyeme mihi secura sum, me incolumem habet domus 27), me gaudia sequuntur, tu cum ventoso flabello pelleris sordida 28).

Haec fabula litigiosorum et juriosorum (injuriosorum) est 29).

---

19. Qui semel fraude inclaruit, semper turpiter viuit 30). Etsi verum dicat, non illi creditur 31).

LUPUS ET VULPIS JUDICE SIMIO.

(Phaedr. L. I. F. X. Anon. Nil. F. XXVIII.)

Lupus arguebat 32) vulpem iratus furti crimine. Illa

---

22) R. U. *tu fugaris*; R. D. *effugaris.*

23) Sic legitur apud R. D. at R. U. habet *pelleris.*

24) R. U. *abigeris*; R. D. *abiceris.*

25) R. U. *bruina*; Anon. Nil. *pruina*; sed v. Ph. vs. 18.

26) R. U. et D. it. Anon. Nil. *delitiosa*; sed emendatum erat in R. D. a docta manu *deliciosa*, quod quam commode h. l. dicatur, viderint alii.

27) Reposui e Phaedri fab. vs. 20. *domus*, pro, *tempus*, quod legitur in vtroque Romulo, nullo sensu idoneo. Anonymus Nil. scripsit: *me incolomen habeo, tempus meum gaudia sequuntur.*

28) Anon. Nil. *cur ventilata a flabello pelleris sordida?* Vincentius posteriorem fabulae partem ita exhibet: „Nunquid optata venis, reges et Matronas quos nominas tu importuna adis, et tua omnia esse dicis cum vbi accedis fugaris vndique: quasi injuriosa abigeris Aestate vales bruma non appares. Ego vero delitiosa Hieme sum secura, meque sequuntur gaudia. Tu autem ventoso flabello repelleris sordida." Vid. *Spec. doctrin.* coll. *historial.*

29) R. D. *haec fabula litigiosorum est.* Additum erat, *dicis dico, laudas laudo.* Cf. Anon. Nil. in one.

30) Cf. Promyth. Ph. vs. 1. 2.

31) R. U. *Semper suspectus turpiter viuit. Etsi bene postea verum dixerit, non illi jam creditur, vt hoc testatur auctoris breuis fabula.*

32) *accusauit*, sed *arguebat* retinendum; Phaedr. vs. 4.

negabat 33), se esse ream. Tunc 34) judex sedit 35) simius justus 36), vt inter partes, quae vera essent, cognosceret 37). Contra illi caussas dicunt 38), nudant vtrimque 39) fraudes suas, et mutuo amborum dicunt crimina 40). Tunc justus et verax judex judicauit inter partes 41), et de libello sententiam legit talem 42): Tu, inquit, quaeris, quod non perdidisti; et te tamen credo aliquid surripuisse, quod bene negas in judicio 43). Sit ergo talis vestra abolitio discordiae, vt pares abeatis 44) concordes ambo, non integri. Nam qui fraudem consueuerunt, semper pessime viuunt suspecti 45).

---

20. Quibus serui seruiunt beniuoli, saepe illis ita reddunt merita domini sui, vt haec fabula narrat 1).

MUSTELA ET HOMO.

(Phaedr. L. I. F. XXII. Anon. Nil. F. XXIX.)

Mustela cum comprehenderet mures, homo eam cepit 2).

---

33) R. U. *negabat constanter, dicens, se non esse ream.* Cf. Phaedr. vs. 5.

34) *tunc* abest in R. U. sed habet Phaedrus.

35) R. U. *sedebat.* Vid. Ph. vs. 6.

36) R. D. *aequissimus et verax.*

37) R. D. *qui inter praesentes reum ignosceret.*

38) R. U. *illi caussas contra se dicunt.*

39) Deficit *vtrimque* in R. D.

40) R. D. *et vera sibi dicunt mutuo crimina.*

41) R. D. *inter partes eorum.*

42) *talem* omissum in R. D.

43) Cf. Phaedr. vs. 9. 10. R. U. *Tu, inquit, lupe quod quaeris n. p. attamen te credo vulpes aliquid surripuisse, quod tamen b. n. i. j.*

44) Forte ita legendum pro *habeatis*, quod est in R. U.

45) R. D. *Talis fit abolitio vestra, et pares exite concordes. Scitote omnes, quia qui fraudem assuetus est semper pessime vivet.* Plurima in hac fabula Anon. Nil. seruauit e Phaedro.

1) R. U. *Qui bene seruiunt, saepe luduntur, dum ex animo non seruiant, vt haec narrat fabula.*

2) R. U. *homo et ipsam cepit.*

Illa cum fugere vellet 3); rogo, inquit, vt 4) parcas mihi, quae molestis muribus 5) semper purgaui domum 6). At ille ad eam sic locutus est 7): non caussa mea facis 8); nam gratam te haberem 9), si pro me fecisses, et ego veniam dedissem tibi 10). Nam ideo mures necas, vt comedas reliquias nostras, quas illae (illi) fuerant rosurae (i). Tu totum deuoras et omnia tecum deportas. Nolo mihi imputes beneficium. Dixit, et innocuam morti dedit 11).

---

21. Potentem si 12) quis pauper vult imitari, crepat. De hac re auctor talem posuit fabulam. (*Vincentius*: Contra pauperem superbum.)

RANA RUPTA ET BOS.

(Phaedr. L. I. F. XXIV. Anon. Nil. XXXIII.)

In prato quaedam *) rana vidit pascentem bouem. Quae putans 13) se posse fieri talem 14) inflatione rugosae pellis 15); inflans se 16) natos suos interrogauit 17):

---

3) R. U. *illa cum aufugere non posset, dixit illi.*

4) vt abest in R. U.

5) R. D. *quae a molestis semper p. d.*

6) R. U. *domum suam*; cf. Phaedr. vs. 3.

7) R. U. *at ille dixit.*

8) R. U. *hoc fecisti*; cf. Ph. vs. 4.

9) Ita vterque Romul. Anon. Nil. *gratum haberem et darem tibi veniam.*

10) R. U. *veniam namque tibi dedissem.* Vid. Ph. vs. 5.

11) R. U. *Nam mures necasti, vt tibi cibus essent, et quas ipsi rosuri erant, nostras reliquias tu deuorares, imo et omnia tecum deportares. Nam non erat tibi animus, vt isti.* Comparabis Phaedri fab. cit. vs. 6—9.

12) R. D. *cum.* Cf. Promyth. Phaedri vs. 1. fab. cit.

*) Vincent. *quodam.*

13) R. U. et Vinc. *putabat*, omisso τῷ *quae.*

14) R. D. *se fieri talem.*

15) R. U. *si rugosam pellem inflaret*; V. B. *si rugosam impleret p.*

16) R. D. *inflauit se pro viribus*, quae omissa sunt in R. U. At V. B. *inflans se natos s. i.*

17) R. U. *at natos suos.*

sumne ipsa quantus bos 18)? dixerunt: non. Iterum se inflauit potius, et dixit suis, quod modo. Responderunt: nihil simile. Tertio cum se inflaret, rupta pelle mortua est. Ideo vulgo dicitur: noli te inflare, ne crepes 19).

Explicit Liber secundus.

18) R. U. *sumne ipsa quantus est bos?* R. D. *sum ipsa quantus bos?* V. B. *sum ipsa quanta bos.* Mox R. D. et U. it. V. B. in *Sp. hist. quid modo?* Sed praetuli Vincentii *quod modo.* Vid. ej. *Sp. doctrin.*

19) R. D. *Ideo hoc exemplo cautus esto, quisquis supra vires tuas agere conaris, et noli te inflare, ne crepes.* Lectionem receptam invenias quoque apud V. B.

Incipit Liber tertius. 20)

1. Debent potentes gratiam reddere miseris 21). Etsi longum transeat tempus 22), recipientes gratiam obliuisci non debent 23). Et sic 24) factum esse, probat 25) haec fabula.

LEO ET PASTOR.

(App. Burm. F. XV. Anon. Nil. F. XXXV. Rom. Nil. F. XXV.)

In silua cum erraret leo festinans, in stirpem calcauit 26). Collecta intus sanie claudicare coepit. Fera 27) pastori cum occurreret, cauda 28) sua blandiri 29) coepit, suspenso pede 30). Perturbatus vero pastor vt leonem ad se venire vidit 31), pecudes ei objecit. Leo, non escam quaerens, sed potius ab illo medicinas petens, pastoris in sinum posuit pedem 32). Pastor vt vidit vulnus et magnam contusionem, quid leo vellet animo deuoluit, et ingeniose cum acuta subula paullatim vulnus aperuit 33). Patefacta est contusio effluxeruntque simul stirps et sanies 34). Inde se leo curatum sensit 35), et

---

20) R. U. *incipit textus de libro tertio fabularum Esopi, viri clari atque ingeniosi.*

21) R. D. *debent potentes reddere, etsi* cet.

22) R. D. *longum sit tempus.*

23) R. D. *obliuio esse non debet.*

24) Eamdem historiam narrat *Gellius* L. V. C. 14. R. D. *nam sic.*

25) R. U. *nobis probat.*

26) R. D. *stipem calcauit*, sed docta manus notauerat ad marginem: lege *spinam*; quod legitur apud Anon. Nil. At Rom. Nil. habet, *in spinam calcauit.*

27) R. U. *ferus autem leo.*

28) R. U. *sibi cauda.*

29) R. D. *blandire.*

30) R. D. *suspenso interim pede.*

31) R. D. *tudit.*

32) R. D. *pecudes ei objecit, putans, leonem escam quaerere, sed potius ab illo medicinam quaerebat. Nec moratus pastoris in sinu p. p.*

33) R. D. *contusionem, tunc memor sui inuenit ingenium. Sumpsit autem subulam et paulatim aperuit vulnus.*

34) R. D. *patefacta est contusio, simul et stipe effusa.*

35) R. D. *leo sensit refrigerium.*

pro pretio medicinae manum pastoris lingua linxit, et assedit lateri ejus, Paulisper resumpsit vires 36) et abiit incolumis. Post aliquantum tempus leo ipse capitur, vt esset 37) in arena amphitheatri 38) et curreret ibi 39). Pastor, crimine oppressus, datur ad bestias eo loco 40), vbi leo missus est. Pastor in arena dimittitur, at leo foras ad illum 41). Leo vero dimissus cum impetu veniebat 42), et paulatim ambulauit, quousque ad pastorem venit. Quem cum vidisset, agnouit, et oculos 43) cum ingenti rugitu ad populum leuauit 44). Deinde circumiit podium 45), et rediens 46) bestiario assedit. Inuitat eum, redire ad sua, et non reliquit hominem. Intellexit pastor, leonem sui causa diutius stare; suspicatur, illum esse, cui jam olim 47) in silua notus fuit, cui et 48) contusionem aperuerat. Ambo autem et pastor et leo dimittuntur, vt recedant 49); at leo 50) non recessit, sed defendit pastorem 51). Populus vt haec vidit, mirari coepit 52) causamque de bestiario quaerunt: cumque caussam reddidisset 53) populo, omnes suffragio magno petunt illis indulgentiam, et dimissi sunt simul, leo ad siluam et pastor ad sua propria. Hoc notum debet esse, vt omnes homines benefactoribus reddant bonas grates 54).

---

36) R. D. *resumpsit virtutem*; R. U. *assumsit vires*.

37) R. U. *sit*.

38) deficit in R. D. *amphitheatri*.

39) R. D. vitiose, *et cum ederet ibi*; R. U. *currat*.

40) R. D. *eo in loco*.

41) R. D. *dimittitur, et leo foris*.

42) R. D. *Leo cum impetu veniebat dimissusque paulatim* cet.

43) R. U. *oculos et vultum*.

44) R. U. *lauauit*.

45) R. U. *deinde circa populum resiliens*.

46) deest hoc verbum in R. U.

47) in R. D. *olim* omissum est.

48) *et* deficit in R. U.

49) R. D. *dimittitur vnus et alter, vt recederet*.

50) R. D. *ille autem*.

51) R. D. *eum*.

52) R. U. *populus vt vidit miratur*.

53) R. U. *redderet*.

54) R. D. *vt omnes homines bonas sibi reddant inuicem gratias*.

2. Quicunque artem ignorant, illi se perdunt 1) sicut haec fabula refert 2).

LEO ET EQUUS.

(Romul. Nilant. F. XXVI.)

Equum pascentem vidit leo fortissimus in prato; hunc vero vt frangeret, se subtiliter approximauit 3), veluti 4) familiaris, qui se diceret medicum. Equus praesensit 5) dolum, sed tamen 6) non repudiauit officium 7). Denique vt ventum est ad locum 8), inuenit cito ingenium 9). Finxit se stirpem calcatam habere 10), leuato pede. Frater, inquit, succurre; gratulor, quia venisti, liberare me 11); nam in stirpem calcaui 12). Leo patiens accessit 13), fraudem dissimulans 14), stirpem extracturus **), cui velociter equus calces turbulentes 15) dedit. Cadit corpus hostile 16), et jacuit 17) in terra diutius; at vbi memor sui factus ***), nusquam vidit equum, intelligensque, caput et faciem et toto corpore se esse laesum 18): digne haec passus sum, ait, qui semper lenis 19) veniebam. Atque nunc quasi familiaris et medicus fallax accessi 20), qui inimicus, vt con-

1) R. D. *produnt, sic nobis haec.*

2) R. U.

3) R. D. *vt subtiliter falleret, se ei aproximauit.*

4) R. U. *ac veluti.*

5) R. U. *persensit.*

6) In R. U. deficit *tamen.*

7) Haec locutio Phaedri est, cf. L. I. F. XXIX. 5. 6.

8) R. U. *tamen mente ad locum inuenit cito ingenium.*

9) Hac loquendi formula vtitur quoque Romulus Nilantii.

10) R. D. *stipem calcatum.*

11) R. D. *libera me.*

12) R. D. *quia stippem calcaui.*

13) R. D. *leo quasi patiens a.*

14) R. U. *dissimilans.*

**) desunt haec in R. D.

15) R. D. *turbulentos.*

16) Cf. Phaedri L. I. XI. 8. R. U. *corpus hostile leonis.*

17) R. U. *jacuit amens.*

***) R. U. *vbi vires resumpsit, memor sui fuctus.*

18) R. U. *intellexit, caput et faciem et totum se laesum fuisse et ait.*

19) R. U. *lenius.*

20) R. U. *huic etiam medicus fallax et familiaris accessit.*

sueueram 21) venire debui. Ideo, quisquis haec audis, quod es, esto, et mentiri noli ****).

---

3. De temporibus et fortunis audi fabulam 22). Qui se sciunt esse felices, nulli faciant injuriam, dubiamque meminerint 23) esse fortunae rotam 24), vt haec fabula narrat.

EQUUS ET ASINUS.

(Anon. Nil. F. XXXVII. Append. Burm. F. XVII.)

Equus quidam, ornatus freno ex auro et argento, sella et nacco 25) pretioso, satis decorum membris jumentum, occurrit asino in angusto loco 26), longe venienti 27) et onusto, et quia illi transeunti asinus tardius dederat viam 28), eo quod ex itinere lassus erat 29), dixisse equus asino fertur: Nisi me satis continerem, te calcibus rumperem 30), qui obuianti mihi non cessisti 31), aut stetisti, dum transirem 32). Terrore illius et superbia 33) tacuit miser asellus, et cum gemitu testatur

---

21) *vt consueueram* deficit in R. U.

****) Verba *quisquis haec audis*, omissa sunt in R. U.

22) R. D. *audiamus scriptam fabulam.*

23) R. U. *meminerit.*

24) R. D. *dubiumque esse meminerint, quicquid est in fortuna positum.*

25) *Naccum* s. *nactus*, vel *nactum* est stragulum, quo totus equus insternitur: de quo vberius disputat *du Fresne* in Gloss. T. IV. p. n. 34. Mox legitur in R. U. *decorus membris juuenta.*

26) R. D. *angusto*; R. U. *angusto loco.*

27) R. D. *de longe venienti.*

28) In R. U. deficit *transeunti*; in R. D. vox *asinus*. Hygin. F. 67. *satellites cum viam regi dari juberent*, qui locus Nilantio debetur.

29) R. D. *lassatus erat.*

30) Ita reposui e Vincentio. R. D. *satis me, inquit, teneo. Nam te calcibus rumperem*; R. U. *satis me inquit teneo, ne te rumpam.*

31) R. D. *redisti.*

32) Desunt verba, *dum transirem* in R. D. sed habet R. U. apud quem legitur, *et stares dum transirem.*

33) R. D. *superbiae caussa.*

deos. Deinde non longo post tempore equus, ruptus currendo, nullam jam habens diligentiam, macer effectus est. Jubet dominus, vt ducatur ad villam, et portet 34) stercus in agros. Accipit *) ornamenta rustica, et onustus ibat per semitas. Asellus ille, in prato pascens, agnouit 35) equum jam infelicem, quem tali sono increpat: quid tibi profuerunt illa ornamenta pretiosa, vt 36) talem sumeres audaciam 37)?

Ammonet omnes haec fabula, ne quis in potestate sua velit alios terrere 38).

---

34) R. U. *vt portaret.*

*) R. U. *accepit equus.*

35) R. U. *cognouit.*

36) R. U. *vt contra me.*

37) R. D. *haberes audaciam.* Post vocem *audaciam* in R. U. sequuntur haec: *nunc et tu nostris fungere rusticanis officiis. Vbi nunc est tua audacia? vbi sella? vbi nitor ille aureus? vbi corporis decor, in maciem conuersus? omnia bona conuersa sunt in infelicitatem. Monet haec fabula, potentem non despicere pauperem tempore felicitatis, ne incidat in morsibus malorum.* Placuit h. l. subjungere fabulam e Vincentio: „Equus quidam, ornatus freno ex argento et auro, sellaque decora, occurrit asino in angusto, de longe venienti et onusto. Et quia illi transeunti tardius dederit viam, eo quod itinere lassus erat, dixit equus: nisi me satis continerem, te calcibus rumperem, qui obvianti mihi non cessisti, aut stetisti, vt transirem. Terrore igitur et superbia illius tacuit et ingemuit miser Asellus; nec multo post equus, currendo ruptus ac macer effectus, jussu domini sui ad villam ductus est, vt agris portaret stercus, acceptisque rusticis ornamentis per semitam ibat onustus: quem jam infelicem in prato pascens ille cognouit asellus, talique sono increpauit; quid tibi profuerunt ornamenta illa pretiosa, vt talem haberes audaciam? nunc et tu nostris vtere nobiscum rusticis officiis.“ Cf. Vincentii *Spec. histor. et doctrin.*

38) Scriptum erat in R. D. pro, *alios*, *aliquos*; sed correxit docta manus ad marginem, *alios.*

4. De bilinguis (bilinguibus) hominibus Aesopus 39) talem composuit fabulem. (*Vincentius:* Contra illos, qui a suis infideliter transeunt ad alienos.)

VOLUCRES, QUADRUPEDES ET VESPERTILIO.

(Anon. Nil. F. XXXVIII. Rom. Nil. F. XXVII. App. Burm. F. XVIII.)

Qui se duabus partibus obnoxium commiserit, hic et illic ingratus viuit, et reus erit potius sibi **). Quadrupedes cum auibus bellum magnum gerebant, et nulla pars alteri 40) cedebat, sed fortiter ac diu pugnabant 41). At vespertilio, dubio 42) et graues euentus timens, quia superior erat et magna acies quadrupedum, contulit se ad eosdem quasi ad victores 43). Subito veniens aquila, in manu Martis dextram agens 44), alas vibrauit, et volucribus se miscuit. Cesserunt 45) quadrupedes, et stetit victoria auium, reuersique sunt ad pristinam pacem aues et quadrupedes 46). Vespertilio vero sententia auium damnatur 47), eo quod suos reliquerat, vt lucem fugiat semper, exspoliatusque est plumis, vt noctibus volet nudus. Sic itaque oportet vt puniantur 48), qui ad alios vadunt 49), et suos relinquunt.

---

39) R. U. *Aesopus auctor.*

**) Hic locus apud Vincentium exstat in fine fabulae.

40) R. D. *aliis.* V. B. *alii.*

41) Sic edidi e V. B. Sed R. D. et U. *pugnabant fortiter, moras quidem multas facientes.*

42) R. U. *multos et graues;* R. D. *dubius et graues;* sed *dubios* legendum ex Anon. Nil. et V. B. in Spec. doctr. nam in historiali est, *dubius.*

43) R. D. et V. B. *quasi cum vincentibus.*

44) R. D. vitiose, *in manu Martis dextera exinde vibrauit alas.* In Romulo Nil. legas, *aquila cum adjutorio Martis adueniente.* Totus locus de Marte deest in V. B.

45) R. D. *cessabant.* V. B. *cedentibus quadrupedibus stetit v. a.*

46) R. U. *cesserunt et concordati sunt quadrupedes cum auibus, in pristinam pacem redeuntes.*

47) R. U. *condemnatus est;* V. B. *damnatus.*

48) R. D. *patiantur.*

49) Totus hic locus desideratur apud V. B. In R. U. legas; *qui alios volunt.*

5. Qui aliis insidiatur, oportet vt ipse 1) timeat, ne eum sua praeueniatur malitia *), vt hic narratur.

LUSCINIA, ACCIPITER ET AUCEPS.

(Anon. Nil. F. XXXIX. Rom. Nil. F. XXVIII. Append. Burm. F. XVIII.)

In nido lusciniae cum sederet accipiter, vt specularetur auritum 2), paruos illic inuenit pullos. Superuenit cito luscinia 3), et rogauit 4), parcere pullis suis 5). Faciam, quod vis, inquit, si bene mihi cantaueris. At illa quamuis animus excideret 6), tamen, metu coacta, et pauens et dolore plena cantauit. Accipiter, qui praedam inuenerat, non bene cantasti, inquit, et apprehendens 7) vnum de pullis deuorare coepit 8). Tunc ex diuerso 9) quidam auceps venit, et calamo lento leuato 10) accipitrem contractum visco 11), in terram dejecit 12).

Sic qui aliis insidiatur 13) timere debet, ne capiatur.

---

1) R. U. *vt et ipse.*

*) R. D. *ne eum sua praeueniat malitia.*

2) Sic legendum ex Anon. Nilant. pro *auras*, quod est in R. D. et U. et V. B. Recte intelligit Nilantius leporem, his partibus corporis insignem. Leporem ab aquila oppressum, memorat Phaedrus L. I. F. IX. 3. 4. Idem asinum appellat *auritulum* L. I. F. XI. 6.

3) R. U. *licinia.*

4) Vincent. et R. D. *rogabat.*

5) Cf. Phaedr. L. I. XXII. 2. L. III. F. II. 15.

6) Vinc. *exciderit*; R. D. *excederet.* Aliter Anon. Nilant. quem vide coll. Nilant. Notis.

7) R. U. *apprehendit — ac d. e.* V. B. in Sp. doctr. *prenditque v. d. p. et d. i.*

8) Ita dixit more Phaedri.

9) Omissum est *tunc* in R. D. V. B. *e diuerso autem.*

10) Corrupte R. D. *et calamis lentoue luto*; Anon. Nil. *calamo silenter leuato.* Sic legitur in R. U. et D. itam Vincentio.

11) R. U. *calamo silentio leuato*; Vincent. *calamo lento levans.* Anon. Nil. habet, *accipitre contracto visco*, pro quo legi vult Nil. *accipitre contacto visco.* Equidem mallem, *accipitrem contactum visco*

12) Vinc. *stravit*; R. D. *demersit.*

13) R. U. *Sic qui aliis insi-*

6. **Bonos et malos fortuna juuat. Quos autem non juuat, quare aemulantur, et contra fortunatos liuorem in corde gestant. Hos postmodum sua subuertit malitia 14). Contra quos auctor talem composuit fabulam.**

LUPUS, VULPIS ET PASTOR.

(Anon. Nil. F. XL. Append. Burm. F. XX.)

Lupus praedam multam in cubili 15) congregauerat per tempus, vt plures menses haberet, quo posset delicatius 16) viuere. Vulpis vt haec agnouit, venit ad ejus cubile, aemula *) ejus, et dixit lupo: quia non vidi te per tot dies, merito tristis fui 17), et quia non visitasti me 18). Cui lupus, vt agnouit liuorem, ait: Non de me 19) sollicita venisti, sed vt aliqua rapias: non tu 20) grata es, quia venisti; scio enim 21), te fraudem petere. His verbis irata vulpis, pastorem ouium adiit. Ages 22) mihi gratias, inquit, si tibi inimicum gregis tui in manus hodie tradidero, vt jam non sis sollicitus? Pastor ait: ego seruiam tibi, et tribuam quicquid volueris 23).

---

diabotur, non cauit, ideo captus est. Nam qui cauet, vix cauet, dum cauet, et (qui) *couisse ratus est, saepe is cautor captus est.*

14) Ita locum exhibet R. D. Fortasse dicere voluit, *quos autem non juuat, ii ea re aemulantur et* cet. In R. U. locus ita expressus est: *Bonus et malos fortuna juuat, et quos non juuat, hos aemulatur. Et qui contra fortunotos liuorem in corde gestant, sua eos subuertit malitio.*

15) Hocce vocabulum Phaedro sollemne de ferarum latibulis. Vid. I. XIX. 9. II. IV. 12. et alibi.

16) R. D. *deliciatus*; R. U. *delicatus*; at *delicatius* legas ap. Romul. Rimic. quem laudat Nilant. F. A. p. 35.

*) Anon. Nil. *tremula inquit voce*, quem sequitur Burm. l. c. Append.

17) R. D. *quia meo merito non vidi te per tot dies, tristis fui.*

18) R. U. *quia non peragrasti mecum*; R. Rimic. ap. Nil. l. c. *ea quod non peregrinasti mecum.*

19) Ita quoque Anon. Nil. R. U. *non ad me s. v.*

20) deest *tu* in R. U.

21) deficit *enim* in R. U.

22) R. U. *agis.*

23) Sic reposui ex Anon. Nil. sed R. D. habet, *et tribuam, si quid volueris*; R. U. *et si quid volueris tibi tradidero.*

Tunc clausum illa 24) ostendit lupum, quem lancea ille peremit 25), et aemula vulpis se de alieno satiauit 26). Deinde ipsa in venatorem cum incidisset 27) comprehensa **) a canibus atque laniata sic ait: jam ego male 28) feci, et modo pereo 29), quia alterum laesi.

Sic homines timere debent, ne quem laedant et deterius eis contingat 30).

---

7. Aliquando laudamus inutilia; vituperamus bona 31). (*Vincentius*: Contra eos, qui laudant sibi inutilia, et vituperant vtilia.)

CERVUS AD FONTEM.

(Phaedr. L. I. F. XII. Anon Nil. F. LXI. Romul. Nil. F. XXIX.)

Ceruus, bibens de fonte, sua cornua magna vt vidit, nimium laudare coepit, crura vero tenuia 32) vituperauit. Quod cum faceret 33), venatoris vocem audiuit, et canes repente latrare. Fuga ceruus per campum dicitur euasisse molossos 34. At vbi silua eum suscepit, magnitudo cornuum 35) venantibus 36) eum retinuit. Tunc

---

24) R. D. *ille*.

25) Anon. Nil. *protinus peremit*, coll. Ph. IV. XVIII. 4.

26) In R. D. deest *vulpis*; R. U. *aemula vulpes se de alieno saturauit*.

27) R. U. *incideret*.

**) R. U. *deprehensa*. Cf. Ph. L. I. XII. 11.

28) R. D. *mala*.

29) R. D. *et male modo pereo*.

30) R. D. *ne aliquem laedant*, omissis iis, quae sequuntur.

31) R. U. *et vituperamus*. In R. D. addita sunt haec: *et quae necessariora sunt*.

32) R. D. *tenua*.

33) Sic edidi e Vinc. R. D. *Cum haec ceruus ad fontem faceret*; R. U. *videret*.

34) Corrupte R. D. *molos*. *Molossi* h. l. absolute ponuntur pro canibus, vt ap. Virg. G. III. 405. et Lucan. IV. 440. Canes autem Molossi ex Epiro cum venationi, tum gregum curae adhiberi solebant. Vid. *Heyne* ad Virgil. l. c. R. U. habet *inimicos*. Vinc. Bellov. *canes repente latrare audiens, fuga per campum euasit*.

35) R. D. *cornuorum*. V. B. *magnitudo illa c*.

36) R. U. *venatibus*.

mortem suam videns ait: quae mihi erant 37) vtilia vituperaui, et deceptiosa 38) laudaui.

Sic et nos laudamus saepe inutilia, et vituperamus bona 39).

8. De personis feminarum auctor proposuit fabulam 40).

DE JUNONE, VENERE ET ALIIS FEMINIS.

(Nil. Fabb. Ant. p. 157.)

Diis deabusque praesentibus Juno laudabat *) castitatem. Persuadebat 41), melius esse, vt femina vni viro 42) esset conjuncta, proprioque suo sufficeret. At **) Venus jocandi caussa interposuit gallinarum dicta. Cum interrogaret patientem et taciturnam domesticam suam gallinam, quanto posset satiari cibo? illa ***) dixit: quodcumque accepero, abundat mihi, et e contra scalpo. Venus contra 43) huic gallinae dicitur coram ipsis dixisse: ne scalpas 44), do modium tritici. At gallina 45) sic ait Veneri: si horreum mihi patefacias, tamen scalpo 46). Vbi risisse dicitur Juno dictum Veneris a gallina 47), per qua 48) agnouerunt Dii, feminis fieri similia. Sic deinde Jupiter coepit multa addere et dicere ****): femina nulla se importuno negabit 49).

37) Ita recte R. D. et V. B. R. U. *fuerunt.*

38) i. e. fraudulenta. De hac voce v. *du Fresne* Glossar. T. II. p. 1332. Vincent. habet *deceptuosa.*

39) Recte desunt haec apud V. B. R. U. *laudamus ergo vtilia*; nil amplius.

40) R. U. *posuit.*

*) R. D. *laudauit.*

41) R. D. *eamque persuadebat et melius esse.*

42) In R. D. deficit *viro.*

**) R. D. *Sic Venus.*

***) R. U. *at illa dixit.*

43) R. U. *e contra.*

44) R. U. *ne scalpes.*

45) R. D. *et gallina.*

46) R. D. *scalpam.*

47) Ita Romul. U. et D. In Romulo Nil. p. 137. est, *ad quod dictum Juno risisse dicitur.*

48) R. D. *per quae.*

****) *et dicere* abest in R. U.

49) R. U. *Sic deinde Jupiter multas coepit adire feminas: nulla se importuno negabit.*

Deinde et Venus cum Marte et cum Vulcano, et vt potuerunt ceterae multae 50). Sic et hodie plures feminae didicerunt maritis imponere 51).

---

9. Casta est illa mulier, quae importunum non patitur, sicut auctor 1) hujus tituli prosequitur 2) fabulam.

FEMINA ET MILES.

(Romul. Nil. F. XXX.)

Femina, quae amiserat virum, contulit se ad Mausoleum 3), vbi maritus erat positus, vt lugubres ibi 4) ageret dies. Contigit interea 5), vt aliquis peccasset, et de lege accepit sententiam, et suspensus est in cruce 6). Custos illi ponitur miles, ne a suis noctu subtraheretur 7). Qui cum eum (eam) obseruaret, siti fatigatus post voces accessit ad Mausoleum 8), aquae pusillum ro-

---

50) R. D. *Deinde et Venus cum Marte inde et cum Vulcano*; at pro, *ceterae multae*, in R. U. legitur, *exterae multae*.

51) Romulus Nilant. *maritis silentium imponere*. Hanc fabulam sub finem, post verba, *Juno risisse dicitur*, valde esse interpolatam, quis est, qui non videat? In Romulo Nil. non pauca desunt, quae in vtroque Romulo inueniri antecedentia docent. Post verba enim, *ad quod dictum Juno risisse dicitur*, statim adduntur haec: *Sic enim hodie plures feminae dicerunt m. i.* Certe melius cohaeret fabula, si pannus iste assutus abjiciatur.

1) R. D. *vnde sic auctor*.

2) R. D. *prosequetur*.

3) Notat ad h. v. quae h. l. capienda est pro sepulcro, (*du Fresne* sub *mauseolum*, *mausoleum* T. IV. p. 614.) Nilantius F. A. p. 112. „*Rimicii Romulus non parum sibi indulget tam peregrina voce, nescio an ex malo intellectu mausolei*." Conjicit autem pro, *nnisibulum*, quod erat in suo Romulo, *vestibulum*, ad quam vocem lege, quae obseruat vir doctus l. c.

4) R. D. *illic*.

5) *interea* deest in R. U.

6) *vt suspenderetur in cruce*.

7) R. D. *furaretur*.

8) R. D. *Qui cum obseruaretur per vices, siti fatigatus accessit ad Mausoleum*.

gans. Accepit, bibit et exinde abiit 9). Cumque ille videret feminam pulchram, rediens consolatur eam 10). Iterum sic fecit et tertio. Dum illuc saepe ab amica vocatur 11), subtrahitur ille, qui in cruce pendebat. Miles rediens non inuenit cruci datum 12), confugiensque ad pedes mulieris anxius volutare se coepit 13), quae illi sic ait 14). Quid agam? quid vis faciam *)? At ille: subueni, inquit, mihi; a te quaero consilium 15). Illa misericors facta **) militi maritum de loco leuauit, et in cruce noctu suspendit 16). Celatur furtiuum facinus 17). Misericordia pro tanta militi oportuit officiari mulierem 18). Mulier non erubuit obsequi officioso 19), et quae jam casta dudum fuit, scelus vtrumque admisit. Habent ergo mortui, quod doleant, et viui, quod timeant 20).

---

9) R. U. *exinde ipse abiit.*

10) R. U. *et quia illic videret feminam, rediit et consolatur eam iterum.*

11) R. U. *et dum saepe conuenit.*

12) R. U. *cruciatum.*

13) deest *anxius* in R. D.

14) R. D. *Cui sic ait.*

*) R. D. *quid agam*, vel *quid faciam?*

15) Rom. Nil. *auxilium.*

**) R. U. *facta est militi.*

16) R. U. *in crucem nocte.*

17) R. D. *celatum f. f.*

18) R. D. vitiose, *misericordia pro tanta quia miles potuit officiari mulieri.* Ita enim male cohaeret oratio; et constructio verbi *officiare* cum accusatiuo, apud scriptores medii aeui vsitatior. Quid sit *officiare* et *officiari*, forma passiua, docere potest *du Fresne* Glossar. T. IV. p. 1331. sq. sed h. l. sensu obsceno capiendum. Forte etiam legendum *officiare mulierem*; ignorant enim scriptores medii aeui verbum deponens, *officiari.*

19) R. D. *mulier non erubuit de officio suo.*

20) R. D. *habeant mortui quod doleant*; Rom. Nil. *habent homines mortui, quod timeant post mortem, et non quod doleant.*

10. De meretricibus auctor nobis talem refert fabulam, quia impuderatae 21) feminae per ingenium imponunt viris injuriam 22).

MERETRIX ET JUVENIS.

(Romul. Nil. F. XXXI.)

Quaedam meretrix, quae erat perfida, multis cum blandiretur, inuenit 23), quem saepe afflixerat injuriis, et facilem se praebuit propter vsum. Deinde mulier sic ad eum dixit: Licet multi muneribus super me contendant; ego tamen 24) satis te amo et plus aliis omnibus te diligo 25). At juuenis memor 26), quotiens ab ea deceptus fuerit 27), tamen benigne respondit. Et ego 28), inquit, te 29), mea lux, non quod mihi fidem seruaueris 30), sed quod mihi jucunda es. Sic verbis se deluserunt 31). Nam simplices homines sic expoliantur 32).

---

21) R. U. *impudoratae*, i. e. inuerecundae. Vtraque forma obuia. Vide *du Fresne* l. c. T. III. p. 1350.

22) R. D. *per ingenium se imponunt viris*.

23) R. D. *juueni, quem saepe afflixerat injuriis, et ille facile se praebuisset propter vsum, mulier sic ad eum dixit.*

24) R. D. *ego vero.*

25) R. D. *satis te amo et plus diligo.*

26) R. D. *et j. m.*

27) R. U. *fuit.*

28) R. D. *ergo.*

29) R. D. *tu mea lux.*

30) R. U. *serues.*

31) Ita quoque Romul. Nil. R. U. *se mutuo d.*

32) R. D. *nam simplices homines, et si forte nudos inuenerint, sic expoliant.* Rom. Nil. *perfidi et fallaces homines simplices et innocentes homines suis bonis expoliant.*

11. Quosdam minores saepe 33) oportet domare, quia 34) majores difficile domare est.

PATER ET FILIUS SAEVUS.

(Nil. F. A. p. 137.)

Quidam Paterfamilias saeuum filium habebat. Nam foris 35) quotidie manebat, et serui pro eo vapulabant. Tunc sic herus ait seruis per fabulam 36): Quidam homo rusticus junxit vitulum majori boui; vitulus vero calce et cornibus ejiciebat jugum a ceruice. Bouem vero cum contereret vitulus 37), rusticus boui sic dixisse fertur *). Non vt laboretis 38), inquit, vos 39) jungo, sed domitare volo minorem. Nam calcibus vagis 40) et cornu 41) cum aliquem 42) laeserit, lapidibus et fustibus debilitabitur **). Ita 43) oportet quemquam filios suos minores 44) domare.

12. De duobus malis auctor talem subjecit fabulam: malus pejorem non laedit, nec iniquus iniquum superat 45).

VIPERA ET LIMA.

(Anon. Nil. F. XLII. Phaedr. L. IV. F. VIII.)

In officinam 46) cujusdam fabri introisse dicitur vipera.

---

33) R. U. *sic oportet d.* Rom. Nil. *minores oportet d.*

34) R. U. *quoniam.*

35) R. U. *foras.*

36) R. D. *Tunc sic auctor ait per fabulam.*

37) R. D. *terreret*; Rom. Nil. *contunderet.*

*) R. U. *rusticus boui sic ait.*

38) R. D. *non vt labores*; at *laboretis* habet praeter R. U. etiam Rom. Nil.

39) R. D. *te jungo.*

40) R. U. *per calces vagas.*

41) R. U. *cornua.*

42) R. D. *aliquos.*

**) R. D. *debilitatur.*

43) R. U. *sic.*

44) deficit *minores* in R. U.

45) Additur in R. U. *et durus duro non adhaeret.*

46) R. U. et Anon. Nilant. *officina.* Cujus etsi multa exempla collegit *Munckerus* ad

Dum quaereret aliquid ciborum 47), rodere coepit limam. Tunc lima ridens 48) ait ad viperam: Quid vis, improba, tuos laedere dentes 49)? Ipsa sum, quae consueui omne ferrum rodere 50). Sed et si quid forte fuerit 51) asperum, fricando facio lene; quae si angulum tersero 52), si quid ibi est, praecido 53). Ideo cum acriore nihil 54) certandum est.

---

15. Defensorem et patronum non expedit relinquere. De hoc auctor talem fabulam dixit.

OVES ET LUPI.

(Anon. Nil. F. XLIII. Rom. Nil. F. XXXII. App. Burm. F. XXI.)

Oues et lupi inter se bellum gerebant, ita vt nulla pars alii cederet. Illae plures fuerunt 1), et cum eis canes et arietes; et visum est 2) signum victoriae esse ouium. Tunc lupi legatos mittunt, pacem petentes 3), jurando, si canes obsides darent, et e contra *) oues catulos eorum ab eis acciperent 4). Ita fecerunt, et jurando 5) fidem dederunt illis. Ouibus in pace positis, lupini catuli vlulare coeperunt 6). Lupi 7), natos vexari pu-

---

Hygin. F. 92. teste Nilantio; tamen quia in Phaedro est, *in officinam fabri venit vipera*, praetuli lectionem R. U.

47) Cf. Phaedr. vs. 4.

48) R. U. *hoc lima videns*; sed lectioni *ridens* fauet. Anon. Nil. qui habet, *lima arridens ait.*

49) R. U. *quid vis improba? tuos quaeris laedere dentes?*

50) Phaedri vs. 7.

51) R. D. *est.*

52) Anon. Nil. *Facile namque frangeres dentes, si angulos torsero*; quod non magis mihi obscurum videtur, quam illud.

53) R. D. *si quid ibidem est, ipsa praescido.*

54) R. D. *mihi.*

1) R. D *illae oues erant plures.*

2) *et* deest in R. D.

3) R. U. *legatos mittentes petunt concordiam et pacem.* Cf. Phaedr. IV. XVII. 1.

*) *e contra* omissum in R. D.

4) R. U. *reciperent.*

5) R. U. *jurandi.*

6) R. U. *vlulauerunt.*

7) R. U. *illi.*

tantes 8), veniunt vndique simul, et dicunt 9), pacem ab illis ruptam. Haec dicentes oues laniare coeperunt 10), nullo tutore adjutorium **) praestante, nullo patrono defendente.

---

14. Auxilium hosti dare, suam necem facere est, sicut haec 11) probat fabula. (*Vincent.* ne quis hosti arma praestet.)

HOMO ET ARBORES.

(Anon. Nil. F. XLIV. Append. Burm. F. V. Romul. Nil. F. XXXIII.)

Securi 12) facta, homo postulabat ab arboribus, vt illi manubrium darent de ligno, quod esset firmum. Omnes oleastrum jusserunt. Sumpsit homo manubrium; aptata autem securi 13), ramos ac robora magna omniaque, quae voluit, coepit indubitanter incidere. Tunc quercus fraxino ait: digne et bene patimur, quia 14) roganti hosti nostro, (vt coeci *Vincent.*) manubrium dedimus. Ideo 15) quisque caute cogitet 16) ne hosti aliquid praestet 17).

---

8) R. U. *vexare*, quod ferri potest, si *oues* addatur e Romulo, quem Nilant. F. A. p. 59. memorat.

9) *et* abest in R. D.

10) R. U. *et coeperunt laniare oues*, ita vt *haec dicentes* omittatur.

**) R. U. *auxilium*.

11) R. U. *subjecta p. f.* Paullo aliter hanc fabulam narrat Anonymus Nilantii. Eadem in metrum redacta a Nilantio, praeeunte Anonymo, cujus fab. cit. vide.

12) R. U. *secure*. V. B. *securis cum facta esset.* Apud eumdem mox, *omnes oleastrum jusserunt*, deest.

13) R. D. *ab hastatum securi et ramos ac robora* cet. Praeter R. U. *aptata secure* etiam habet Anon. Nil. Optime vero Vincent. *aptata securi.* Apud eumdem mox *indubitanter* deficit. Idem pro, *coepit incidere*, habet *incidit*.

14) R. D. et Vinc. *qui*.

15) R. U. *ideo quilibet homo*.

16) R. U. *ante praecogitare debet*.

17) R. U. *praestet auxilium.* Lectioni R. D. fauet Anon. Nil. *ne hosti aliqua praestes*, et

15. Quam dulcis sit libertas, auctoris breuiter narrat fabula 18).

CANIS ET LUPUS.

(Phaedr. L. III. F. VII. Anon. Nil. F. XLV. Rom. Nil. F. XXXIV.)

[Omnis 19) libertas actus bene agendi est. Nam in liberis est saeuitia, in seruis virtus et gloria. Pollere enim saepe videmus seruos, et pro nihilo esse liberos sicut]. Canis et Lupus dum conuenirent in silua 20), ait lupus cani: vnde frater sic nitidus et [bene] pinguis es 21)? Canis sic dixit lupo 22): quia sum custos domus 23) contra latrones venientes, et nullus passim 24) ingreditur noctu. Si forte fur venerit, illum annuntio 25); affertur **) mihi panis, dat ossa dominus, similiter et ceteri 26); amat me tota familia, projiciunt mihi quicquid illis superat 27), quod fastidit vnusquisque 28) ciborum, mihi porrigit 29). Ita venter impletur 30); me blandiuntur omnes 31); sub tectis cubo; aqua non

---

Vincent. *ideo quis ante* cogitet, *ne hosti aliquid praeter.*

18) Ita inscripta est fabula apud R. D.

19) Totus locus, vncis inclusus, recte deficit in R. U. et Vincentio.

20) R. D. *dum conuenissent in siluam.*

21) *bene* deficit apud Vinc. Cf. Ph. III. VII. 4. 5.

22) *lupo* deficit in R. U. Melius V. B. *qui respondit.*

23) Reposui *domus* ex Anon. et Rom. Nil. In R. D. et U. et Vinc. legitur *domi.* v. Ph. vs. 9.

24) R. U. *nullus passum ingreditur nocte*; *passim* habent. R. D. Anon. et Romul. Nil. Haec et sequentia vsque ad *annuntio*, non inueniuntur ap. V. B.

25) R. U. *et si forte furem annuntio.*

**) R. U. *offertur.*

26) Verba *similiter et ceteri* non habet Vincent. Phaedr. vs. 21. sq.

27) R. U. *superest*; cf. Ph. vs. 22. Verba *projiciunt superat* non leguntur apud V. B.

28) R. U. *cuique*; cf. Phaedr. vs. 23.

29) R. U. *porrigitur.*

30) Anon. Nil. *venter meus.* Desunt haec in Vinc. sed v. Phaedr. vs. 24.

31) Sic edidi ex Anon. Nil. Romul. U. et D. vitiose *me blanditurus.* Etiam hic locus non occurrit apud V. B.

deest mihi. Sic otiosus vitam gero. At 32) lupus: bene, inquit, frater, vellem, ista contingerent mihi, vt otiosus saturarer cibo et sub tecto melius viuerem *). Deinde canis lupo ait: si vis, vt bene tibi sit, veni 33) mecum; nihil est, quod timeas. Cum ambularent simul, vidit lupus cani 34) collum catena attritum, et ait: quid est hoc frater 35)? dic quod jugum attriuit collum tuum? Et canis: quia sum acrior, inquit, interdiu ligor 36), noctu 37) soluor, intra domum sum vagus; vbi volo, illic dormio. Et lupus e contra cani: Non est mihi opus, ait, istis frui 38), quae laudasti; viuere volo liber, quaecunque euenerint mihi 39). Liber, vbi volo, peragro; nulla catena me tenet, nulla caussa 40) impedit. Viae mihi patent in campo 41), aditus in montibus; nullus mihi timor; de grege primus gusto 42), canes ingenio deludo. Tu 43) viue, vt consueuisti, ego quam consueui vitam ago 44).

---

32) R. D. *et.*

*) Vinc. Sp. doctr. *satiarer*; *Sp. hist. saturarer.* Cf. Phaedr. vs. 13. 14.

33) R. U. *venias*; sed v. Ph. vs. 15.

34) R. U. et V. B. *canis*; cf. Ph. vs. 16. et supra Not. ad h. l.

35) Obsecutus sum Vincentio et Anonymo Nil. *frater quid est hoc?* coll. Ph. vs. 17. R. U. *quid frater?* R. D. *quid est frater?*

36) Vid. Ph. vs. 18. R. U. *inde in die ligor.* Vincent. in Sp. doctr. *interdiu*; in histor. *inter dum. Interdiu* probum.

37) R. U. et Anon. *nocte*; Phaedrus *noctu* vs. 10.

38) Ita R. U. et Anon. Nil. R. D. *non est mihi opus, ait fruere quae laudasti*; cf. Ph. vs. 26. Concinnius Vinc. *Cui lupus: non est opus mihi, istis f. q. l.*

39) R. D. *ad quodcunque euenerit m.*

40) R. U. *nulla me caussa.* Sic Vinc. in *Sp. histor.* at in doctrin. *me* deest.

41) R. U. *campis.*

42) R. U. *prior*; Vinc. *prius.*

43) *Tu* deficit in R. U. et Vincent.

44) Vinc. *ego vt consueui ita viuo.* Nonnullas Vincentii lectiones omisi, quas notare non erat tanti.

16. Qui suos stulte deserit, se potius decipi sciat. (*Vincentius*: Contra pigros, qui laborare nolunt.)

MEMBRA ET VENTER.

(Rom. Nil. F. XXXV.)

Nemo aliquid valet sine suis 1), vt partes corporis humani, de quibus dicitur indignatas 2) esse manus et pedes, et ventri cibum dare noluerunt, eo quod sine vllo labore 3) quotidie 4) repleatur 5), sedens otiosus 6). Vnde grauiter indignantes aduersus eum manus et pedes laborare noluerunt, et negauerunt seruitium *). Venter vero esuriens clamabat; at illi 7) ei inuidere et per aliquot dies 8) nihil ei 9) dare voluerunt. Jejuno autem ventre omnia membra lassauerunt. Postea vero cibum dare volentibus 10) recusauit 11) venter, quia jam clauserat vias 12). Sic membra et venter simul lassa intereunt 13).

---

1) Conjungit haec Romulus Rimic. cum inscriptione, ita; *nec aliquid valere sine suis*. Vid. F. A. Nilant. p. 118. R. U. *nec aliquid valet e. s. s.* Ego obsecutus sum R. D.

2) R. U. *indignatos*; Vinc. in Spec. hist. *indignatas*, in doctrin. *indignatos m. et p. ventri c. d. noluisse.*

3) Phaedr. L. III. VII. 24.

4) R. U. *cottidie.*

5) R. D. *repleretur.*

6) R. U. et Vinc. *eo sedente otioso.*

*) R. U. *at manus et pedes contra eum indignantes laborare noluerunt, denegantes seruitium.* Verba *ei inuidere* desunt in R. D. et Vincent.

7) R. D. *at illae?* Vinc. *illoque sedente otioso contra eum indignantes laborare noluerunt et ei seruitium negauerunt.*

8) Vinc. et R. D. *per paucos dies.*

9) deficiunt haec in R. U. at mox *noluerunt.*

10) R. U. et Vinc. *volentes.*

11) R. U. et Vinc. *recusat.*

12) R. U. *quia clauserat vias.* Romul. Rimic. in Nil. F. A. p. 118. *clauserat stomachi meatus.* Romul. Nil. *quia longa jejunia clauserant vias.* Praeter R. D. habet quoque Vinc. *quia jam clauserat vias.*

13) R. U. *interierunt*, additis his: *Monet haec* (f. fabula) *famulos esse fideles, quia per hoc fortes sunt et manent.* Vinc. in Spec. hist. *lassa interierunt,*

17. **Inter diuitem et pauperem talis dicitur fabula. (*Vincentius*: Spec. hist. contra invidiam et avaritiam; in Spec. doctrin. contra invidam avaritiam.)**

SIMIUS ET VULPIS.

(Anon. Nil. F. XLVI. Rom. Nil. F. XXXVI. Append. Burm. F. XXII.)

Rogabat Simius vulpem, vt de magnitudine caudae suae sibi daret, vnde nates suas 14) turpissimas 15) tegeret 16). Quid enim, inquit, vtile est tibi tantum pondus caudae 17) sine caussa, tantaeque longitudinis cauda 18), quam per terram trahis? Cui vulpis 19) ait: Vtinam longior esset **) et major, vt per terram illam traherem, siue per petras, et spinas et lutum, ne tu meo tegumento pulcrior videaris. Locuples et auare 20)! te nunc monet 21) haec fabula, qui non das, quod tibi superat.

18. **Multi post mortem vexantur, vt probat haec similis fabula 22). (*Vincentius*: Contra illos, qui taedio victi et labore mortem desiderant.)**

NEGOTIATOR ET ASELLUS.

(Anon. Nil. F. XLVII. Phaedr. L. IV. F. I.)

Fuit quidam negotiator in via cum asello, festinans

---

sed *lassa* omisit in doctrin. Spec.

14) **R. D. *natos suos.***

15) **R. D. *turpissimos.***

16) **Ita quoque Vincent. et Anon. Nil. sed R. D. *tegere posset.***

17) **R. D. *vtile est tibi vt sis ponderosus.***

18) **R. D. *cauda tua.***

19) **R. U. et D. *vulpes* (*vulpis*) *dicitur dixisse.* Vinc. *Cui vulpes ait.***

) **Vincent. *fiat longior et major*, et mox *traham.*

20) **R. D. *pulcrior videaris et locuples. O auare* cet.**

21) **R. D. et Vinc. *increpat.***

22) **Adduntur haec in R. U. *quare propter securum esse nemo debet mortem optare, vt haec probat fabula.***

nundinas ingredi 23). Onustum autem animal flagello et fuste caedebat, vt veniret citius, lucri caussa. Asellus vero optabat mortem, putans, se post mortem esse securum 24). Lassus 25) et quassatus post moritur 26); statim de illius pelle facta sunt tympana *) et cribella 27), quae semper battuuntur 28), et 29) qui putabat, post mortem se fore securum, etiam post mortem caeditur.

---

19. **Fugientes non sunt, sui securi 30), sed fortuna saluantur, sicut haec refert fabula 31).**

CERVUS ET BOVES.

(Anon. Nil. F. XLVIII. Phaedr. L. II. F. VIII.)

Ceruus, perturbatus strepitu venatorum et tremefactus, vt venatores euaderet, in proximam villam **) fugit, et se in stabulum conjecit, referens bobus 32), ob quam caussam venerit 33). Et bos ad eum sic ait: vt quid voluisti tibi 34) miser huc ad necem tuam currere?

---

23) Desunt haec apud Vinc. R. U. *cito ingredi.*

24) Vox *mortem* desideratur apud Vinc. Phaedr. vs. 10.

25) R. U. *lassatus.*

26) *post* deest in R. D. Vinc. *lassatus et quassatus*, omissis τοῖς *post moritur.*

*) Phaedr. vs. 7. Vinc. *de illius tamen pelle fiunt tympana.*

27) R. D. *cribrella*; Vincent. *cribra.* De pellibus fieri cribra solere patet ex Cicer. L. II. Div. 27.

28) R. D. et Anon. Nil. *battuntur*, sed edidit Nil. *battuuntur.* Vid. Plaut. Cas. II. VIII. 60. Vincent. *baculantur*, in *Sp. hist.* at *patiuntur* in hist.

29) Haec vsque ad finem omissa sunt in R. U. Sed praeter R. D. habet Vincent. *et qui putabat se fore securum post mortem caeditur;* in Spec. doctrin. *tenditur.* R. D. *post mortem se esse securum*; sed v. Phaedr. vs. 10.

30) R. D. *non sint securi sui.*

31) R. U. *sicut subjecta fabula fatetur.*

**) Phaedr. vs. 5.

32) R. D. *boui.*

33) R. D. *fugeret.*

34) Addidi *tibi* ex Anon. Nil.

melius te silua celasset 35), aut vngula quateres campum, quam huc deuenires. At ille contra supplex ***): vos me modo, inquit, celate tantum, dum erit sero, eo, vbi volo, securus 36). Haec cum dixisset 37), obscuro se condidit loco, cumque foenum et frondes et omne genus pabuli bubulci stabulo reponerent, ceruum non viderunt. Sic et alii serui, ingredientes illic 38). Transiit et major 39) villae, qui omnia lustrabat, nec ipse ceruum vidit. Tunc gaudens fera ****) gratias egit bobus 40), quod fugientem celarent 41). Tunc vnus ex illis ait ceruo: saluum te seruabimus 42), si ab illo non videaris, qui centum habet oculos 43). Nam si te ille viderit, statim vitam eripiet 44) tuam. Cumque haec bos ceruo diceret, ecce ingreditur dominus, et quia nuper 45) viderat, per negligentiam 46) seruorum 47) boues 48) esse macilentos, accessit videre praesepia. Quae 49) vt vidit inania esse, et pabulum contra positum, dum irascitur bubulcis 50), assumsit 51) ipse frondes 52), et statim vidit erecta cerui cornua 53),

---

et Phaedro, quem v. vs. 6. *vt quid.* Hunc graecismnm, Latinis qnoque vsitatnm, illustrat Munker. ad Hygin. F. 196. teste Nilantio fab. cit.

35) R. U. *teneret.*

***) Phaedr. vs. 8.

36) *ibo viam quam volo securus* habet R. U.

37) R. D. *haec cum loquitur.*

38) R. D. *Sic etiam ingredientes illic.*

39) *Major villae* pro villico. Ita *majorissa* dicitur pro ea, quae ancillis domus praeest, et *major domus pro* eo, qui domui, s. famulis praepositus est. Vid. *du Fresne* T. IV. p. 339. Anon. Nil. habet *Major.*

****) Phaedr. vs. 14.

40) R. D. *bouibus.* Ph. vs. 15.

41) R. U. *Tunc major dominus villae, qui omnia lustrabat, venit. Et bos vnus ait ceruo.*

42) R. U. *saluabimus.* Anon. Nil. ad Phaedrum propius *saluum te volumus.*

43) Phaedri vs. 18.

44) R. U. *eriperet.*

45) R. U. *die superiori.*

46) R. D. pro *neglegentia.* Anon. *neglecte.*

47) *seruorum* deficit in R. D. sed habent R. U. et Anon. Nil.

48) R. D. *boues suos.*

49) R. U. *qui.*

50) R. U. *bubulcus.*

51) R. D. *assumit.*

52) R. U. addit haec: *vt bobus daret.*

53) Post *cornua* in R. D. legitur *inscius.*

et ait: quid est hoc? Vocauit ad se bubulcos et quaerit vnde ceruus esset 54)? Illi nescire se dixerunt 55). At stabularii omnes plena fide jurant, se ignorare 56). Gaudet dominus de ceruo, quem nemo quaesitum venit 57) Miratur, et cum suis per aliquot dies laute viuit 58).

Haec fabula probat, dominum plurimum posse in omnibus rebus videre 59).

---

20. Et loqui apud tyrannos poena est, et tacere tòrmentum, vt probat haec fabula 1).

L E O R E G N A N S.

(Anon. Nil. F. XLIX. Phaedr. L. IV. F. XIII. Rom. Nil. F. XXXVII.)

Cum se ferarum regem fecisset leo fortissimus 2), voluit ille more regum bonam famam consequi 3); renuntians prioribus suis factis ferocibus 4), mutauit consuetudinem 5). Pecus nullum se laedere 6), sine sanguine cibum sumere, sanctam et incorruptam jurauit se fidem seruare *). Postea de hac re coepit habere poenitentiam 7), et dum mutare non posset naturam 8), coepit

---

54) R. U. *et quaerit vnde ceruum esse.*

55) R. D. post *dixerunt*, *et quomodo huc venit, inquit, ad stabularium? omnes* cet.

56) R. U. *nescire.*

57) R. D. *de ceruo, nullus venit quaerendo.*

58) R. D. *miratur de hoc cum suis per aliquot dies.*

59) Phaedr. vs. 28. R. U. *haec f. docet, quemlibet exsulem non esse suum, sed cum alienis incaute viuere. Et dominum debere attentum esse in suis rebus disponendis.*

1) R. D. *et loqui poena est;* mox, *haec subjecta fabula.*

2) R. D. *Cum sibi ferae regem fecissent fortissimum leonem*; sed praeferenda lectio R. U. ob loo. Ph. IV. XIII. 4.

3) R. D. vitiose, *voluit ille mores regum bona fama consequi.*

4) R. D. *renuntians prioribus factis et mutauit.*

5) Cf. Phaedr. vs. 6.

6) R. D. *pecus vllum se non laedere.*

*) Phaedr. vs. 8.

7) R. D. *postea vt habere coepit de hac re potentiam.*

aliquos ducere in secreto, vt falleret 9), et quaerere, si ejus os puteret 10). Et illos 11), qui dicebant, putet 12); et 13) qui dicebant, non putet, aut tacebant 14), omnes 15) laniabat 16), *ita, vt saturaretur sanguine.* Postea simium interrogabat, si putidum haberet os 17). Ille quasi cinnamomum dixit fragrare, et quasi deorum altaria 18). Leo erubuit laudatorem, vt illi tunc parceret 19), sed vt laederet, mutauit fidem 20), et quaesiuit fraudem, *atque languere se simulauit.* Continuo 21) venerunt medici, qui venam considerantes **) pulsum sanum 22) vt viderunt, suaserunt ei 23), sumere cibum aliquem, qui leuis esset 24), qui 25) tolleret fastidium pro digestione. At leo 26), vt regibus omnia licent: ignota est, inquit, mihi caro simii; vellem illam probare. Vt est locutus, statim necatur beniloquus simius, vt ejus carnem cito escam sumeret. Vna enim est poena loquentis et non loquentis 27).

Explicit Liber tertius.

8) R. D. *et mutare non posset naturam.*

9) R. D. *ducere in secretam fallaciam.*

10) R. D. *si ei os puteret*; R. U. *si ejus os foeteret.*

11) R. D. *illos qui dicebant.*

12) R. U. *foetet et putet.*

13) R. U. *ac illos qui d.*

14) *aut tacebant* deficit in R. D.

15) R. D. *omnes tamen.*

16) R. U. *laniabat.*

17) R. D. *si putorem haberet in ore.*

18) R. U. *Ille cinamomum dixit e. q. d. a.*

19) Verba, *vt illi tunc parceret*, desunt in R. D.

20) *sed vt deciperet inuitauit fidem.*

21) R. U. *et continuo.*

**) R. D. *qui vt venas considerauerunt.*

22) R. U. *bonum.*

23) R. U. *suadent.*

24) R. U. *sumere cibum leuem.*

25) R. D. *et tolleret.*

26) Desunt haec in R. D.

27) R. U. *adductus est simius, vt eam carnem sumeret, licet bene prius locuta fuerit, nunc tacita ducitur ad tormentum et necem. Ideo tyranni, dum volunt, perimunt praeter rationem et sine caussa, siue quis bene loquatur, siue taceat.*

Incipit Liber quartus.

1. Verbis maturet facinus, qui non potest viribus. De qua re audi fabulam. (*Vincentius*: Contra illos, qui quod facere non possunt, verbis tamen se posse et nolle ostendunt.)

V U L P I S E T U V A.

(Nil. F. A. p. 138. Phaedr. L. IV. F. III.)

Fame coacta vulpis 1) uuam sursum pendentem adspexit in alta vinea 2), et alto gradu se excutiens, quotiens voluit attingere sursum, non potuit. Tandem irata: nolo te acerbam et immaturam 3), inquit, et quasi nolens eam tangere, abiit. [Ita qui nihil facere possunt, verbis tantum, se posse et nolle, ostendunt] 4).

1) Phaedr. vs. 1.

2) *in alta vinea* deest apud Vincent. Locum sequentem edidi e Vincentii Spec. doctr. R. D. locum ita exhibet: *vuam s. p. a. i. a. vinea, ad quam pervenire volebat, alto gradu se excutiens. Quotiens hoc voluit attingere sursum non potuit. Irata dicitur dixisse.*

3) Phaedr. vs. 4.

4) R. U. hanc fabulam ita expressit: *Vulpes cum racemos vuarum plenos ac maturescentes prospiceret, cupida de illis manducare, omnem viam et saltandi et scandendi est machinata, qua illos habere posset. Sed cum omnem viam frustra tentasset; nec desiderio satisfacere quiuisset, moestitiam vertens in gaudium ait: racemi illi adhuc nimium sunt acerbi: si habere possem, nollem comedere. Fabula significat, quod prudentis est, fingere se ea nolle, quae consequi non posse cognoscit.*

2. Ingenio quemquam facere, quod viribus non potest, breuiter instruit nos haec fabula 5).

DE MUSTELA ET MURIBUS.

(Phaedr. L. IV. F. II. Nil. F. A. p. 139.)

Mustela, quae fuerat senex et mures amplius insequi non poterat 6), inuoluit se in farina 7), et loco obscuro 8) se condidit 9), volens de innocentibus sine suo 10) labore praedam facere. Venit 11) miser ignarusque mus, *quandam* herbam putans 12): periit *) innox 13) et moerens; alter similiter capitur; deinde 14) et tertius. Postea venit major annis et cautus mus 15), qui omnia jam nouerat ingenia 16), muscipulas 17), caueas, laqueos, serpentes 18) et ceteras deceptionis machinas 19). Cumque hostis insidias videret, dixisse fertur ad illam 20): inducis quidem mures et deuoras innocentes, me tamen non capies 21) improba, qui omnia noui ingenia 22).

---

5) R. D. *breuiter instruit haec fabula.*

6) R. D. *et mures jam non sequebatur.*

7) R. U. *in farinam*; cf. Ph. fab. cit. vs. 23.

8) Phaedr. vs. 23.

9) R. U. *in l. c. se abscondit.*

10) R. D. *sine sui labore.*

11) R. U. *veniens.*

12) R. U. *putabat.*

*) R. D. *praeteriit.*

13) R. U. *periit noxius et innoxius.*

14) R. U. *deinde sic tertius.*

15) *mus* deest in R. D.

16) R. D. *qui omnem jam nouerat muscipulam.*

17) Sic legitur in R. U.

18) R. D. *et laqueos arcentes.*

19) R. D. *et cetera deceptionis ingenia.*

20) *ad illam* deficit in R. D.

21) R. D. *captabis.*

22) R. D. *omnia tua n. i.*

5. Qui videtur verba blanda habere et infidelis est, peccat in corde suo, et hoc argumento se describi intelligat 23).

LUPUS, PASTOR ET VENATOR.

(App. Burm. F. XXIII. Anon. Nil. F. L. Rom. Nil. F. XXXVIII.)

Cum persecutorem 24) fugeret impius 25) lupus 26), et a bubulco esset visus, qua parte fugeret, et in quo loco se celaret; timore plenus bubulcum rogabat de hoste suo 27): oro te per omnes spes tuas, ne me persequenti tradas, cui nihil (mali) me fecisse juro 28). Et bubulcus ait lupo: ne timeas, esto securus; in aliam ei partem te fugisse dicam 29). Venit persecutor, rogans, ostendi sibi lupum, dicens: peto te, bubulce, vidisti huc venire lupum 30? vbi sit ostende. At 31) bubulcus: venit quidem, sed sinistra parte abiit 32). Illic deorsum quaere, dixit *); sed dextra oculis designat 33) persecutori locum, vbi lupus latebat 34); at ille non intelligens festinanter abiit 35). Tunc sic bubulcus lupo ait: quid est? gratumne habes, quod te celauerim 36)?

---

23) R. D. *Qui habet verba blanda, infidelis peccator est, vt haec fabula narrat.*

24) R. D. *persecutionem*; *persecutorem* praeter R. U. habet Anon. Nil.

25) Forte legendum *improbus.*

26) Additur in R. D. *celeriter*, quae vox rectius abest.

27) R. U. *rogabat super hostem.*

28) In vtroque Romulo legitur, *cui nihil me fecisse juro*; cum vero in Anon. Nil. inueniatur, *cui non se facere jurat malum*, non inepte legas, *cui nihil mali me fecisse juro.*

29) R. U. *esto securus, aliam partem ostendam.*

30) R. D. *si vidisti, ait, huc venire lupum.*

31) R. D. *et.*

32) R. U. *sinistram partem habuit.*

*) R. U. *illic velocius quaerere dicit.*

33) R. D. *adsignat.*

34) R. D. *loca.* Apud eumdem deficiunt verba, *vbi lupus latebat.*

35) R. D. *festinans abiit.* R. U. *at ille non intellexit, sed festinans a.* τὸ *festinanter* reposui ex Anon. Nil.

36) R. D. *et quidem gratum habes, quod t. c.*

Et lupus e contra bubulco ait: linguae tuae gratias ago, sed oculis tuis fallacibus magnam coecitatem opto 37). Haec illos increpat fabula, qui bilingues 38) esse videntur.

---

4. **Quod vnicuique concessum est, hoc vtatur, sicut haec **) nobis auctoris fabula narrat.**

PAVO AD JUNONEM.

(Phaedr. L. III. F. XVIII. Romul. Nil. F. XXXIX.)

Pauo ad Junonem venit iratus et indigne ferens 39), quod luscinia cantaret et humana cognosceret 40), et quod sibi hoc non esset datum 41), sed derideretur de voce summissa 42). Tunc Juno consolandi caussa 43) blanditur alloquiturque eum: Visus tuus superat vocem 44), et forma tua superat lusciniam; colore et nitore smaragdi perfusus es 45); nullus similis tibi, pictusque plumis gemmis cauda et collo refulges 46). Et pauo ad Junonem: quid mihi haec sunt? Vincor voce 47). At 48) Juno: fatorum 49), inquit, arbitrio a Diis datae sunt partes omnibus vobis 50). Tibi nitor coloris et forma major 51); virtus aquilae; luscinia cantu vocis auguria sumit 52); coruus crocitare 53) accepit; columba dolet

37) R. U. *coecitatem peto.*

38) R. U. *bilingui.*

**) *haec* deest in R. U.

39) Phaedr. vs. 1. fab. cit.

40) R. U. *agnosceret.*

41) *quod* omissum in R. D. At R. U. *et quod id idem sibi.*

42) R. D. *irrideretur*; R. U. *sed ob ejus vocem dimissam ab omnibus derideretur.* Cf. Ph. vs. 4.

43) Phaedr. vs. 5.

44) R. U. *super vocem.*

45) *es* abest in R. U.

46) R. D. *pictisque plumis gemmae cauda et collo refulgent.* Cf. Phaedr. vs. 7. 8.

47) Cf. Phaedr. vs. 9.

48) R. D. *et.*

49) R. D. *factorum.*

50) Phaedr. vs. 10.

51) R. D. *tibi nitor et color et forma*; *major virtus aquilae*; v. Ph. vs. 11.

52) Ita R. U. et Romul. edit. apud Nil. F. A. p. 125. quae *Steinhoevelius* sic reddidit: *die Nachtgall bezaichnet künftige*

semper 54); ritus *) gruis **) ostendit tempus; et in oliua parit turdus; ficedula proliuida plumis 55); lucifera gaudet hirundo; nudus sero volat vespertilio; gallus nouit noctis horas; vnaquaeque abundat in suis 56). Tu noli quaerere 57), quod tibi a diis non est datum 58).

---

5. Oportet beniuolos esse cuicumque peregrino, et ignoscere misero 1) ne sit 2), vbi reddat gratiam, vt haec subjecta fabula edocet 3).

PANTHERA ET PASTORES.

(Phaedr. L. III. F. II. Nil. F. A. p. 139.)

Panthera imoxia 4) cecidit in foueam ***). Agrestes

---

ding mit der stimm ires gesanges. R. D. *lusciniae cantus vocis auguria sumit.*

53) R. D. *grunnire accepit*; R. U. *grumire captat.* Equidem ex edito Romulo apud Nilant. l. c. p. 125. reposui *crocitare.*

54) R. U. vitiose, *columba dolet seni*; sed legendum *semper*, quod mox sequitur in R. D. ceteroquin alieno loco positum; habet etiam Romulus editus apud Nil. l. c. *columba* semper *tristatur.*

*) R. U. *titus*, sed e Rom. edito apud Nil. l. c. reponendum *ritus.*

**) Vitiose R. D. *grauis.*

55) Ita h. l. e R. D. et U. nec non Romulo edito apud Nilant. l. c. restituere conatus sum. R. D. corrupte, *grauis ostendit semper tempus et in oliua parit, turdus ficetula probanda pomis lucifero gaudet hirundo*; R. U. *gruis ostendit semper tempus et in oliua parit tarde; ficedula proliuida pomis*; Romul. editus in F. A. Nilantii, *ritus gruis ostendit tempus et in oliua parit tarde Ficedula proliuida plumis lucifera g. h.*

56) R. D. et U. *omnibus in suo abundat*; sed praetuli lectionem Romuli editi apud Nil. p. 125.

57) R. D. *tu loqueris.*

58) R. U. *nisi quod accepisti a diis.*

1) R. D. *et si peccat, ignoscendum est.*

2) R. D. *nescit.*

3) R. D. *vt haec fabula docet.*

4) R. D. *panthera inquit innox.*

***) Phaedr. fab. cit. vs. 2.

vt viderunt 5), alii fustibus feriunt 6); alii saxa ridentes mittunt 7); quidam contra 8) dixerunt 9): parcite innocenti, qui neminem laesit, et haec dicendo multos prohibuerunt 10); ne morte eam affligerent. Alii miserunt panem 11); alii fleuerunt 12) hujus innocentiam. Nox vt venit, abierunt 13) omnes domum, putantes, eam noctu morituram 14). Deinde vt illa vires suas refecit languidas 15), veloci saltu se ex fouea 16) liberauit 17), et ad suum cubile properauit 18). Post paucos dies memor injuriae 19) irata ad locum pergit 20), pecus illic trucidat 21) pastores dissipat, in aratores et agrestes 22) impetu saeuit ****), et multa male 23) deuastando perdit 24). Timent omnes 25), non curant damna, tantum pro vita rogant 26). Tunc panthera molliter ad eos sic dixisse fertur: memini, qui fustes dederit 27), qui mihi saxo nocuit 28), quis inique mihi gesserit 29), quis panem miserit 30). Sed illis hostis reuertor 31), qui me mori petierunt. Haec improbi et injuriosi audiant, et caueant 32), ne aliquem laedant.

---

5) Phaedr. vs. 3.

6) Cf. Phaedr. vs. 5.

7) R. U. *alii sani ridentes mittunt.*

8) R. D. *e contra*, sed vide Phaedr. vs. 4.

9) R. U. *dixit.*

10) R. U. *vt dixit multos prohibuit.*

11) Phaedr. vs. 6.

12) R. D. *dolebant.*

13) R. U. *illi abierunt.*

14) R. D. *mori.*

15) Phaedr. vs. 9.

16) R. D. *veloci saltu se inde l.*

17) Phaedr. vs. 10.

18) R. U. *properat timens.* Cf. Phaedr. vs. 11.

19) R. D. *post rememorans quae perpessa fuerat.*

20) R. D. *venit ad locum,* omisso τῷ *irata.*

21) Phaedr. vs. 13.

22) R. U. *in aratores agrestes.*

****) Phaedr. vs. 14.

23) R. U. *mala deuastando.*

24) R. D. *perdidit.*

25) Cf. Phaedr. vs. 15.

26) Phaedr. vs. 16.

27) R. D. *memini, quis me fuste cecidit.*

28) R. D. *quis me saxo nocuit.*

29) R. D. *quis inique gessit.* Post *gesserit* in R. U. leguntur haec: *quis ire festinauerit.*

30) Phaedr. vs. 18.

31) R. D. *sed illos hostes refero.*

32) deficit *et caueant* in R U.

6. **Parentes, vel amici, qui sibi non consentiunt bene, male intereunt; de hoc audi fabulam 33).**

VERVECES ET LANIUS.

(Nilant. F. A. p. 125 sq.)

Verueces in collecto 34) cum essent vna 35) cum arietibus, lanium inter se intrare videntes 36) dissimulauerunt 37). Cum autem ex se vnum cernerent manu lanii mortifera teneri, trahi et interfici, nec sic 38) timuerunt, sed inter se incaute *) dicebant: me non tangit, te non tangit, dimittamus trahi, quem trahit 39). Nouissime remansit vnus. Cum et ipse similiter se trahi videret, sic 40) dixisse lanio dicitur 41): dignae sumus, laniari 42) singillatim ab vno qui hoc non prospeximus, dum essemus simul, et te, in medio nostro positum, aspeximus et capitum impulsibus quassatum confractumque non occidimus 43).

Haec fabula probat 44), *illum* 45) *consumi a malo, qui se in vita non tutauerit.*

---

33) R. D. *quod taliter narrat nobis subjecta fabula.*

34) R. D. *in collectu.*

35) R. D. *simul.*

36) R. D. *cognoscentes.*

37) R. D. addit, *se videre.*

38) R. U. *etiam nec sic.*

*) R. D. *incautae.*

39) R. U. *hunc tetigit, et te; dimittamus; trahat, quem trahat.* Romulus apud Nil. F. A. p. 126. *hunc tetigit, dimittamus; trahat, quem trahat.*

40) R. U. *se dixisse.*

41) R. D. *lanioni;* R. U. *dixisse lanio fertur.*

42) R. U. *laniati.*

43) R. D. *ab vno, qui hoc nouissime perspeximus. Quia cum simul essemus, quando te in medio nostri positum aspeximus, capitinis impulsibus q. c. n. o.* Pro *captiuis impulsionibus*, quod habent R. U. et Romul. edit. apud Nil. p. 126. et pro *capitinis impulsibus* Romuli Div. reposui *capitum impulsibus*, cui lectioni fauet Romulus Nilant. p. 126.

44) R. U. *narrat.*

45) R. U. *hunc.*

7. **Sapientes 1) consilium nulla tenus praetermitti debere, admonet nos subiecta auctoris fabula.**

A U C E P S   E T   A V E S.

(Nilant. F. A. p. 141.)

In verno aues diuersi generis dum exultarent, et in nidis suis, velatae fronde, sederent 2); insperato adspiciunt 3) aucupem lippum componere cannas suas, et festucas 4) inserere visco 5). Illae ignarae et simplices aues sic inter se narrare coeperunt: o 6) quam pium hominem cernimus 7)! nam nimia bonitate 8) lacrymae ex ejus oculis profluunt 9), quotiens nos adspicit 10). De quibus vna aliis astutior 11), experta omnes dolos aucupis 12), sic dixisse fertur: Heu fugite simplices et innocentes 13) aues! et ab hac protinus 14) vos eripite fraude. Quare moneo 15), vt impigris alarum pennis vos ad aërem liberum volatu extollatis celeriter 16). Nam si placet cognoscere verum 17), ad ejus opera caute intendite et videte; quia quas fraude ceperit, mox 18) morsu occisas, aut praefocatas in tumba reponit 19).

Monet haec fabula, indubie 20) *fieri posse, ab vnius consilio multos de periculo liberari* 21).

---

1) R. U. *sapientes.*
2) R. U. *frondes ederent.*
3) *insperato* deficit in R. D.
4) R. D. *festucam.*
5) R. U. *fisco.*
6) *o* deest in R. D.
7) R. D. *aspicimus.*
8) R. D. *quia pro nimia bonitate.*
9) R. D. *fluunt.*
10) R. U. *dum nos a.*
11) R. D. *vnus ales astutior.*
12) R. D. *et expertos habens o. d. a.*
13) R. U. *inuocare.*
14) *protinus* deest in R. D.
15) R. D. *pro qua re m.*
16) R. U. *impigris alarum pennis ad aërem liberum volatum extollatis celeres.*
17) *verum* abest in R. D.
18) *mox* deficit in R. U.
19) R. D. *in cumbam.*
20) R. D. *non dubium.*
21) R. U. *multos liberari.*

8. Solet [ab antiquo] 22) a nefariis hominibus fallacia 23) et adulatio libenter haberi, honestas autem est veritas 24) bonitasque reprobari, de quo 25) instruit nos subjecta fabula. (*Vincentius:* Contra adulatores et eorum fautores.)

HOMINES DUO, FALLAX, VERAX ET SIMIAE.

(Anon. Nil. F. LI. Rom. Nil. F. XLI. App. Burm. F. XXIV.)

Duo homines, vnus fallax et alius verax simul iter agebant. Cum ambularent, venerunt in 26) prouinciam simiorum. Quos [homines] 27), vt vidit vnus ex multitudine simiorum 28), qui se aliis priorem constituerat; jussit eos teneri et interrogari, quid illi homines de se ipso dicerent 29), et jussit omnes simios sibi similes 30) adstare ante se ordine longo, dextra laeuaque, et sibi sessum *) contra parari, et sicuti viderat 31) jam 32) imperatorem aliquando facere, taliter 33) ante se os stare fecit. Jubentur ergo 34) adduci illi homines in medio 35). At ille major simius: qui sum ego 36)? fallax dixit: Tu es imperator. Iterum interrogauit: et qui sunt isti, quos ante me videtis stare 37)? Iterum 38) fallax respondit: Hi sunt comites tui **), primicerii 39), campidoctores 40), milites et alii officia-

---

22) Ita legitur in R. U. at R. D. habet, *ab antiquissimis et nefariis h.*

23) Omissum in R. U. *fallacia et.* Sed jungit et Romul. Nil. *fallacia et adulatio.*

24) R. U. *et honesta veritas.*

25) R. D. *de qua re.*

26) R. D. *ad.*

27) Hanc vocem rectius omittit Vincent. et Anon. Nil.

28) R. U. *vt vidit simius iste qui se a. p. c.*

29) R. D. *de illo dixissent.*

30) R. U. *jubet ille omnibus simiis sibi similibus.*

*) R. D. *ad sedendum.*

31) R. U. *sicut viderat.*

32) omissum est *jam* in R. U.

33) R. U. *dum taliter.*

34) R. U. *jubentur*, omisso τῷ *ergo.*

35) R. U. *ad medium*; *in medio* habet quoque Anon. Nil.

36) R. D. *quid sum ego?*

37) R. D. *et isti, quos ante me videtis stare, quid sunt?*

38) R. D. *idem f.* 1.

**) R. U. *isti sunt milites.*

39) *Primicerius* in vniuersum est primus cujusque ordinis. Notat *du Fresne* h. v. loc.

les 41). Et pro hoc ille, qui mendacio 42) laudatus est cum turba sua, jubet 43) illum remunerari: et qui adulatus est, omnes fefellit 44). Ille autem verax homo 45), haec apud se ajebat 46): Si iste, qui mendax est et omnia mentitur, sic est acceptus, vt pro suo mendacio ita remuneretur 47); quid si ego verum dixero 48)? Dum haec secum deliberat 49), ait simius ille 50), qui se imperatorem dici volebat: dic tu, qui sum ego 51), et ii 52), quos ante me vides? At ille, qui veritatem amabat, semper et loqui verum consueuerat, respondit: tu simius es, et ii omnes simii sunt, similes tibi 53). Continuo jubetur lacerari dentibus et vnguibus 54), quia ***), quod verum fuit, dixit. Hoc modo fieri a malis hominibus solet 55, vt fallacia et malitia ametur, et honestas et 56) veritas laceretur ****).

Willelm. Tyrii L. IV. C. 8. *praecedebant ejus exercitum quasi legionum primicerii, vexilla bajulantes* cet. Plura dabit *du Fresne* l. c. et H. Vales. ad Amm. Marc. XVIII. 3. quem laudat Nil. fab. cit. Anon.

40) R. U. *campiductores.* Sunt autem *campidoctores*, qui scientiam armorum et omnes armaturae numeros militibus tradunt. Vid. *du Fresne* h. v. De iis etiam consulendus Amm. Marc. L. XIX. C. 6. et L. XV. C. 3. vbi v. Vales. et Lindenbrog, quos laudat Nilant. fab. cit. Ejusmodi vero vocabula Romul. mutuatus esse videtur a posteriore aula Imperatorum Romanorum, vbi tales munerum appellationes vigebant, obseruante Nilantio.

41) R. D. *et cetera officia.*

42) R. D. *in mendacio.*

43) R. D. *jussit.*

44) R. D. *quia adulatus est et omnes illos fefellit.*

45) *Cum autem homo ille verax hoc videret.* Ita R. U.

46) R. U. *agebat.*

47) R. D. *sic est acceptus atque remuneratus.*

48) R. U. *quanto magis ego, dum vera dixero.*

49) R. D. *Cum haec secum deliberaret.*

50) R. U. *illi.*

51) R. D. *quid sum ego?*

52) R. U. *hi.*

53) R. U. *et hi omnes similes tui sunt simii.*

54) R. U. *vngulis.*

***) R. U. *qui.*

55) R. D. *hoc modo fieri et a m. h. s.*

56) R. D. *vel veritas.*

****) Non sine caussa hic subjunxi fabulam e Vincentii Spec. doctrin. coll. cum historiali: „Duo homines, vnus

9. Inimicitias non ponere melius 1), quam postea de inimicitiis, dum se non valet vlcisci 2) inimicus 3) poenitere, vt in praesenti probatur fabula 4).

EQUUS, CERVUS ET VENATOR.

(Phaedr. L. IV. F. 4. Nilant. F. A. p. 141.)

Equus et ceruus inimicitias inter se duxerunt 5). Cumque videret equus, ceruum omnibus 6) aptum et ex cursu 7) leuiorem, et corpore decorum, et arboreis cornibus ornatum, equus, liuore coactus, se ad venatorem contulit. Cui ait: est in prospectu ceruus ad videndum mirabilis, quem si venabulo poteris transfigere, abundabis pulcherrima carne 8) ad escam, cujus corium 9)

fallax et alter (alius) verax, cum ambularent, venerunt in prouinciam simiorum. Quos vt vidit vnus eorum, qui se priorem aliis constituerat, jussit homines illos teneri, et quid de ipso dixissent interrogari. Jussit quoque omnes simios sibi similes ante se et dextra laeuaque stare (astare) sibique sedem contra parari, sicut viderat imperatorem aliquando facere. Jubentur ergo (igitur) homines illi in medium adduci. Dixitque major ille simius: quid sum ego? fallax ait: tu es imperator. Et iterum ille: Et (qui) isti, quos ante me vides stare? Qui respondit, hi sunt comites tui, primicerii, milites, et ceteri officiales. Ille ergo in mendacio laudatus est, et munerari jussus, quia adulatus est, et omnes illos fefellit. Ille autem verax homo hoc apud se ajebat: Si iste, qui mendax est, sic est acceptus et muneratus, ego quid si verum dixero. Interrogatus ergo ab illo simio: dic tu, quid sum ego, et hi, quos ante me vides? ille, qui veritatem amabat, respondit: tu simius es et hi omnes simii sunt similes tibi. Continuo jubetur lacerari dentibus et vnguibus, quia, quod verum est, dixit. Hoc modo fieri solet a malis hominibus, vt fallacia et malitia ametur, et honestas et veritas laceretur."

1) R. D. *inimicitias reponere.*

2) R. D. *vlciscere.*

3) deficit in R. D.

4) R. U. *ita docet de hoc auctoris subjecta fabula.*

5) R. D. *dixerunt.*

6) R. D. *in omnibus.*

7) R. D. *excussum.*

8) R. U. *pulcherrimis carnibus.*

cornua et ossa pecunia vendes non parua. Ille venator, cupiditate accensus 10), quomodo, ait, poterimus capere ceruum? Equus venatori dixit: ego monstrabo capiendum 11) meo labore ceruum. Tu vero, sedens super me, cum secutus fueris 12), venabulo manu tua excusso, vulnerato ceruo et occiso 13), tua venatione perfecta 14), gratulabimur ambo. Hoc facto 15) venator, super equum sedens 16), ceruum de loco motum 17) cum agitaret in cursum 18); ceruus, non immemor sui naturalis ingenii, celeres tendens 19) pedes et 20) transsiliens campos, in saltum 21) cursu veloci 22) illaesus euasit. Equus vero cum sudore se maceratum et fatigatum videret, sic dixisse sessori ferunt: quo tendebam attingere non potui, descende et vade, solito more transigere vitam tuam 23). Cui contra desuper sessor 24): non habebis *), inquit, potestatem currendi, quia frenum in ore habes; nec saltum dare, quia sella te premit 25). Si calcitrare volueris, flagellum 26) in manu teneo 27).

Eos increpat fabula 28), *qui cum aliis volunt* 29) *nocere, se potius subjugant.*

---

9) *corium* deest in R. D.

10) R. U. *accessus.*

11) *capiendum* deficit in R. U.

12) R. D. *cum consecutus fuero.*

13) R. U. *plogatum ceruum et occisum.*

14) R. U. *tuoe venationi perfectae.*

15) R. D. *hoc dicto.*

16) R. D. *adscendens.*

17) R. D. *de loco ceruo moto.*

18) R. U. *cum excuteret et agitaret.*

19) R. D. *tendebat.*

20) *et* omissum in vtroque Romulo.

21) R. D. *in saltu.*

22) R. U. *cursus velocitate.*

23) R. U. *et vade solitam vitam transigere.*

24) R. U. *cui ille desuper.*

*) R. D. *non habes.*

25) R. U. *si currere volueris, frenum in ore habes; si saltum dare, sella te premit.*

26) R. U. *flabellum.*

27) R. U. *habeo.*

28) R. D. *illos increpat haec fab.*

29) R. D. *voluerint.*

10. Multi credunt voce sua fortes terrere [sicut debiles] 30). De hoc audiamus fabulam 31). (*Vincentius*: Contra illos, qui virtute facere nihil valent et verbis inanibus alios terrent.)

ASINUS ET LEO.

(Phaedr. L. I. F. XI. Rom. Nil. F. XLII.)

Asinus e diuerso occurrit leoni, cui sic dicere coepit: ascendamus in cacumen 32) montis, et ostendam tibi, quia et multa animalia me timent 33). Leo ridens [ad aselli verba] 34): eamus, inquit; cumque venissent ad locum, stans cum fera asellus in edito loco, voce emissa 35), clamare coepit. Quem audientes vulpes et lepores fugere 36) coeperunt. At asellus leoni: vide, quem timeant 37). Cui leo contra sic dixisse fertur: poterat et me terrere vox tua, si non scirem, asinum te esse 38).

Haec fabula monet, derideri 39) *hunc potius debere* 40), *qui virtute facere nihil valet, et verbis inanibus putat se quemquam terrere posse* 41).

---

30) Verba, vncis inclusa, videntur esse interpolata, id quod intelligi potest e Romulo Nilantii, apud quem haec occurrunt: *multi insipientes et impotentes putant potentiores se et fortiores posse verbis suis inanibus comminari.*

31) R. D. *et pro hoc audiamus subjectam fabulam.*

32) Ita Vincent. et R. U. contra R. D. *in cacumine.*

33) R. D. et Vinc. *quia et me multi timent.*

34) Ita R. D. at Vincentius haec non habet; R. U. *leo ridens aselli verba.*

35) R. U. *summissa*; Vinc. *dimissa.*

36) R. D. et Vinc. *currere.*

37) Verba, *at asellus — timeant* desunt in R. D. et Vinc.

38) R. D. et Vincentius *si non scirem, quis esses.*

39) R. U. *rideri.*

40) R. D. *deberi.*

41) R. U. *et verbis inanibus quemquam terrere putat.*

11.

DE VULTURE ET ALIIS AVIBUS.

Vultur 42), simulans 43), se natalem 44) celebrare, aues 45) ad coenam inuitauit. Deinde ingressus clausit ostium, et singillatim coepit occidere eas 46).

Haec fabula dicta est illis 47), *qui opem hilariter tribuentes, contraria machinantur* 48).

12.

DE LEONE ET VULPE.

(Anon. Nil. F. LIX. Rom. Nil. F. XLIII. Append. Burm. F. XXX.)

Leo jam deficiens languorem fingebat, et per eam fallaciam 1) ceterae bestiae ad visitandum regem 2) introibant. Leo autem continuo occidebat 3) eas. Vulpis vero veniens 4) ante speluncam stetit 5), et salutauit eum 6). Interrogata autem a Leone 7): quare non intrasti? respondit: quoniam 8) video introeuntium vestigia, exeuntium autem non video. Sic quorundam periculum 9) doctrina nobis debet esse 10) nostrae salu-

42) R. D. *ceruus.*

43) R. U. *similans.*

44) R. U. *natale.*

45) R. U. *aues minores,*

46) R. U. *occidere omnes.*

47) R. D. *facta est in illos.*

48) R. U. *qui ad opem hilarem proficiscentes contraria patiuntur.*

1) R. D. *et per hoc*; Vinc. in Spec. doctrin. *per hanc fallaciam.*

2) R. D. et Vincent. *eum.*

3) R. D. *edebat.* Paullo concinnius hunc locum exhibet Vincentius: *et per hanc fallaciam cum ceterae bestiae ad visitandum eum introirent, mox eas comedebat.* Vid. Ej. *Sp. histor.* coll. *Spec. doctrin.*

4) R. U. *vulpes venientes,*

5) R. U. *steterunt*

6) R. U. *salutantes eum.*

7) Ita praeter R. D. Vincent. R. U. *vna a leone interrogata.*

8) R. D. *quidem.*

9) Haec et sequentia desunt apud Vincent. R. U. *pericula.*

10) R. U. *doctrinae nobis debent esse.*

tis, quia in domum potentis facile quisquam intrat, exire vero jam tardum est 11).

13.

CORNIX.

Cornix sitiens accessit ad vrnam dimidiam aquae, et eam conabatur euertere. Sed quoniam 12) fortiter stabat, non poterat eam mouere. Quod cum videret, hoc argumentum inuenit: sumens calculos misit in vrnam et ex multitudine calculorum aqua ex vrna sursum porrecta est, et sic suam satiauit sitim 13).

14.

PUER ET SCORPIUS *).

Puer, in silua auguria captans, stetit super quendam lapidem, suo quo jacebat scorpius, quem conabatur puer vertere. Cui scorpius dixit sic: Vide miser, ne dum me captas, te ipsum perdas.

Praecipit haec fabula, nihil tale audere, quod sit periculosum.

11) Ita edidi ex Anon. Nil. R. U. et D. habent, *exire vero tarde est.* Notanda hoc loco inscriptio fabulae apud Vinc. *Contra illos, qui domos potentum facile intrant.*

12) R. D. perperam *quam,* pro quo legendum, *quoniam.*

13) Haec fabula, quae legitur apud R. D. est F. XXVII. Aviani. Deficit in Edit. Ulmensi, nec habet Romulus Nilantii. Vide quae de ea notantur in *Lessingii* Romul. et Rimic. p. 52.

*) Etiam haec fabula, quae occurrit apud R. D. deest in Edit. Ulmens. Romuli; nec habet Romulus Nilantii. Vid. quae obseruat *Lessingius* in Romul. et Rimic. l. c.

15. Malo homini numquam fides adhibenda est 14). Hanc pro hoc audi fabulam 15).

ASELLUS AEGER ET LUPUS.

(Nilant. F. A. p. 142.)

Asinum aegrum 16) lupus visitauit 17), et coepit corpus ejus tangere et interrogare, quae partes corporis ei maxime dolerent 18). Respondit asellus: quas tu tangis.

Sic homines mali, etiamsi prodesse se fingant 19), *et bene loqui simulatorie velint, magis nocere festinant* 20).

---

16. Majoribus aliquando minores solent inter se detrahere. De hoc audi fabulam 21).

DE HIRCO MAJORE ET TRIBUS MINORIBUS.

(Nilant. F. A. p. 145.)

Tres hirci minores cum viderent vnum majorem fugientem et timentem 22), deridebant eum. Ille autem respondebat eis: o desperati et ignari, si sciretis, quis me persequitur 23), non minus paueretis 24). Sic ergo 25) saepius potentibus personis ab inferioribus detrahi solet 26).

---

14) R. D. *malorum hominum numquam fides credenda est.*

15) R. D. *hanc per hoc a. f.*

16) R. D. *lassum.*

17) R. D. *visitabat.*

18) R. D. *quae membrorum partes ei m. d.* R. U. *quae maxime partes corporis ejus dolerent.*

19) R. U. *fingunt.*

20) R. U. *festinent.*

21) Verba, *de hoc audi fabulam*, desunt in R. D.

22) R. D. *vbi erant tres hirci,* viderunt equum timentem, *leonemque fugientem et deridebant* cet.

23) R. U. *qualem hircum fugio.*

24) R. U. *non derideretis.*

25) *ergo* deficit in R. U.

26) R. U. *detrahitur.*

17. **Virtutis opus est, factis aliquid probare 27). Hanc pro 28) hoc audi fabulam.**

HOMO ET LEO.

(Anon. Nil. F. LII. Romul Nil. F. XLIV. Append. Burm. F. XXV.)

Homo et Leo cum inter se certarent, quis esset superior; et quaererent hujus altercationis testimonium; venerunt 29) ad monumentum, vbi erat pictura, quomodo leo ab homine suffocatur *). Ostendit homo ille testimonium in pictura 30). Cui leo ait: hoc ab homine pictum est; nam si leo pingere nosset 31), pinxisset 32), quomodo leo suffocasset hominem. Sed ego, inquit, dabo tibi verum testimonium. Deduxit **) leo hominem ad amphitheatrum, et ostendit illi vera fide, quomodo homo a leone suffocatur et dixit: hic colorum non sunt opus testimonia, sed veritate factum 33).

Haec fabula probat, mendacium, colore compositum 34) a veritate cito superari, vbi est certa probatio.

*18. **Aliquanti cum nihil sint ipsi se magnificant; vt haec 35) auctoris breuis fabula narrat.**

PULEX ET CAMELUS.

(Anon. Nil. F. LX. Append. Burm. F. XXXI.)

Pulex stans 36) in cameli sarcina, cum fuisset camelus

---

27) R. U. *virtutis tempus factis a. p.*

28) R. D. *per hoc*; R. U. *pro hoc audi fabulam.*

29) Ita reposui ex Anonymo Nilant. male enim vterque Romulus, *cum venissent.*

*) R. U. *suffocaretur.*

30) Anon. Nil. *hanc ostendit homo picturam in testimonium.* Corrupte R. U. *impictu'e.*

31) R. U. *nosceret.*

32) R. U. *se pictum videret.*

**) R. U. *induxit.*

33) Ita legendum ex Anon. Nil. Perperam enim R. D. *hic color testimonia non sunt, sed opus veritate factum*; sic quoque R. U. nisi quod hic *colorum* habeat.

34) R. U. *coloribus.*

35) R. U. *sicut auctoris b. f. n.*

onustus, plaudebat, se esse meliorem. Longum iter cum agerent, venerunt simul ad vesperum 37) in stabulum 38). Pulex vero statim se ante pedes cameli excussit, et sic dixisse fertur: bene feci, inquit, descendens de tuo dorso, ne te diutius grauarem 39). Et camelus ad pulicem 40) sic ait: gratias ago, quod nec te imposito grauatus, nec te nunc deposito sum alleuatus 41).

Hanc illi audiant fabulam, qui nec grauare, nec iuuare aliquando possunt meliores.

---

19. De tardis ac pigris talem auctor retulit fabulam 1).

FORMICA ET CICADA.

(Anon. Nil. F. LVI.) Rom. Nil. F. XLV. Append. Burm. F. XXVIII.)

Hiemis tempore formica frumentum ex cauerna trahens siccabat 2), quod aestate colligens coagulauerat 3). Cicada autem esuriens eam rogabat, vt daret sibi 4) aliquid de cibo, vt viueret. Cui formica: quod faciebas *),

---

36) *stans* deficit in R. D. pro *pulex* forte legendum ex Anon. Nil. *culex*. Cf. mox Not. 40.

37) R. U. *vespere*.

38) R. U. *ad st.*

39) R. D. *bene feci, inquit, parcens, ne te diutius grauarem.*

40) R. D. *culicem*. Cf. paullo ante not. 36.

41) R. D. *gratias ago, sed nec te imposito grauatus sum*; R. U. *gratias ago, quod nec te imposita grauatus, nec te nunc deposita sum alleuiatus*. De verbo *allevio* lege, quae notat *Schellerus* in Lex.

1) Desunt haec in Romulo Ulm. Mox pro *hiemis tempore* Vincent. habet *hieme*.

2) Sic legitur in vtroque Romulo, et apud Vincentium. *Schw.* quasi humiditate hiberna madefactum sereno die aëri exposuisset formica, ne corrumperetur. Anon. Nil. habet *secabat*, quia integra grana edere nequibat. *Nilant.* ad Anon. fab. cit.

3) Anon. Nil. *collocauerat*.

4) Reposui *sibi* ex Anon. Nil. In R. D. et U. nec non Vinc. est *illi*.

*) R. U. *fecisti*.

inquit, in aestate? At illa: non mihi vacabat 5), per sepes oberrabam 6) cantando. Ridens formica et frumentum includens 7) dixit: si aestate cantasti, hieme salta.

Haec fabula pigrum docet, vt tempore certo laboret, ne dum minus habuerit et petierit 8), non accipiat.

---

20. Homo malus multos perdit, et ipse solus perit 9). Pro hoc audi fabulam 10).

DE GLADIO ET VIATORE.

(Nilant. F. A. p. 143.)

Gladium viator dum ambulat 11), jacentem inuenit in via, quem interrogauit: quis te perdidit? Cui contra telum 12): me quidem vnus, ego vero multos.

Haec fabula narrat, malum posse perire, sed ante multis nocere 13).

---

21. De injuriis innocentum Aesopus talem narrat fabulam 14).

OVIS ET CORNIX.

(Anon. Nil. F. LV. Append. Burm. F. XXVII.)

Otiosa quaedam cornix super 15) ouem consedit, tun-

---

5) Ita Vincent. R. U. *non mihi vacauit*; R. D. *at illa: dum me vacabat.*

6) R. U. *oberraui.*

7) R. D. *ridens formica frumentum inclusit et dixit.*

8) *et petierit* deest in R. D. Vincentius: *ne, dum minus habuerit, non accipiat, cum petierit.*

9) R. U. *et solus perit.*

10) R. D. *ac per hoc audi fabulam istam.*

11) R. D. *ambulabat.*

12) R. U. *cui tale contra responsum dedit.*

13) Ita fab. ant. apud Nil. l. c. R. U. *sed ante multis nocet*; R. D. *sed ante multos nocere posse.*

14) R. D. *de i. i. Aesopus fabulam narrat.*

dens dorsum ejus 16). Hoc 17) cum diu fecisset, sic ad illam ouis dixisse fertur: Cani si haec fecisses 18), non ferres latratum ejus 19), nec iracundiam oris illius 20). At 21) cornix talia oui ait: Collo equidem forti sedeo 22), et scio, quem lacessere debeo 23), quia sum antiqua annis, improba innocentibus, amica autem asperis. Sic me creatam dii voluerunt 24).

Haec fabula in illos dicta est, qui infirmis et eorum 25) innocentiae injuriantur.

22.

DE STATUA SUA AESOPUS AD CIVES *).

Scripta et ingenium Aesopi vt agnouerunt, quod multarum semitarum amplissimas faceret vias, et pepercisset humilibus, dum alligauerit multos qui erant summi Atticorum, statuam posuerunt Aesopo, cui substatuti sunt circuli **),

15) R. D. *supra.*
16) Desunt haec in R. U.
17) R. U. *haec.*
18) R. U. *cani temptationem hanc si faciebas.*
19) R. U. *non ferebas latratus ejus.*
20) R. D. *nec iracundiam ardoris illius.*
21) R. D. *et.*
22) Recepi *collo forti* ex Anon. Nil. In R. D. est *colli forti*; in R. U. *collibus equidem fortibus.*
23) R. D. *scio quem lacero.*
24) R. D. *sic me creatam dii esse voluerunt.*
25) R. U. *ipsorum.*
*) Notanda est h. l. obseruatio *Lessingii* in *Romulo* et *Rimic.* p. 52. *Dieser Zusatz in dem Cod. Divion. sind Worte ohne Sinn. Er folgt auf die 21ste Fabel des IV. Buchs, und ist als eine besondere Fabel überschrieben:* de statua sua Aesopus ad ciues. *Es ist eine barbarische Abkürzung und Verstümmelung von dem Epil. des II. Buchs im Phaedrus.* Ex hoc additamento emendatus est vs. 1. Epil. II. vbi vide.

**) Ita scriptum inuenias in MS. Divion. Addenda hoc loco fabula Romuli ex editione Vlmensi, quae non inuenitur in Codice Divionensi. Est vigesima L. IV. et inscripta est:

De abiete et arundine.

Qui superbo et duro corde sunt, et nolunt se subdere domino suo, solet eis euenire, sicut

Qm̄ ***) artis vias ingenio intellexi, mox fabulas edidi. Ideo vides posuimus statuam, quod est alicujus laboris bona renumeratio: sic scientes sequi querellas.

23.

MAGISTRO RUFO AESOPUS.

Memoriam tibi tradam beme 26) Rufe meam, membranis habeto scriptam et in candore quod mereris a me. Suscipe donum vt pretiosum labium saxis diuersi coloris ornatum jucundam tuam vitam, spectans seniles annos, maturos amicis, semper bonus viuas, vxori luxuriosus vaces, famulis disciplinam ingeras, tuorum vota bene cernas et intentus legas fabulas. Et ne forte lector aestimet, lapsum me in imprudentiam, inuenies in seruis tuis esse narrandi vias. Nam veteres et paucae olim fuere fabulae, sed vt majus fieret corpus, adjeci et meas nouas, aperte et breuiter scriptas. Apposui vera malis, composui integra bonis; ostendi vias malorum, confirmaui bonorum, sequatur quisque quod libet. Per haec omnia docto atque intellegenti paruus non est labor meus, vt norit quisquis, fabularum cur sit inuentum genus, verum ipsam vitam hominum et mores ostendens, instruxi legere volentes.

Explicit Liber IV. Fabularum Aesopi.

---

arbori abietis, quae vento veniente noluit se flectere. Stetit autem juxta eam arundo, quae vento veniente flectebat se in quacunque parte ventus eam mouebat. (Rom. Nil. in F. A. p. 144. *flectebatur in quamcunque partem ventus* cet.) Et dixit ad eam abies: quare non stas firmiter, sicut et ego? Respondit arundo: non est virtus mea, vt tua. Et dixit ad eam abies: et ideo scire potes, quia fortior sum tibi (Rom. apud Nilant. l. c. *te.*) Venit autem ventus validus, et abietem projecit in terram, arundinem vero dimisit. Sic saepe elati projiciuntur, dum humiles maneant (Romul. apud Nil. l. c. *manent*) erecti.

***) *Ita* MS. Divion.

26) Forte *benignissime.*

SUPPLENDA ET EMENDANDA

IN

VOLUMEN II.

L I B R I I I I.

Prol.

Vs. 10. *nenias.* Quae Bothius ad hanc vocem notat, non Burmannum, sed Harium habent auctorem. Vid. hujus Epist. crit. p. 47. Idem notandum de iis, quae ad vs. 22. de locutione, *in vitam hanc incumbere*, obseruata sunt. Cf. Harii Epist. crit. p. 48. Ceterum vix credibile est, Phaedrum respicere ad lectores fabularum, qui non erubescerent, ipsius fabulas maledico dente carpere, et publice nauci ducere. Vtique enim poëta hoc nexu fabulas suas dicere poterat *nenias*, communi vsu loquendi, quo, modestiae caussa, nostra, etsi bona et laudanda, verbis tamen elenare solemus. Cf. Editor Anonymus ad h. l.

Vs. 22. *et laude multa.* Ita quidem, *haud invita*, sentio cum Bentlejo corrupta esse, quae vtcunque emendare studui. *Haud invite*, i. e. libenter, versari se in his studiis dicit, non reluctante animo, vt Eutychum illosque, qui diuitias quaerant. *Bothe.* Displicet haecce conjectura Censori Lips. l. c. Censet enim, languide dici *haud invite*, etsi haec lectio sensum fulciat. Legendum proponit *et laude inventa*, quod certe menti Phaedri et nexui orationis accommodatius est.

Vs. 23. *in coetum recipior.* Disputant, an supplendum sit *a Musis*, an *a multis*, *omnibus*. Prius mallet Schefferus, qui locum ita explicat: etsi omnia posthabeam litteris ac doctrinae, vt opes et gloriam; tamen ad eam veram solidamque non nisi difficulter ac sero peruenio. Simili modo Editor Anonymus: Quamuis in ipsa natus sim paene schola, et laude multa vitam in hanc incubuerim; nondum tamen limen Musarum penetrare, et arctius cum iis commercium habere contingit. Quae interpretatio repugnat versui 22. maxime verbis Phaedri vs. 61. huj. Prol. *sollemnis mihi debetur gloria* et Epil. II. 8. 9. *Quodsi labori fauerit Latium meo, Plures habebit, quos opponat Graeciae*; vt omittam, optime cohaerere orationem, si locum ita interpreteris: Fastidiose recipior a multis in coetum poëtarum, i. e. vix, nec sine difficultate et cum fastidio inter poëtas habeor. Ceteroquin h. l. non omittenda est conjectura

Anonymi, qui verba *Taciti* Ann. IV. 7. *modesta servitia*; *intra paucos libertos domus*, vbi agitur de Tiberio, refert ad Eutychum et Phaedrum, quos vna in domo Tiberii aliquamdiu libertos censet fuisse, sed postea alterum, Phaedrum, qui se eddixisset certis e domo Augusta hominibus, inuisis quidem Sejano, hujus machinationibus fuisse deturbatum. At vero locus Taciti de quibuscunque aliis, quam de Eutycho et Phaedro potest intelligi; deinde ex iis, quae supra in Vita Phaedri disputauimus, luculenter patet, Phaedrum rectius haberi Augusti, quam Tiberii libertum. Atque etiam Eutychus conjectura probabili Caligulae fuit libertus, non Tiberii. Vide Excurs. I. ad L. III.

Vs. 25. *vigilia.* Nox apud Romanos in quatuor vigilias, non tres, ut apud Graecos, erat divisa. Liv. IX. 37. *quarta fere vigilia — arma capiunt.* Id XXI. 48. *quarta vigilia noctis.* Aliter Anonymus.

Vs. 26. Anonymus inhaeret interpretationi Burmennianae vocis *doctus*, laudans locum Ciceronis Off. I. 1. ubi Cicero *doctos* opponit rudibus graecae linguae; quem quidem locum Burmannus jamjam produxit.

Vs. 27. Anonymus locutionem, *quodcunque fuerit*, refert ad *dulce lucrum*, eamque ita vult explicari: dulce est lucrum, fateor; sed utcunque res sit, tantum abest, ut voluptati, e fabulis scribendis percipiendae, renuntiem, sicque docto labori dulce praeponam lucrum; ut potius pergere libeat, fabulas scribere, licet quamvis multi offendantur hisce fabulis; licet denuo contraham odium, sicque dolorem atque periculum subeam. Cf. quae ad hunc locum notata sunt.

Vs. 29. *exarare stylo* per translationem est, scribere. Qui enim stylo scribunt in codicillis et tabulis ceratis, quasi sulcos, instar aratorum, ducere videntur. Vid. Gesn. in Th. L. L. h. v.

Vs. 39. Sicco pede hunc locum transeunt interpretes. Sed quid hoc est: *cogitaui plura quam reliquerat Aesopus?* Nihil profecto, quod huc faciat. Repone: *E. c. p. quae reliquerat*, et frequentatiuum *cogitare* accipio pro simplici *cogere*, prima et originali significatione, qua nubes cogere dicitur deus, exercitum imperator, licet de hac vi verbi taceant Lexicographi. Similiter infra Prol. IV. 12. *paucas* (fabulas) *ille* (Aesopus) *ostendit*, *ego plures fero*, secundum Bentleji emendationem verissimam; ne autem obsoletum (hac significatione) verbum mireris, facit simile (*trusitare*), quod supra II. VII. legitur,

et locutio *res cibi* pro cibo, aliaque hujus generis; vt antiqua haec amasse videatur Phaedrus. *Bothe.* Probat hanc conjecturam Censor Lipsiensis l. c. At mihi videtur superflua et minime necessaria, cum lectio vulgata sana sit. Nam cum Phaedrus vs. 38. dixisset, *Ego illius pro semita feci viam*, nunc istam locutionem prouerbialem vberius explicat, vs. 39. adjiciens, sese plures excogitasse, seu inuenisse fabulas, quam Aesopus reliquerit, sicque effecisse, vt pro illius semita faceret viam. Idem dixit Prol. IV. 12. *Paucas ostendit ille, ego plures dissero.* Itaque nexus orationis suo quasi jure postulare videtur, vt vulgatum, quod nemini vmquam suspectum fuit, retineatur. An etiam criticis liceat, nonas vocabulorum fingere significationes, priscis scriptoribus prorsus incognitas, doctiores viderint. Mihi quidem ejusmodi emendandi ratio res esse videtur periculi plena. Verbum *trusito* nil probat. Haec lectio enim nondum mihi certa videtur, etsi a plurimis, etiam a me, recepta.

Vs. 40. Lege, quae ad h. l. apte obseruat Anonymus.

Vs. 41. Quae ad hunc versum notantur a Bothio, sunt verba Harii, non Burmanni. Vid. Ep. crit. p. 49. Biographiam Sejani succinctam habes in Notis Anonymi ad h. l.

F. I.

Vs. 5. *Quale in te dicam bonum.* Bothius edidit e Cod. Perott. *quale te dicam bonum.* Cf. Exc. III. ad hanc fab.

F. II.

Vs. 3. *congerunt.* Bentlejus *ingerunt*; quia *ictus*, *plagae* congerantur; *saxa*, *tela*, *fustes*, *pugni* ingerantur. Sed multis exemplis ostendit Burmannus, hanc distinctionem vanam esse. Vid e. c. Val. Max. III. II. 1. Curt. L. VIII. C. XIV. 38. Liv. I. 51. Ovid. XIV. M. 777. Bothius rescripsit *ingerunt.*

Vs. 17. *At illa.* Bothius, *Et illa.* Sic MSS. Pith. Rem. sed vide Notas.

F. III.

Vs. 2. 3. Vulgo haec cum antecedentibus conjungunt, sed ineptissima sententia, quasi hoc demum facto cognitum fuisset, sapientem virum hariolis veraciorem esse; veraciorem, nam *veracior* lego (Sic olim Pithoeus et Rigaltius 5), non vt scriptum in omnibus libris video, *velocior*, quia velox pro

sagace per se non dicitur. Intelligendum autem *est*, sollemni ellipsi, quam tamen nescio quis cum non assequeretur, versiculos istos ambitiosos de suo addidit. *Bothe.* Tò *velocior* praeferendum esse τῷ *veracior*, jamjam acute vidit Burmannus, vt suo loco obseruatum est. Neque etiam est credibile, si scripsisset Phaedrus *veracior*, librarium reposíturum fuisse *velocior*, vocabulum paullò difficilius, certe hoc sensu. Equidem fateor, τὸ *velox* alibi absolute, hoc sensu, non legi. At quam multa in Phaedro leguntur, ore indicta alio, e. c. *auritulus*, neo tamen propterea ejicienda.

Vs. 14. *ibi stans.* Scripsimus *obstans*, i. e. obuiam veniens, vt est Plant. Stich. II. I. 14. Amat antiqua Phaedrus. *Bothe.* Laudat correctionem Censor eruditus Lipsiensis.

F. IV.

Vs. 1. Cum vox *opsonium* ὄψον, ὀψώνιον, proprie dicatur de piscibus, quemadmodum Anonymus erudite docet ex Eustachio, Plutarcho, (Sympos. IV. 4.) et Casaubono ad Athen. VII. 2. iste in loco Phaedri intelligi posse putat piscem, veteribus notum, quem dixerint πίθηκον, *simiam marinam*, cujus mentionem faciat *Aelianus* L. I. C. 9. Istum piscem, germanice *Seeratze*, *Seeaffe*, *Seedrache*, maris septentrionalis et Atlantici incolam, tres quatuorue pedes longum, maxilla simiae esse simillimum; eumdem ob formam plane singularem a recentioribus dici *chimaeram monstrosam*, i. e. simiam marinam. Qui cum inveniatur in mari Atlantico, viro docto vero non absimile videtur, Romanos, cupediarum appetentes, huno quoque piscem habuisse in deliciis, eumdemque, Romam deportatum, inter reliquas merces atque opsonia ad lanium venalem pependisse. Quam quidem conjecturam, ceteroquin ingeniosam, parum puto esse probabilem. Etsi enim dubitari nequit, *opsonium* dici de pisce, ex indubitatis tamen priscorum scriptorum testimoniis probari non potest, piscem, πιθήκου nomine insignitum, veteribus notum fuisse. Memorat *Aelianus* L. XII. C. 27. simiam maris rubri, scribens: ἔστι δὲ ἐν θαλάττῃ τῇ ἐρυθρᾷ καὶ πίθηκος; sed addit, bestiam cartilagineam fuisse, non piscem, οὐκ ἰχθὺς, ἀλλὰ σελαχῶδες ζῶον. (Intelligunt viri docti *Pegasum draconis* S. *volant.* Linn. Vid. *Schneider* V. C. ad locum Aeliani cit.) Atque etiam apud scriptores historiae naturalis Aelianum, Aristotelem, Plinium, qui de si-

miis eorumque variis generibus non pauca tradiderunt memoriae, de pisce quodam maris Atlantici, πιθήκῳ, quem veteres comedere et in deliciis habere solerent, altum est silentium; etsi Plinius vulpem marinam (L. IX. 43.) et alias ejus generis bestias memoret. Jam vero verba βρωθεὶς πίθηκος in loco Aeliani L. I. C. 9. quem profert editor, explicanda de simia, animali terrestri, non de pisce. Verbum denique πιθηκοφαγεῖν, quod laudat editor, nil valet ad roborandam ipsius interpretationem. Etenim ne vnicum quidem prisci cujusdam scriptoris locum produxit, in quo hocce verbum occurrat; tantum abest, vt probet, vsurpari de pisce, i. e. simia marina. Gyzantes simias comedere dicuntur *Herodoto* L. IV. 194. Wessel. μιλτῦν ται δ' ὦν πάντες ἔτοι, καὶ πιθηκοφαγέουσι· οἱ δὲ σφι ἄφθονοι ὅσοι ἐν τοῖσι ὄρεσι γίνονται. Sed quis non videt, haec de pisce non posse intelligi? Compara quae notantur in Censura Phaedri Paufler. in A. L. Z. edit. Halae ann. 1805. nescio qua Partic.

Vs. 4. *Caput*, h. e. *totum animal*, non caput sensu proprio, vel os orisque pulchritudo, qui error est ejus, qui epimythium adscribillauit. Ita autem saepe vsurpant vocem. Ter. Andr. II. II. 34. *ridiculum caput* dixit pro ridiculo homine; Hor. I. Od. XXXIV. *carum caput* pro caro, vel dilecto homine cet. Jam autem sententia et vera existit, et minime, vt opinor, ridenda. Cum enim quod in carnibus *sapor* est, id in hominibus *mores* haud absurde dicantur, scriptor ducere nos voluit, *Hominum qualia sint ingenia, tales etiam plerumque mores esse.* Quare epimythium, quod et calumniatur scriptorem, et in narratione breui et ad jocum tantum composita superfluum est, confodiendum censeo. *Bothe.* Bothio accedit Censor Phaedri Paufleri paullo ante cit. Sed cum omnibus Phaedri fabulis addita sint vel promythia, vel epimythia; equidem caussam nullam video, cur hic epimythium abesse debeat. Fac enim, hanc narrationem ad jocum tantum esse compositam, nec historiam, quae Romae acciderit, sed fabulam esse; epimythium non magis erit superfluum, quam in aliis Phaedri narrationibus, quae fabulae dici non possunt. Neque etiam breuitas narrationis inducere nos deberet ad credendum, epimythium esse superfluum, quod confodiendum sit; cum in aliis iisque breuioribus narrationibus (e. g. L. I. F. VII. L. IV. F. III.) epimythia videamus addita. Argumen-

tum denique epimythii nostri minime ridendum puto; carpit enim Phaedrus eos, qui, vt hodie centies fieri solet, et vt Romae etiam factum esse credibile est, ex sola facie de aliis judicabant. Cum igitur epimythium, quod habent Codices, etiam Perottus, non rejici posse videatur; nec interpretatio vocis *caput*, ceteroquin erudita, potest admitti.

F. VI.

Vs. 9. Vehementer gaudeo, cl. Bothio placuisse vulgatum *tricandum*.

F. VII.

Vs. 11. *nunc patior*. Bothius, *cur patiar*. Sic legi volebat Bentlejus, si vs. 13. retineatur *facilius*.

F. VIII.

Vs. 3. *Idem insignem pulchra facie filium*. Sic olim edidi e conjectura Harii, confirmata Codice Perotti. *Schwabe*. Malim equidem: *Itidemque insignem pulcra f. f.* Bothe.

F. X.

Vs. 6. *Priusquam* pro *potius quam* dixit, vt L. III. 44. extr. *neu patiatur virginem adultam famae prius, quam libertatis periculum adire*. *Bothe*.

Vs. 40. Quae ad h. v. notantur a Bothio, sunt verba Harii, non Burmanni. Vid. *Harii* Ep. crit. det Not. Bentl. p. 59.

Vs. 47. *delata*. Cl. *Bothe* edidit *tam vana*, pro *damnanda*, quod habent MSS. Pith. et Rem. Non displicet lectio eamdemque probat Censor doctus Lips. At, ni fallor, rectius recepta fuisset lectio MSS. Perott. *delata*. Vid. Not. ad h. l.

F. XII.

Vs. 4. *Hoc si quis*. Verius videtur: *Hic si* etc. hic, hoc loco. Nec *maximum* damno, cum praesertim amet vocem poëta noster. Vid. infra IV. XX. 21. V. V. 21. *Bothe*. Placet emendatio Censori Lips. Cf. Not. ad h. l.

F. XIII.

Vs. 1. *fecerant*. Bentlejus *vt fecerunt*, sine vlla necessitate, insuaui repetitione et elisione litterae *u*, *quercu ut*. *Burmann*. Bothius edidit *fecerunt*, rejecto *ut*, obsecutus libris scriptis,

Pith. et Rem. at melius, ni fallor, *fecerant*, quod inuentum est in Cod. Perotti.

Vs. 13. Bothius, repudiata Bentleji correctione rescripsit *sustulit*. Sed nos praeferimus *protulit*, e Cod. Perott.

Vs. 14. *aut quis fecerit.* Bothius, *ac quis*. At si quid mutari debet, ego quidem reponerem molliorem Cod. Per. lectionem, [illegible] *quis*.

Vs. 17. Nota Bothii ad h. v. pertinet ad Epist. crit. Harii p. 61. non Burmanni.

F. XV.

Vs. 5. *ignotum.* Non prorsus spernendi viri docti, qui *latens onus*, quod est apud Ovid. Am. II. 13. et Senec. Ep. 124. eodem plane modo dictum volunt, quo hic *ignotum onus*. Sed recte monet Burmannus, respici ad vs. 10. *Bothe*.

F. XVI.

Vs. 6. *Rogata est, vt taceret. M. v. c. e.* Repone, quod hiulca ista connectat, *Rogata, vti taceret, multo validius clamare coepit. Bentlej.* Sed ad viuum magis expressa sunt vulgata. *Bothe.*

F. XVII.

Vs. 3. *Et myrtus.* Malim, *at myrtus*, vt infra IV. V. 4. 5. *vnam — at alteram — tertiam.* Bothe. Sic conjiciebat Heinsius. Vid. Not. crit. ad h. l.

F. XVIII.

Vs. 5. Admodum placet Heinsii conjectura, *Haic, consolandi gratia, dixit Dea*, qua etiam per verba clarum redditur, *quem* consolari voluerit dea. *Bothe.* At e contextu facili negotio intelligitur, *pauonem* consolari voluisse deam, vt correctione non sit opus.

Vs. 7. *zmaragdi.* Ita Ζμυρναίων frequenter occurrit in numis, et *Zmurna* et *Zmurnaeus* in antiquis Varronis, Hygini Catonisque Codicibus. Ita Apollo *Zminthius* in *Hygini* F. 106. vbi v. Muncker. Cf. *Sext. Empir.* Adv. Grammat. L. I. c. 9. p. 253. Opp. ibique Fabric.

E p i l.

Vs. 8. *breuitati nostrae.* Modeste sic appellat opus suum

Phaedrus, quod poposcisse, adeoque praemium scriptori promisisse, videtur Eutychus. *Bothe.* Vir doctus legit *breuitas nostrae.* Compara, quae ad h. v. suo loco obseruata sunt.

LIBRI IV.

F. I.

Vs. 6. 7. Bothius reposuit: *Detracta e pelle s. f. t.* rejecto Bentleji *huic* pro *is* vs. 6. *Schw.* Durissimum *huic* Bentleji. Neque sic tamen constat, per verba quidem, ex pelle asini facta esse a sacerdotibus tympana, sed tantum, facta esse. Addenda fuit praepositio. *Bothe.* *Detracta e pelle* olim conjecit Burmannus, post Rittershusium. Cf. Not. crit. ad vs. 7.

Vs. 12. 13. Rescripsi, *Iocularès tibi videntur*, i. e. haa naeniae, ex sequentibus, verba autem, *et sane — ludimus*, παρενθετικῶς accipio. *Bothe.* Sic legi volebat Heinsius, de quo suo loco dictum est.

F. II.

Vs. 29. *Proculque.* Bothius, cui vulgatum frigide dictum videtur, contra codices reponit *procul qui*, quod Censor Lipsiensis censet multo esse frigidius.

F. III.

Videant viri docti, qui historiam fabularum Aesopearum in numerato habent (nam nos non satis praeparati ad hoc argumentum delati sumus), vtrum ficta illa de Vulpe, perae pastoris insidiante, narratio, vt et altera de *Vulpe* et *Uva* apud scriptorem occurrat, Theocrito antiquiorem. Nam si quis ingeniosus esse velit, possit ille hariolari, Siculum poëtam vtramque respexisse in describendo poculo pastoris Idyll. I. 45. sqq. *Huschke* in Diss. de Fabb. Archilochi p. 49.

F. V.

Vs. 16. *tulerint.* Vulgata *tulerint* recte habet: nam sic *fructus ferre*, pro *accipere* dixit Cicero, etc. *Bothe.*

Vs. 29. Repone *vt*, quod fere semper omiserunt librarii;

Aesopus media subito in turba vt constitit. Bentlej. Vt post cum nemini placebit, neque illud necessario requiritur. *Bothe.*

Vs. 38. Legendum puto, *At agros villam et pecora*; at enim sententia videtur desiderare. Bentlejus: *Agros et villam et pecora.* Sed vnde primum *et* hauserit, nescio: incommode bis ponitur, nec a Phaedro esse ostendit vs. 36. *Haro* in Ep. crit. p. 68. Bothius recepit lectionem Bentlejanam. Cf. Notas crit. ad h. l.

Vs. 41. *vinum paret.* Probabilius nos *imperet*, voce graphica, et in qua facillime labi poterant librarii. *Bothe.* Quae lectio ingeniosa et facilis an praeferenda sit vulgatae *paret*, quam defendi, praeeunte Desbillonio, videant doctiores. Bothio tamen accedit Censor doctus Lips.

Vs. 44. *luxuriae domum.* Sic vulgo, i. e. nimio sumtu exstructam et politam Burmanni verbis. Sed dubito, hanc significationem probari posse. Nostre, *luxuriam et domum*, dedit Anonymus quidam Anglus. *Bothe.* Ego nullus dubito, quin vera lectio sit *luxuriam et domum*, quod facile errore degenerauit in *luxuriae domum*, omissa vel detrita lineola super *a* et *e* compendio posito pro *et. Harae. Luxuriae domum* dici posse eo, quo cepi, sensu, intelligi potest ex exemplis suo loco prolatis.

F. VII.

Vs. 1. *nasute.* Similiter Persius III. 27. *Bothe.*

Vs. 5. *Et in cothurnis.* Sic vulgo legitur. Bothius, cui haec lectio frigere videtur, recepit *en*, post Meursium.

Vs. 25. *Qui stultitia nauseant.* Et scripturae Codicum, et sententiae caussa, rescribere maluimus, quod etiam Anonymo Anglo placebat, *stultitia*, h. e. *propter stultitiam*, vel *stulte.* Nauseare enim eo consilio, vt nausees (*consulto*, vt legit Bentlejus) affectatius, opinor, dictum est, quam vel fabulae conuenit, vel Phaedro. *Bothe.*

F. VIII.

Vs. 7. *Omne adsuëui.* Bothius, cum nemo adhuc de emendando hoc loco cogitasset, rescripsit tamen, *Homini adsuëui. Schwabe.* Vulgo, *omne adsuëui*, sed friget h. l. adjectiuum. *Bothe.* Aliter sentit Censor Lipsiensis, saepius laudatus, qui vulgatam stare posse recte putat, si intelligas ferrum vel durissimum.

F. IX.

Vs. 1. *simul ac.* Metri maxime caussa, pro *simul ac* reposui *simul*, cujus illud interpretamentum est. *Bothe.* Sic quoque volebant Scioppius et Guyetus; sed v. Notas criticas.

Scriptoribus in fine fabulae laudatis, addendus *Huschke* in Diss. de *Fabb. Archilochi* p. 44. scribens: „In pluteum *descendit* hoc, male compositum, sociorum par (*Vulpes et Hircus*); vnde mox vident nullum patere exitum. Conuenit haec stultitia in hircum, in vulpeculam Archilochiam nullo modo. Sed haec est culpa interpolatoris. In vetere fabula Vulpes in pluteum *decidit*, quod prudentissimo cuique accidere potest; ad eundem locum hircus *sitiens* defertur, inuitatur, decipitur. Hanc narrationem aliquanto probabiliorem secutus est Phaedrus, et, nisi fallor, Babrius, quem ante oculos habuisse videtur auctor fabulae Cod. August. I. 9. Ἀλώπηξ πεσοῦσα ἐις φρέαρ ἐπ' ἀνάγκης ἔμενε πρὸσ τὴν ἀνάβασιν ἀμηχανοῦσα. Τράγος δὲ δίψῃ συνεχόμενος ὡς ἐγένετο κατὰ τὸ αὐτὸ φρέαρ, θεασάμενος αὐτὴν ἐπύνθάνετο, ἐι καλὺν ἔι η τὸ ὕδωρ cet.“

F. XI.

Vs. 5. Bothius edidit, post Vrsinum, *Qui onustus s. c. d.*

Vs. 15. *explicabit.* Recte Heinsius *explicarit.* Sed ambitiosum est illud *explicarit*, quasi nemo, nisi Phaedrus, animaduertere hoc potuisset. Contra vulgatum jocose dictum est, hac sententia: non permittam, vt alius explicet, sed ipse potius explicabo. *Bothe.*

F. XIII.

Vs. 1. Bothius cum Bentlejo rescripsit: *Vtilius nihil esse homini, q. r. l.* At Burmannus: „Quid cogit *est* mutare in *esse?* cum hic versus sententiam absolutam contineat, quam probandam mox dicit, ita scilicet, vt integra, sententiae in modum, proponitur.“

F. XVI.

Vs. 2. Lege, *Aesopus finxit consolandi hoc gratia. Bentlej.* Malim equidem, *Aesopus finxit hoc solandi gratia*, ne *hoc* lateat per versum. *Bothe.* Adstipulatur Bothio Censor Lipsiensis; cf. Not. crit. ad h. v.

Vs. 7. Bothius, *Nimiaque nautas se hilaritate extollere*, ex emendatione Heinsii.

F. XVII.

Vs. 12 — 17. Bothius h. l. ita exhibet:

Propulsi vero fustibus euadunt foras.
Vetat dimitti magnus illos Jupiter:
Post aliquod tempus alios adsciri jubet.
Mirati illi, legatos non reuertier,
Turpe antumantes aliquid commissum, vt suos cet.

Vs. 19. *sed multo.* Bothius, *sedulo*; et mox

Mandata dantur, dimittuntur: hi statim
Adeunt: rogantesque aditum, continuo impetrant.

Vs. 27. *ante.* Bothius edidit *autem. Schwabe.* Vulgo *ante*: insulse. Loco suo mota est, propter metrum, conjunctio, vt Prol. I. 5. *Bothe.* Accedit Censor doctus cit.

Vs. 32. *Et hoc feretis.* Bothius: *Sic vos feretis*; sed vs. 34. idem conjicit: *Nunquam carebunt hominum contumeliis*, vt verba respondentis Jouis rite congruant cum verbis legatorum canum; sed conjectura non recepta est in textum.

F. XVIII.

Vs. 1. Cl. Bothe: *Malis qui fert auxilium. Schwabe.* Vulgo: *Qui fert malis a.* Sed sic *malis*, vox grauissima, in thesi latet, *Bothe.* Placet correctio Censori Lips.

Vs. 5. 6. Malae notae versiculi, nam et frigide repetitur initialis fabulae sententia, et frigide quaerit altera colubra, quod per similem suam naturam scire poterat; deinde *hanc* dubium ad *caussam*, an *colubram* referendum sit, et lusco dictum istud: Ne quis *discat* prodesse improbis. *Bothe.*

F. XIX.

Vs. 3. *intimam.* Non id agitur, ad *intimam* speluncam draconis peruenisse vulpem, sed *postremo* ad eam peruenisse; itaque recte habet vulgata (*vltimam*) *Bothe.*

Vs. 9. *quodue tantum est.* Obseruat cl. Bothe contra Bentlejum, retinendum esse τὸ *est*, cum illo varietur oratio.

F. XX.

Vs. 1. Bothius edidit: *Quo judicare cogitet liuor modo*, quam emendationem magnopere mihi placere fateor.

F. XXI.

Vs. 15. Mihi quidem hic versiculus de glossa suspectus

est. Primum enim *quia* positum insolite pro *quoniam*; deinde tota sententia languet, imo falsa est, quia etiam alias ob caussas perire illi poterant, quam grauitate sarcinarum. Quare, deleto hoc versu, rescribo:

Mecum, inquit, mea sunt cuncta: *Pauci vt enatant:*
Praedones adsunt cet. *Bothe.*

F. XXIII.

Vs. 10 — 15. Bothius hunc locum ita exhibet:

Est gloriosus sane conuictus Deûm,
Sed illi, qui inuitatus, non, qui inuisus est.
Aras frequentas? Nempe abigeris, quum venis.
Super etiam iactas, tegere quod iubet pudor,
Reges commemorans et matronarum oscula?
Nihil laboras? ideo, quum opus est, nihil habes.

Idem vir doctus obseruat: „Continuitatem orationis restituere nos studuimus, insuper etiam versu *Aras* scribentes *quum venis*, pro vulgato *quo venis*, quoniam, aris nominatis, incertum non est, quo musca veniat." Lectio *quum venis* recte recepta videtur censori Lipsiensi. Ceterum ordo versuum in nostra editione a Bothiano non multum abhorret.

F. XXIV.

Vs. 18. *male dimissus gratiam corrumperet.* Vulgo *dimissam*, obscure. *Demessam* scripsi, i. e. imminutam, et quasi curtatam, mercedem (nam haec gratia est), quam corrumpere (i. e. magis etiam imminuere) timebat Simonides, habendi et fruendi satis cupidus poëta. *Bothe.* Displicet censori Lipsiensi ista coniectura; cum dubium sit, an *demessa* pro *imminuta* dici possit. Neque etiam *gratia* explicari potest *merces*, iudicante eodem. Vult enim, hanc vocem referri ad praecedens *inuitauit.*

Vs. 28. Bothius edidit: *Vnum is promorat vix pedem triclinio, et.*

L I B R I V.

P r o l.

Hunc locum corruptum Anon. sic explicare ausus est: *adeo*, etiam, *fugatae fabulae* meae *exaudiant* fabulae Aesopi, vt marmor Praxitelis, argentum Myronis. Statuit enim, admittendum esse cum hysteron proteron, tum brachylogiam, ita quidem, vt verbum *exaudiant* ponatur pro *sint*, *dicantur*, quo sensu simplex *audire* non raro legi constat; locutio vero *fabulae fugatae* referatur ad L. IV. VII. 1. 2. *Tu qui nasute scripta destringis mea, et hoc jocorum legere fastidis genus*; ex quo loco colligi posse censet, non defuisse, qui fabulas Phaedri non, pro eo ac par esset, laudibus ornarent, qui easdem ne lectione quidem judicarent dignas, et instar mercis publicatae et fisco addictae, repudiarent (*fugatae*); Phaedrum autem voluisse dicere: etiam fabulae meae fugatae, Aesopi nomine, suam experiantur fortunam. At vero in iis, quae disputauit vir doctus, me non habet assentientem; nihil enim attulit, quo fulciret interpretationem suam, quae, si tamen recte judico, admodum dura est. Nam vt omittam, verbum *exaudiant* sensu, quo capi vult editor, sine exemplo dici; an fabulae, quas fastidiunt et repudiant lectores, Latine dici possunt *fugatae?* an ita loqui solent prisci scriptores, si non in eadem re, at in simili? Praeterea credibile est, Phaedrum in hoc nexu scripsisse *fucatae*, non *fugatae*, vt ipse Anonymus videtur agnoscere p. 311. Editionis suae. Oertelius locum vexatum ita interpretatus est: Sic igitur fabulae meae, simili modo fucatae, prodeant in publicum; *mit gleichem Anstriche mögen nun auch meine Fabeln ins Publikum kommen.*

F. I.

Vs. 15. Reponendum censet cl. Bothe *in conspectum meum*, vt L. V. VII. 22. hanc tamen lectionem non recepit.

Vs. 16. 17. Haec cur ἀσυνδέτως efferantur, nullus video. Reponendum et distinguendum putem:

Respondere vt proximi,
Hic est Menander scriptor: mutatur statim. *Bothe.*

Cum Phaedri mos sit, narrationem passim ἀσυνδέτως efferen-

di: equidem nullus video, quare, inuitis libris, vbique particulae connectendi intrudi debeant.

Conjecturis, in fine fabulae memoratis, addenda alia, quam affert Anonymus ad vltimum huj. fab. versum.

F. III.

Vs. 12. 13. Bothius legi jubet:

Qui casu peccat; quum quis consilio est nocens,
Illum esse quauis poena dignum judico.

Quum quis non displicat; at vulgatum *quamuis* retinendum puto. Cf. Not.

F. V.

Vs. 4. Praeter magistratus, etiam priuatos, diuites quidem, solitos fuisse, ludos dare populo Romano, vel docere possit locus *Taciti* Annal. IV. 62. sq. quem citat Anonymus, qui etiam de nobilitate cum generis, tum honorum apud Romanos fuse agit. At historia, quam narrat Phaedrus rectius in scena Graeca, quam Romana peracta esse creditur. Vid. Not. ad vs. 18.

Vs. 8. *notus vrbano sale.* Oertel: *der wegen seiner witzigen Einfälle schon bekannt war.*

Vs. 11. *dispersus rumor ciuitatem concitat.* Apte *Oertel*: das Gerücht wurde allgemein, und zog die ganze Stadt herbey.

Vs. 31. Cl. *Bothe* hunc versum, nec sine caussa, ponit post vs. 33.

F. VI.

Vs. 7. Frigidus versus, quem glossatoris fetum puto, cum praesertim fabella ad illustrandum prouerbium illud *Carbonem* cet. composita esse videatur. *Bothe.*

F. VII.

Vs. 2. *Arripuit.* Bothius dedit *abripuit.*

Vs. 8. 9. Cum iis, quae in Exc. XXX. ad h. l. obseruata sunt, comparanda Nota Anonymi.

Vs. 23. sq. Deorum praesentiam tonitrubus significari, ab imperitis et superstitiosis olim creditum, quod etiam imitari mos fuit in theatris, vt patet ex hoc loco; aliter tamen sentientibus Epicureis, teste *Sexto Empirico* Adv. Musicos. Vid. ej. Opp. p. 360. ibique Fabric.

Vs. 25. Errant, qui negent, in saltatione pantomimica fabulas cantatas et chorum fuisse adhibitum. Constat enim, Pyladem atque Bathyllum primos fnisse, qui vt chorus ipsis saltantibus praecineret, curarent. Saltatio nempe pantomimica apud Romanos e mimis prioris aeui, comoedia, maxime tragoedia, et saltatione et varii generis oblectamentis scenicis erat conflata. Chorum autem, apud Romanos quoque, in tragoediis cantus edidisse, vel e tragoediis Senecae, quae ad nostram memoriam remanserunt, potest intelligi. Quae cum ita sint, non est quod mireris, in saltatione Bathylli pantomimica, de qua h. l. sermo est, data fortasse die natali Caesaris, chorum in honorem ejusdem canticum cecinisse, quod *embolium* non male dixeris, et quod saltantes gestibus studerent effingere. In re scenica enim verbum *cantare* hocce tempore idem erat, quod recitare, verba decantare; cui semper opponitur *saltare*, i. e. motu corporis et gestu canticum exprimere. Vtrumque fiebat vno eodemque tempore; namque hoc ipsum artis erat, vt saltans gestu effingeret, quicquid cantantes verbis expressissent. De quibus omnibus erudite, etsi diffuse, exposuit *Salmasius* ad Scriptt. H. A. T. II. p. 828. sqq.

F. VIII.

Vs. 7. Simili modo alii. Ita Sext. Empir. ὅπερ, εἰ θεμιτὸν εἰπεῖν, ὐδὲ θεοῖς ἀνυτόν. Adv. Grammat. L. I. C. 3. p. 234. Opp. vbi v. Fabric. Sic Homer. Odyss. γ. 235.

— — ὐδὲ θεοίπερ

Καὶ φιλῳ ἀνδρὶ δύνανται ἀλαλκέμεν.

Publius Syrus: Contra felicem vix deus vires habet.

F. X.

Vs. 7. *Cui latrans contra senex.* De Bentleji ad h. l. conjectura sic judicat cl. Bothe: „elegans conjectura, sed non necessaria."

REPERTORIUM

AD FABULAS

ROMULI DIVIONENSIS, *PHAEDRI*, *ROMULI* NILANTI, ET *ANONYMI* NILANTI.

AUCTORE

Gotth. Ephraim Lessing.

Romulus Divionensis.	Phaedrus.	Romulus Nilanti.	Anonymus Nilanti.
Liber I. 1	III. 12 — —	1 — —	— —
— — 2	I. 1 — —	2 — —	— —
— — 3	App. Burm. 6	3 — —	— —
— — 4	— — — —	4 — —	— —
— — 5	I. 4 — —	5 — —	— —
— — 6	I. 5 — —	6 — —	— —
— — 7	I. 6 — —	7 — —	— —
— — 8	I. 8 — —	8 — —	— —
— — 9	I. 19 — —	9 — —	— —
— — 10	IV. 18 — —	— — —	11 —
— — 11	I. 29 — —	— — —	12 —
— — 12	App. Burm. 9	10 — —	— —
— — 13	II. 6 — —	12 — —	— —
— — 14	I. 13 — —	13 — —	— —
— — 15	I. 21 — —	14 — —	— —
— — 16	App. Burm. 10	15 — —	— —
— — 17	App. Burm. 4	16 — —	— —
— — 18	App. Burm. 1	— — —	— —
— — 19	App. Burm. 12	17 — —	— —
Liber II. 1	I. 2 — —	18 — —	— —
— — 2	I. 31 — —	19 — —	— —
— — 3	I. 23 — —	20 — —	— —
— — 4	— — — —	21 — —	— —
— — 5	IV. 22 — —	22 — —	— —

Romulus Divionensis.	Phaedrus.	Romulus Nilanti.	Anonymus Nilanti.
Liber II. 6	III. 15 — —	23 — —	— —
— — 7	V. 10 — —	— — —	62 —
— — 8	I. 28 — —	11 — —	— —
— — 9	App. Burm. 2	24 — —	— —
— — 10	App. Burm. 32	— — —	61 —
— — 11	App. Burm. 33	— — —	65 —
— — 12	I. 16 — —	— — —	— —
— — 13	V. 3 — —	— — —	66 —
— — 14	I. 26 — —	— — —	63 —
— — 15	I. 7 — —	— — —	— —
— — 16	I. 3 — —	— — —	26 —
— — 17	III. 6 — —	— — —	— —
— — 18	IV. 23 — —	— — —	27 —
— — 19	I. 10 — —	— — —	28 —
— — 20	I. 22 — —	— — —	29 —
— — 21	I. 24 — —	— — —	33 —
Liber III. 1	App. Burm. 15	25 — —	— —
— — 2	— — — —	26 — —	— —
— — 3	App. Burm. 17	— — —	37 —
— — 4	App. Burm. 18	27 — —	— —
— — 5	App. Burm. 19	28 — —	— —
— — 6	App. Burm. 20	— — —	40 —
— — 7	I. 12 — —	29 — —	— —
— — 8	— — — —	— — —	— —
— — 9	— — — —	30 — —	— —
— — 10	— — — —	31 — —	— —
— — 11	— — — —	— — —	— —
— — 12	IV. 7 (8) —	— — —	42 —
— — 13	App. Burm. 21	32 — —	— —
— — 14	App. Burm. 6	33 — —	— —
— — 15	III. 7 — —	34 — —	— —
— — 16	— — — —	35 — —	— —
— — 17	App. Burm. 22	36 — —	— —
— — 18	— — — —	— — —	47 —
— — 19	II. 8 — —	— — —	48 —
— — 20	IV. 12 (13) —	37 — —	— —

Romulus Divionensis.	Phaedrus.	Romulus Nilanti.	Anonymus Nilanti.
Liber IV. 1	IV. 2 (3) —	— — —	— —
— — 2	IV. 1 (2) —	— — —	— —
— — 3	App. Burm. 23	38 — —	— —
— — 4	III. 18 — —	39 — —	— —
— — 5	III. 2 — —	— — —	— —
— — 6	— — — —	40 — —	— —
— — 7	— — — —	— — —	— —
— — 8	App. Burm. 24	41 — —	— —
— — 9	IV. 3 (4) —	— — —	— —
— — 10	I. 11 — —	42 — —	— —
— — 11	— — — —	— — —	— —
— — 12	App. Burm. 30	43 — —	— —
— — 13	— — — —	— — —	— —
— — 14	— — — —	— — —	— —
— — 15	— — — —	— — —	— —
— — 16	— — — —	— — —	— —
— — 17	App. Burm. 25	44 — —	— —
— — 18	App. Burm. 31	— — —	60 —
— — 19	App. Burm. 28	45 — —	— —
— — 20	— — — —	— — —	— —
— — 21	App. Burm. 27	— — —	55 —

Vid. *Lessing* zur Gesch. und Litter. I. Beytr. p. 80. sqq.

Errata Vol. II.

Pag. 13. a lin. ult. lege: *attico stylo.* — P. 14. l. 9. leg. *melioris notae codices.* — P. 15. l. 17. leg. *sed pō.* — P. 17. b. l. 20. leg. ἐπστήμη. — P. 18. a. l. 16. del. punctum post *praeter.* — P. 21. b. l. 5. del. punctum post *periclis.* — P. 24. b. l. 2. leg. *hac voce.* — P. 29. a. l. 28. del. punctum post *mirar.* — P. 30. l. 11. leg. (s̆lĭĭ ŏnĕ) — P. 34. b. l. 4. leg. Liv. L. XXXIV. — P. 37. l. 8. leg. *liberos.* — P. 51. b. l. 24. leg. *vocem.* — P. 54. a. l. 3. leg. λιπαρὸς, et mox l. 7. *confosso.* — P. 56. a. l. 22. leg. *quod spe.* — P. 57. a. l. 14. leg. V. 9 et 10. — P. 60. l. 7. leg. Anonymus *effertur.* — P. 63. l. 1. leg. F. VIII. lin. 10. leg. ipsae *puellae.* — P. 63. a. l. 7. leg. *appellari*, et mox lin. 11. *pictor es* — P. 64. lin. 6. leg. *ex qua.* et b. l. 3. leg. *collacatam.* — P. 66. b. lin. 24. pone punctum post *laudata.* — P. 74. l. 23. leg. Davis. et b. l. 1. leg. *et poëtis.* — P. 76. a. l. 9. leg. *praetextae.* — P. 80. a. l. 13. leg. *tactu explarat.* — P. 93. a. l. 4. leg. *cadavere.* — P. 95. l. 12. leg. *sterquilina.* — P. 96. l. 15. leg. *habeat.* — P. 97. a. l. 17. leg. *cohaereant.* — P. 102. l. 23. post *dictum* inserantur haec: existimantes; sed sic commode potest capi. Faber *sustulit* dictum. — P. 106. a. lin. penult. leg. *sapiens*, pro, *saepius* — P. 128. l. 9. pone comma post *vtebatur*, deleto commate post *perperam.* — P. 131. l. 16. dele punctum post *conjiciunt.* — P. 132. lin. 4. scribe: *dicere.* — P. 137. a. l. 4. leg. *diversi coloris.* — P. 147. b. l. 6. leg. *larga materia.* — P. 149. b. l. 1. leg. *quoad.* — P. 156. b. l. 6. leg. *accuset eos.* — P. 159. l. 11. leg. *eum* et l. 15. pone comma post *respuunt.* — P. 160. l. 6. leg. *vel heic addere.* — P. 161. a. l. 32. leg. *exsequatur.* — P. 164. l. 11. leg. *pprius.* — P. 170. l. 9. leg. *quaestus ducere..* et a. l. 2. leg. *mutato subjecta.* — P. 171. l. 6. leg. *capiant*, et l. 8. leg. P. I. v. *quaestus.* — P. 181. b. l. 17. leg. LIV. 5. — 184. a. l. 4. leg. πιοτέρην. — P. 189. b. l. 7. leg. ἑαυτὸς. — P. 190. b. l. 2. leg. ἥδυσμα. — P. 191. l. 10. leg. *existimant.* — P. 193. b. l. 33. leg. *gladiatoriorum.* — P. 194. a. l. 11. leg. *distribueret*, et mox l. 14. *quae haeredi.* — P. 194. b. l. 24. leg *numaria.* — P. 198. b. l. 28. del. punctum post *Gudius.* P. 205. l. 18. leg. *vetera vt vina.* — P. 215. l. 4. post *sustine* inserantur haec: sed Ursinus post Rittershus. corrigit, *parum libellum sustine, vt* cet. — P. 216 l. 4. leg. *censuerunt* et b. l. 1. περὶ. — P. 217. a. l. 30. leg. *ills viam.* — P. 237. b. l. 7. leg. *cadat.* — P. 239. l. 5. leg. V. D. Clav. — P. 243. b. l. 2. leg. *principis.* — P. 247. l. 11. post *afflictiane*, adde: Burm. Bip. al. *adfictione.* — P. 248. l. 8. leg. *neutrius*, et a. l. 24. post *Prasch.* adde: Liv. — P. 257. a. lin. 4 et 6. l. *dolere.* — P. 265. l. 15. leg *mandata dant.* — P. 273. l. ult. leg. *hanc in rem.* — P. 279. b. l. 29. leg. Ep. Div. 1. — P. 280. b. l. 20. leg. *dalet.* — P. 287. l. 2. leg. *sive.* — P. 288 a. l. 20. leg *mutatio.* — P. 294 b. l. 6. leg. *Mela.* — P. 295. b. l. 9. leg. *suam.* — P. 298. a. lin. penult. leg. λέων. — P. 303. a. l. 1. leg. *de mora.* — P. 316. l. 20. *rescinderet.* — P. 337. b. l. 17. leg. *mimice.* — P. 338. a. lin 9. leg. *esse testatur.* — P. 340. l. 21. leg. *Alsopi Delect.* — P. 341. a. l. penult. leg. *paenulati*, et b. l. 7. P. III. Ph. — P. 355. a. l. 11. leg. *ducti.* — P. 358. a. l. 11. l. *fuerunt*, et b. l. 3. leg. Prol. 4. 26. — P. 366.

l. 27. lege: *pro, non observari.* — P. 370. b. l. 15. leg. *videatur.* — P. 371. a. lin. 2. leg. *queratur.* — P. 382. b. l. 17. leg. DCCLXII. et l. 30. b. *praetextatis.* — P. 383. a. l. 7. leg. *plausere.* — P. 385. l. 6. leg. *quia.* — P. 386. b. l. 30. leg. *referrent.* — P. 387. l. 3. leg. *est protrusus.* — P. 405. l. 2. leg. *ad Prologum* Libri III. — P. 406. l. 6. leg. *ad Prologum* Libri III. — P. 410. l. 20. leg. Hor. I. Od. VIII 7. — P. 420. l. 18. leg. *exclusis.* — P. 425. l. 28. leg. *Epilogum Libri* III. — P. 429. l. 33. leg. *ad Prologum Libri* IV. — P. 431. l. 5. leg. *quia nec* et l. 22. del. *a.* — P. 432. l. 31. leg. *lutum.* — P. 438. l. 1. leg. *ponantur.* — P. 440. l. 6. leg. *pertinent,* et l. 10. *volunt.* — P. 447. l. 21. leg. *secundis.* — P. 448. l. 24. leg. *notam.* — P. 451. l. 10. post *sic* inserantur haec: Val. Flacc. V, 164. *fit fragor: subitus* etiam *fragor* est apud — P. 452. b. l. 25. post *posteros* inserantur haec: unde fecerunt *posteri*, sed forte *posteros* pro cet. — P. 452. b. l. 30. leg. *obeunt.* — P. 452. b. l. ult. *et ut postera* — P. 459. l. 35. leg. *retinendam* — P. 460. l. 2. leg. *scriptam* et l. 27. *conseas.* — P. 461. l. 22. *ut omnes* et mox l. 36. *ad Epil. Libri* IV. — P. 463. l. 8. leg. ad Prologum Libri V. — P. 464. l. 24. leg. *ipse.* — P. 468. l. 25. leg. ἐπαχθῆ, et b. l. 10. leg. τὰς νόμους — P. 470. l. 24. leg. *a se facto.* — P. 471. l. 24. leg. *talia.* — P. 474. l. 17. l. *ut neque Anonymo.* — P. 477. l. 12. leg. *fauces.* — P. 482. a. l. 7. leg. 1805. — P. 496. l. 7. leg. *qui fugam.* — P. 498. l. 13. leg. *frusta.* — P. 506. l. 5. leg. *praestet.* — P. 508. l. 27. leg. *quo pacto hic*; mox l. 30. vel *salvae*, et l. 33. *explicet.* — P. 510. l. 2. *damnant.* — P. 520. l. 15. leg. *qui se.* — P. 593. l. 3. leg. *in bonos.* — P. 595. b. l. 10. leg. *at R. U.* — P. 597. a. lin. 26. leg. *post gruls* — P. 601. a. l. 5. leg. *cellarii*, et l. 10. pone 52 post *bonis.* — P. 608. l. 12. leg. *lustrare coepit.* — P. 611. a. l. 11. leg. *quo improbos.* — P. 612. b. l. 8. leg. *Juppiter.* — P. 615. l. 9. pone * post *tibi.* — P. 624. a. l. ult. leg. fidēs. — P. 627. b. l. 5. leg. *importunitatem.* — P. 628. b. l. 15. leg. *in fine.* — P. 629. a. l. 11. leg. *agnosceret* — P. 634. b. l. ult. leg. *accessi.* — P. 635. a. l. 15. leg. p. 1134. — P. 636. a. l. pennlt. leg. *dederat* — P. 638. l. 5. leg. Burm. F. XIX. et b. l. 2. leg. *et d. c.* et l. 8. dele verba: *Sic — Vincentio.* — P. 639. a. l. 10. leg. *bonos.* — P. 640. l. 13. leg. *Nil. F. XLI.* — P. 641. l. 19. leg. *per quam*; et a. l. 8. leg. *laudemus.* — P. 642. a. l. 17. leg. *didicerunt.* — P. 645. b. l. 10. leg. R. D. — P. 648. a. l. 2. leg. *praestet.* — P. 652. a. l. 10. leg. *tympana.* — P. 655. a. l. 13. leg. *dilaniabat*; et b. l. 1. adde: R. D. — 673. l. 17. leg. *quid faciebas.* — P. 675. l. 9. leg. *infimis.* — P. 677. leg. *in Volumine II.* — P. 679. l. 14. leg. *ista quidem.* — P. 682. l. 18. leg. *Eustathio.* — P. 684. l. 23. leg. *de Not. Bentl.* — P. 686. l. 3. leg. *brevitatis.* — P. 687. l. 21. leg. *Hare.* — P. 688. l. 18. leg. καλὸν εἴη τὸ ὕδωρ. — Pag. V. not e. leg. *libelli.*







